

HARVARD
UNIVERSITY
ARNOLD
ARBORETUM
PRESENTED BY
CHARLES SPRAGUE SARGENT
1892

(1)

#

PRODROMUS

FLORÆ NOVÆ HOLLANDIÆ

ET

INSULÆ VAN-DIEMEN,

EXHIBENS

CHARACTERES PLANTARUM

QUAS

ANNIS 1802—1805

PER ORAS UTRIUSQUE INSULÆ COLLEGIT ET DESCRIPSIT

ROBERTUS BROWN;

INSERTIS PASSIM ALIIS SPECIEBUS AUCTORI HUCUSQUE COGNITIS, SEU EVULGATIS, SEU INEDITIS, PRÆSERTIM

BANKSIANIS,

IN PRIMO ITINERE NAVARCHI COOK DETECTIS.

VOL. I.

LONDINI:

TYPIS RICHARDI TAYLOR ET SOCII.

VENEUNT APUD J. JOHNSON ET SOCIOS, IN CŒMETERIO SANCTI PAULI.

1810.

VIRO ILLUSTRI

JOSEPHO BANKS,

REGI A CONSILIIS INTIMIS,

BARONETO, ORDINIS BALNEI EQUITI,

SOCIETATIS REGALIS LONDINENSIS PRÆSIDI,

BOTANICORUM PRINCIPI,

HOCCE OPUS,

QUOD IPSE CONSILIIS PATROCINIOQUE PROMOVIT,

INVENTIS PROPRIIS ADORNAVIT,

ET

OB BENEFICIA NUNQUAM OBLIVISCENDA,

IN

SUMMÆ OBSERVANTIÆ GRATISSIMIQUE ANIMI

TESTIMONIUM,

OFFERT

AUCTOR.

"Semen plantarum principium et finis rectè quidem sed vix satis attenditur in negotio *ordinationis* ipsarum. Non videtur manendum esse in aspectu externo ; est aliquod ultra et intra *vasculum* et *corticem*, quod inspici meretur, scilicet *nucleus* et *germen*. Hoc præcipuum est in semine, hujus etiam in *methodo* haberi debet ratio et potest, siquidem ipsa *seminalis Plantula*, utut parvula quibusdam et abscondita, jam dum tamen figuram suam habet certam et locum, tam constans in hisce suis diversis per genera modis, ac in ullo alio quocunque apparatu. Liceat ergo consensum requirere *Characteris interni* quando vi *externi* volunt conjungi plantæ. Certe classes illæ plantarum tam ampliores quam meliores quas temere explodere nullus ausit botanicorum, suorum æquè germinum intus habent modum conformiter ac externe seminum." *Rudolph. Jacob. Camerarius* (*anno* 1719.) *in Ephemerid. nat. curios. cent.* 10. *p.* 259.

PRÆMONENDA.

PAUCA quæ ad hocce volumen necessariè præmonenda duxi, ejusdem imperfectiones potissimùm spectant, et Siglas nonnullas, necnon terminum unum alterumve vel novum vel sensu peculiari usurpatum exponunt.

Aliqua autem de ratione operis, cum altero volumine, totum absolvente, et propediem prelo mandando, aptiùs dicenda erunt.

Floram hancce per partes editurus, necessitatem ferè absolutam perspexi methodi naturalis adhibendi, quia hâc viâ solùm hallucinationes graviores evitandas, præcipuè in novis generibus constituendis, quibus eminet Nova Hollandia, sperare possem.

Jussæanam methodum itaque sequutus sum, cujus ordines plerique verè naturales, licet eorum classica dispositio, concedente Auctore non minùs candido quàm docto, sæpè artificialis, et quandoque, ut mihi videtur, principiis ambiguis innixa.

Nec verò pro illâ aliam substituere tentavi, nec de ordinum serie admodum solicitus fui, ipsa natura enim, corpora organica reticulatìm potiùs quam catenatìm connectens, talem vix agnoverit.

In tanto viro corrigendo semper circumspectus fui, tamen, recentiorum propriisque observationibus ductus, novos aliquos ordines proponere, aliosque nonnullos arctiùs aliterve circumscribere ausus sum.

Ordinum diagnoses, quæ e descriptionibus ad plerosque præfixis sæpiùs deduci possunt, raró seorsùm dedi; hæ verò, quantùm licuerit, unà cum characteribus generum abbreviatis

abbreviatis secundum systema Linneanum dispositis, necnon Acotyledonum ordinibus, nunc posthabitis, cum altero volumine tradendæ erint, huic præfigendæ.

Doctrina Jussæi de indole calycinâ (minimè de origine) integumenti floralis Monocotyledonum et Dicotyledonum floribus incompletis, etsi non sit probata, res ipsa enim, saltem in statu præsenti scientiæ, argumenta inexpugnabilia haud admittit, analogiæ tamen magis consentanea mihi videtur; cum Mirbelio autem *Perianthium* in familiis integumento florali simplice instructis pro *calyce* substitui.

Vernationem seu *Æstivationem Floris*, a Grewio philosophico primùm accuratè observatam, nec ab Immortali Linneo prætervisam, sed a plerisque recentiorum vel penitùs neglectam, vel obiter memoratam, passim in characteribus præcipuè ordinum adhibui; et eandem *valvatam* dixi, ubi margines foliolorum vel laciniarum integumenti invicèm applicati sunt, capsulæ valvularum in modum.

Ovarium pro germine cum Gærtnero, et *Placentam* pro receptaculo seminum usurpavi.

Punctuatione Linneanâ tantùm in characteribus specificis usus sum, quæ posthàc forsàn pro aliâ methodo, uti in iisdem casus ablativus pro recto seponendus erit.

In Prodromo Operis futuri, satis duxi indicasse regiones, vel gradu caloris, vel ventis prævalentibus maximè diversas, in quibus species proveniunt, et illarum singulas notavi literâ unicâ romanâ majore, specificæ phrasi adjectâ, et uncis inclusâ, sequente modo.

(J.) Designat vicinitatem Coloniæ apud Portum Jackson, inclusis ripis æstuarii Hunter's River vel Coal River nuncupati.

(M.) Oram

(M.) Oram Meridionalem Novæ Hollandiæ, a Promontorio Lewin, ad Promontorium Wilson in Freto Bass, complectentem, Lewin's Land, Nuyt's Land, et Littora orientem versus, a NAVARCHO FLINDERS in expeditione cui adjunctus fui, primùm explorata, et paulò post a navigatoribus Gallicis visa: insulis adjacentibus inclusis.

(T.) Littora Novæ Hollandiæ intra tropicum, tam orientalia quam septentrionalia, quorum priora, præsertim in vicinitate Endeavour River, et Bay of Inlets, ab ILLUST. BANKS primùm explorata, nuper a Sandy Cape ad insulas Cumberland Isles dictas, necnon septentrionalium Carpentaria et Arnhem's Land in expeditione suprà memoratâ lustravi.

(O.) Oram Occidentalem a Promontorio Lewin ad Terram de Wit; cujus plantæ nonnullæ olim a Navarcho Dampier reportatæ fuere, et plurimæ procul dubio nuper a peregrinatoribus Gallicis, præsertim D. Lechenault et b. Riedley lectæ sunt. Hæc litera autem rarissimè occurrit, non enim examini subjeci ullas hujus oræ, unâ alterâve Dampieri exceptâ et paucissimis a b. Baudin cum b. King tunc Coloniæ præfecto et D. Paterson legionis tribuno in Novâ Cambriâ relictis, et nunc vel in Herbario Banksiano vel proprio asservatis.

(D.) Insulam Van Diemen, cujus regiones Septentrionales et præcipuè Australes visitavi.

Ubi plures literæ simul occurrunt, easdem ordinavi secundum relativam copiam plantæ, in regionibus quarum siglæ sunt.

Litera B in omni fere paginâ obvia, et suprà memoratis, sed extra uncos, adjecta, denotat plantam in primo itinere *Cookii* lectam, et hactenus solùm ab ILLUST. BANKS.

Banks. Ille enim peculiari suâ liberalitate, hocce tentamen, quod omnibus modis adjuvit, inventis suis numerosis adornare non dedignatus est.

Literæ minores speciebus annexæ plantas a me vel vivas in earum patriâ (*v. v.*) vel siccatas (*v. s.*) præsertim in Herbario Bankeiano visas fuisse indicant.

Aliquas etiam amicitiæ peregrinatorum, *D. Paterson*, *D. Menzies* et *D. Bauer*, debeo, quibus singulis nomen inventoris adjeci.

Nonnullas in pulchro opere *Cel. Labillardiere*, quas nec recentes legi, nec siccatas inter specimina ab auctore ad D. Lambert transmissa vidi, tantâ auctoritate fretus introduxi, et signo obeli (†) notavi.

Paucæ Dicotyledonum incertæ sedis, vel ob structuram singularem, vel haud satis observatam, operi appendendæ erint; sed Monocotyledonum genera anomala ordinibus quibus proxima mihi videntur annexui.

Filices cum Monocotyledonibus locavi magis propter vegetationem subsimilem quàm structuram seminis vel germinationis modum convenientem; Squamula enim illarum primordialis, cum verâ cotyledone minus aptè comparata, e germinatione omnino oriri videatur, pariter ac Muscorum primordia.

MONOCOTYLEDONES.

FILICES.

I. GYRATÆ. (Polypodiaceæ.)

Capsulæ *uniloculares, annulo articulato, elastico, longitudinali, (plerumque incompleto) instructæ; transversim irregulariter rumpentes.*

ACROSTICHUM. *L. Smith. Swartz.*
Scolopendrium. *Raii meth. emend.* 9.

Sori amorphi, seu *Capsulæ* per totam paginam inferiorem frondis (interdum diversæ) l. ad ejus partem sparsæ. *Involucrum* nullum (nisi squamulæ v. setæ in quibusdam capsulis interstinctæ).

1. A. *alcicorne,* frondibus dichotomis nervosis apicem versus fructificantibus: sterilibus circumdantibus subrotundis lobatis indivisisve basi suberoso-incrassatis. (J.) *v. v.*
Acrostichum alcicorne. *Sw. fil.* p. 12. cum syn.

2. A. *fraxinifolium,* frondibus pinnatis glabris, pinnis petiolatis elongato-lingulatis acuminatis integerrimis reticulatis: superioribus fructiferis contractis. (T.) *v. v.*
Obs. Quàm maximè affine A. *aureo,* diversum pinnis acutis breviter acuminatis.

3. A. *pteroides,* frondibus bipinnatis glabris, pinnulis linearibus margine reflexis. (T.) *v. v.*

NOTHOLÆNA.

Sori marginales, continui v. interrupti. *Involucrum* nullum (nisi setæ interstinctæ v. squamulæ lanave frondis).

Obs. Habitus Acrostichi, Pteridis v. Cheilanthis, quibus species respectivè affines sunt. Huc, præter sequentes Novæ Hollandiæ, pertinent *Acrostichum Marantæ, Pteris trichomanoides L.* et aliæ nonnullæ ineditæ.

U 1. N. *di-*

1. N. *distans*, frondibus bipinnatis lineari-lanceolatis setoso-hirsutissimis, foliolis oppositis deltoidibus distantibus, pinnulis oblongis: inferioribus incisis, rachi stipiteque setosis. (J.) *v. v.*

2. N. *vellea*, frondibus bipinnatis angusto-triangularibus lanâ implexâ incanis, foliolis suboppositis, pinnulis oblongis obtusis: inferioribus incisis, rachi stipiteque lanatis. (T.) *v. v.*

3. N. *pumilio*, frondibus pinnatis glabris, pinnis 3—7 ovalibus subintegris margine parum recurvis. (T.) B. *v. s.*
Obs. Cheilanthi Pteridique affinis.

GRAMMITIS. *Sw. fil.* 21.

Sori lineares, recti, sparsi, venulâ unicâ insidentes, axi obliqui. *Involucrum* nullum.

1. G. *australis*, frondibus linearibus v. lanceolato-linearibus obtusiusculis integris glabris: marginibus simplicibus. (J. D.) *v. v.*

2. G. *rutæfolia*, fronde pinnatâ pubescenti, pinnis cuneiformibus integris incisisve. (D.) *v. v.*

POLYPODIUM. *Swartz.*

Polypodii species. *Raii meth. emend.* 9. *L.*

Sori subrotundi (seriati, sparsi v. conferti). *Involucrum* nullum.

1. P. *acrostichoides*, frondibus lineari-lanceolatis integerrimis subtùs incano-tomentosis apice fructificantibus, soris confertissimis, surculo squamoso radicante. (T.) B. *v. s.*
Polypodium acrostichoides. *Forst. Sw. fil.* 29.
Acrostichum lanceolatum. *L.*

2. P. *rupestre*, frondibus integerrimis tomentosis subtùs incanis: sterilibus obovatis oblongisve; fertilibus linearibus, soris sparsis passim confluentibus, surculo squamoso radicante ramosissimo. (J.) *v. v.*
Obs. Polypodio stellato et adnascenti *Sw.* affine.

3. P. *confluens*, frondibus integerrimis lineari-lanceolatis pubescentibus subtùs cinereis, soris ovalibus solitariis passim confluentibus, surculo squamoso radicante. (J.) *v. v.*

4. P. *attenuatum*, frondibus integerrimis glaberrimis costatis sub-aveniis lineari-lanceolatis basi attenuatis petiolatis margine simplicibus, fructificationibus solitariis, surculo squamoso radicante. (J.) *v. s.*

5. P. *iri-*

5. P. *irioides*, fronde lato-ensiformi integerrimâ glabrâ immersè reticulatâ, soris minimis sparsis. (T.) *v. v.*
Polypodium irioides. *Poiret. encycl. botan.* 5. *p.* 513. sec. desc.

6. P. *membranifolium*, fronde pinnatifidâ membranaceâ glabrâ immersè reticulatâ: laciniis ensiformibus, soris subsolitariis. (T.) B. *v. s.*

7. P. *Billardieri*, frondibus integerrimis pinnatifidisque glabris coriaceis lanceolatis: margine incrassatis; venis anastomozantibus, soris solitariis subsaccatis, surculo squamoso radicante. (D.) *v. v.*
Polypodium scandens. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 91 *t.* 240. bona. exc. syn. Forst. fide Herb. illius.

8. P. *tenellum*, frondibus pinnatis, pinnis elongato-lanceolatis acuminatis subpetiolatis repandis, soris submarginalibus, surculo squamoso radicante. (J.) *v. v.*
Polypodium tenellum. *Forst. prod. n.* 440. fide spec. in Herb. G. Forst. in Mus. Lambert.

9. P. *grammitidis*, frondibus pinnatifidis bipinnatifidisve lanceolatis glabris, pinnis linearibus, soris ovalibus solitariis. (D.) *v v.*
Grammitis heterophylla. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 90. *t.* 239.

10. P. *quercifolium*, frondibus sterilibus sessilibus ovatis sinuatis; fertilibus pinnatifidis laciniis ensiformibus integris subundulatis, soris sparsis subseriatisque. (T.) *v. v.*
Polypodium quercifolium. *L.*

11. P. *diversifolium*, frondibus sterilibus sessilibus ovatis sinuatis; fertilibus pinnatis, pinnis lanceolato-ensiformibus crenatis subpetiolatis, soris solitariis. (T.) *v. v.*

12. P. *rugosulum*, frondibus supradecompositis membranaceis pubescentibus, foliolis 2—3-pinnatifidis, pinnulis oblongis obtusis crenulatis pinnatifidisve, soris submarginalibus, rachi stipiteque scabris. (J. D.) *v. v.*
Polypodium rugosulum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 92. *t.* 241. fide specim. ab auct. in Herb. D. Lambert.

ASPIDIUM.

Aspidii species. *Sw.* l. c.
Hypopeltis. *Mich. flor. bor.-amer.*

Sori rotundi, dorsales. *Involucrum* orbiculare, peltatum, stipitatum, in medio sori insertum, undique liberum.

1. A. *proliferum*, frondibus bipinnatis apice proliferis, pinnulis ovato-oblongis glabris crenatis incisisve: inferioribus basi pinnatifidis

pinnatifidis lobulo antico dilatato obtuso, stipite rachique scarioso-squamosis: squamulis setaceis basi dilatatâ fimbriatâ. (D.) *v. v.*

Obs. Proximum A. *vestito,* sed distinctum fronde proliferâ et defectu squamarum latiorum discolorum.

2. A. *coriaceum,* frondibus decompositis deltoidibus coriaceis glabris, foliolis pinnatis, pinnulis lineari-oblongis: superioribus crenatis; inferioribus pinnatifidis lobulis infimis discretis crenatis, rachi squamosâ, stipite aspero. (D.) *v. v.*

Aspidium coriaceum. *Sw. fil.* 57. cum syn. Forst.

NEPHRODIUM.

Nephrodii species. *Mich. fl. bor.-amer.*
Aspidii species. *Sw.* l. c.

Sori rotundi, dorsales. *Involucrum* reniforme, sinu affixum, marginibus liberis.

1. N. *obliteratum,* frondibus pinnatis glabris, pinnis lanceolatis subfalcatis obtusè serratis: basi semicordatis sursùmque gibbis, soris solitariis venas terminantibus margine approximatis. (T.) B. *v. s.*

2. N. *exaltatum,* frondibus pinnatis villosiusculis, pinnis elongato-lanceolatis subfalcatis serrato-crenatis basi subcordatis sursùmque auriculatis, soris solitariis venas terminantibus margine approximatis, rachi stipiteque lanatis. (T.) *v. v.*

Aspidium exaltatum. *Sw. fil.* 45.

3. N. *unitum,* frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus serrato-incisis glabris: incisuris semiovatis acutis venis indivisis, soris submarginalibus, costâ rachibusque glabris. (T.) B. *v. s.*

Filix zeylanica denticulata non ramosa. *Burm. zeyl.* 98. *t.* 44. *f.* 1. fide specim. ex Herb. Gronov. in Herb. Banks. quod ob ætatem? absque involucro est. Specimen in Herb. Herm. fructificatione caret. Filix &c Linn. Zeyl. n. 417.

Aspidium pteroides. *Sw.?* *Retz. obs.* 6. *p.* 39. sub Polypodio?

Pteris interrupta. *Willd. phyt.* 1. p. 13. *t.* 10. *f.* 1.

4. N. *propinquum,* frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus apice attenuatis subtùs pubescentibus inciso-pinnatifidis, lobis semioblongis acutis venis indivisis, soris submarginalibus confertis, involucris barbatis, rachi pubescentulâ. (T.) B *v. s.*

Aspidium unitum. *Sw. fil.* 47? exc. syn. Burmanni, Linn. fl. zeyl. et Houtt.

5. N. *molle*

5. N. *molle*, frondibus pinnatis elliptico-lanceolatis, pinnis lineari-lanceolatis acuminatis utrinque pubescentulis, laciniis semi-oblongis obtusis integris: infimis subæqualibus, stipite angulato. (J.) *v. v.*

Aspidium molle. *Sw. Jacq. ic. t.* 640. Polypodium.

6. N. *decompositum*, frondibus deltoidibus tripinnatis membranaceis glabriusculis, pinnulis decurrenti-coadunatis lanceolatis incisis pinnatifidisve, lobis acutissimis, involucris ciliatis, rachi stipiteque pubescentulis. (J.) *v. v.*

7. N. *tenerum*, frondibus deltoidibus tripinnatis flaccidis utrinque pubescentulis, foliolis infimis tripinnatifidis, laciniis oblongis serratis incisisve, soris submarginalibus, rachi stipiteque pubescentibus. (T.) *v. v.*

ALLANTODIA.

Sori oblongi, dorsales, costæ obliqui. *Involucrum* fornicatum, e venâ lateraliter ortum, eique utroque margine insertum, interiore dehiscente.

Obs. Habitu inter Nephrodium et Diplazium. Genus cujus typus Polypodium umbrosum Hort. Kew. alias species ineditas continet, quarum una involucris cylindraceis ad Aspidium Athyriumve auctorum nullo modo referri possit, ab Aspleniis e contrà sat diversa involucro reverà dehiscenti et utrâque margine in eâdem venulâ affixo.

1. A. *australis*, frondibus bipinnatis deltoidibus membranaceis flaccidis, pinnulis pinnatifidis apice attenuatis, lobis oblongis obtusis inciso-serratis multifloris, involucris oblongis. (D.) *v. s.*

2. A. *tenera*, frondibus bipinnatis membranaceis flaccidis, pinnulis pinnatifidis, lobis oblongis obtusis serratis basi floriferis, soris linearibus. (J.) *v. v.*

ASPLENIUM. *L.*

Raii meth. emend. 9. *n.* 2.

Sori lineares, sparsi, dorsales. *Involucrum* e venâ lateraliter ortum ducens, margine superiore libero.

Obs. I. Cænopteris *Berg.* quæ Darea *Juss.* et *Smith*, ab Asplenio differt tantummodò pinnulis profundè incisis, lobis unifloris angustis, involucris inde marginem attingentibus et extùs respectu lobi, intùs verò quoad costam e quâ vena fructifera ortum ducit, liberis: species quoque dantur frondibus partim Asplenio partim Cænopteridi respondentibus

tibus et etiam in uno eodemque involucro characterem utriusque generis exhibentibus.

Obs. II. In Aspleniis omnibus observavi involucrum e ramulo superiori venæ ortum, (quæ structura naturalissima) semper versus costam liberum esse; dum verò ramo inferiore insidet, quod passim in nonnullis speciebus, iis præcipuè fronde indivisâ instructis, occurrit, æquè constanter contrariam directionem servat. *Scolopendrium* autem ab *Asplenio* differt involucris omnibus geminatis, altero e ramulo superiore venæ, altero ab inferiore venæ proximæ orto.

Obs. III. Ad Asplenium certè referendum *Aspidium fontanum*, et vix ob involucrum basi arcuatum separari debet *Aspidium filix femina* aliæque species hactenus ineditæ.

1. A. *Nidus*, frondibus elongato-lanceolatis integerrimis glabris subsessilibus. (T. J.) *v. v.*
 Asplenium Nidus. *L.*

2. A. *attenuatum*, frondibus linearibus: basi pinnatifidis suprà integerrimis; apice attenuatâ radicante. (J.) *v. v.*

3. A. *obtusatum*, frondibus pinnatis coriaceis, pinnis oblongis obtusis acutiusculisve grossè serratis basi subattenuatis, rachi marginatâ. (D.) *v. v.*
 Asplenium obtusatum. *Forst. prod. n.* 430. fide spec. in Herb. G. Forst. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 93. *t.* 242. *f.* 2. var. minor.
 Asplenium obliquum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 93. *t.* 242. *f.* 1.

4. A. *falcatum*, frondibus pinnatis rachibusque glabris, pinnis elongato-lanceolatis falcatis acuminatis petiolatis incisis: incisuris argutè serratis. (J.) *v. v.*
 Asplenium falcatum. *Sw.*
 Trichomanes adiantoides. *L.* fide specim. in Herb. Herm. quod absque fructificatione est.

5. A. *paleaceum*, frondibus pinnatis apice subradicantibus, pinnis ovato-rhombeis serrato-dentatis: basi anticè dilatatis: posticè truncatis integris, rachi paleaceâ. (T.) *v. v.*

6. A. *flabellifolium*, frondibus pinnatis, pinnis orbiculato-rhombeis anticè crenato-dentatis, rachi lævi apice filiformi nudâ radicante. (J. D. M.) *v. v.*
 Asplenium flabellifolium. *Cav. Sw. fil. p.* 81. *t.* 3. *f.* 2.

7. A. *præmorsum*, frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis subpetiolatis oblongis: laciniis apice eroso-dentatis, rachi hirtâ. (J. M.) *v. v.*
 Asplenium præmorsum. *Sw.*

8. A. *dif-*

8. A. *difforme*, frondibus pinnatis glabris coriaceis, pinnis oblongis: basi pinnatifidis lobis cuneato-obovatis; suprà inciso-crenatis. (J.) B. *v. s.*

9. A. *odontites*, frondibus bipinnatifidis raris, pinnis linearibus elongatis pinnatifidis, laciniis distantibus lanceolato-linearibus unifloris, soris submarginalibus. (J.) D. Bauer. *v. s.*
Cænopteris odontites. *Thunb. nov. act. petrop.* 9. *t.* 2. *f.* 1.

10. A. *laxum*, frondibus bipinnatis lanceolatis glabris, flaccidis, pinnulis incisis pinnatifidisve inferiore basi anticè productiore, laciniis lineari lanceolatis unifloris, involucris semimarginalibus. (D.) *v. v.*
Cænopteris appendiculata. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 94. *t.* 243.
Obs. Nimis affine Asplenio bulbifero *Forst.* sed nunquam proliferum vidi.

DOODIA.

Sori lunulati v. lineares, seriati, costæ paralleli. *Involucrum* e ramulo anastomozante venæ ortum, planum, intùs liberum.
Frondes *cæspitosæ*, *pinnatæ*, *pinnis dentatis quandoque coadunatis.* Sori *interdum biseriati.*

Obs. Woodwardiæ proxima, eique eandem affinitatem habens ac Asplenium Allantodiæ.
In memoriam dixi Samuelis Doody, Pharmacopœi Londinensis, ferè primus qui in Angliâ plantas cryptogamicas investigavit.

1. D. *aspera*, frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis lineari-ensiformibus acuminatis spinuloso-serratis, soris lunulatis distinctis passim biseriatis, stipite rachique asperis. (J.) *v. v.*

2. D. *media*, frondibus pinnatifidis, laciniis lineari-oblongis obtusis spinuloso-serratis: terminali elongata lineari, rachi tenuissimè pubescenti lævi, soris lunulatis distinctis. (T.) B. *v. s.*

3. D. *caudata*, frondibus pinnatis, pinnis (plurimis) distinctis lineari-oblongis obtusis serrulatis: terminali elongatâ lineari. (J. D.) *v. v.*
Woodwardia caudata. *Cav. demost.* 1801. *n.* 653. *Sw. fil.* 116.

BLECHNUM. *L. Smith. Swartz.*
Raii meth. emend. 9. *n.* 3.

Sori lineares, solitarii, costæ paralleli. *Involucrum* superficiarium, continuum, interiùs liberum v. dehiscens.

1. B. *car-*

1. B. *cartilagineum*, frondibus pinnatifidis ellipticis, pinnis ensiformibus serratis basi dilatatis: infimis distinctis, stipite angulato basi scabro. (J.) *v. v.*
Blechnum cartilagineum. *Sw. fil.* 114.

2. B. *striatum*, frondibus pinnatis lanceolatis, pinnis lineari-ensiformibus acutis serrulatis opacis venoso-striatis: inferioribus suboppositis, rachi nudâ, stipite semitereti. (J.) *v. v.*

3. B. *lævigatum*, frondibus pinnatis ellipticis, pinnis serratis semidiaphanis: fertilibus linearibus; sterilibus oblongo-lanceolatis acuminatis, rachi paleaceâ, stipite tetragono. (J.) *v. v.*
Blechnum lævigatum. *Cav. demost.* 1801. *n.* 650. *Sw. fil.* 115.

STEGANIA.

Sori lineares, continui, capsulis demum dorsum totum frondis (nunc pinnæ) diversæ, contractæ operientibus. *Involucrum* marginale, scariosum, continuum, intùs liberum v. dehiscens.

Obs. Habitus fere Blechni cui affinitate proxima, nec charactere a Pteridibus quibusdam facile distinguenda. Huc etiam forsan referri debent *Blechnum boreale* et *Pteris crispa*, hujus verò habitus a reliquis alienus et ad Onocleam (cujus legitimæ species sunt Onoclea sensibilis *L.* et struthiopteris *Sw.*) magis accedens. Onoclea nodulosa *Sw.* species Woodwardiæ est.

1. S. *Patersoni*, frondibus indivisis: sterili ensiformi-lanceolatâ crenulatâ; fertili lineari. (D.) *v. s.*

2. S. *lanceolata*, frondibus sterilibus pinnatifidis lanceolatis, laciniis oblongo-lanceolatis subfalcatis crenulato-repandis: infimis abbreviatis semi-orbicularibus, fertilibus pinnatis, pinnis linearibus acutis patentibus. (D.) *v. v.*

3. S. *fluviatilis*, frondibus pinnatis glabris, sterilibus lanceolatis: pinnis oblongis obtusis undulato-repandis: infimis subrotundis; superioribus confluentibus, fertilibus pinnisque linearibus obtusis erectis, rachi stipiteque squamosis. (D.) *v. v.*

4. S. *alpina*, frondibus sterilibus pinnatifidis lanceolatis laciniis oblongis obtusis integris, fertilibus pinnatis: pinnis patulis obtusis, involucris margine erosis, rachi glabrâ, stipite nudiusculo. (D). *v. v.*

5. S. *nuda*,

5. S. *nuda*, frondibus pinnatifidis lanceolatis glabris, sterilium pinnis approximatis sinu acuto lineari-lanceolatis integris paginis concoloribus: inferioribus abbreviatis, fertilium linearibus, involucris laceris nudis. (D.) *v. v.*

Onoclea nuda. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 96. *t.* 246.

6. S. *falcata*, frondibus pinnatifidis lanceolatis, sterilium pinnis ensiformibus subfalcatis acuminatis integris paginis discoloribus, fertilium brevioribus, involucris marginalibus laceris rachique esquamatis. (D). *v. v.*

7. S. *minor*, frondibus pinnatis lanceolatis, sterilium pinnis lineari-oblongis obtusiusculis serratis basi subtransversâ: superioribus semiadnatis, fertilium angustatis linearibus, costâ paleaceâ. (D.) *v. v.*

8. S. *procera*, frondibus pinnatis oblongo-ellipticis, pinnis sterilibus lanceolato-ensiformibus acuminatis serratis basi subcordatis, fertilibus (ejusdem v. diversæ frondis) linearibus: costâ subtùs paleaceâ, involucris sub-intramarginalibus. (J. D.) *v. v.*

Blechnum procerum. *Sw. Labill. nov. holl.* 2. *p.* 97. *t.* 247.

VITTARIA. *Smith. Swartz.*

Sori lineares, continui, marginales, v. dorsales. *Involucrum* duplex, continuum, texturâ frondis; alterum exteriùs, alterum interiùs liberum.

Obs. Habitu distinctissima, charactere equidem Lindsæis nonnullis accedens, in quibus tamen involucrum, venas manifestè terminans, a margine replicato (spurium involucrum constituente,) texturâ differt.

Vittariæ quàm maximè affinis est Hemionitis reticulata, soris ramosis sed pariter depressis sulcorumque marginibus subelevatis involucri officio fungentibus, omninò ut in Vittariâ lanceolatâ quâcum genus itaque efformare posset, distinctum a Vittariâ lineis fructificantibus pluribus et ab Hemionitide in quâ sori omninò exserti et cum costâ acutanguli.

1. V. *elongata*, frondibus linearibus longissimis ecostatis pendulis, soris marginalibus. (T.) *v. v.*

Vittaria elongata. *Sw. fil.* 109.

PTERIS. *L. Smith. Swartz.*

Filix femina. *Raii meth. emend.* 9.

Sori lineares, marginales, continui; capsulis sinu involucri in-

 sertis,

sertis. *Involucrum* marginale, continuum, scariosum, intùs liberum.

Obs. Ab hoc genere excludendæ Pteris piloselloides, lanceolata et furcata, quæ, cum Onocleâ spicatâ *Sw.* et Blechno seminudo *Willd.*, species Tænitidis sunt. Pteris thalictroides autem distinctissimum genus constituit. Aliæ nonnullæ species dubiæ sunt, e.g. Pteris angustifolia *Sw.* et Pteris tricuspidata *L.* ad Tænitidem potiùs referendæ: Pteris crispa inter Onocleam et Steganiam media: Pteris rotundifolia *Forst.* vix verè involucrata, insertioneque capsularum parùm diversa: Pteris auriculata *Thunb.* in quâ involucrum fornicatum margine interiore inflexo soros includit, itaque et ob habitum separari debet.

I. *Pterides propriæ.*

1. P. *umbrosa,* frondibus pinnatis: rachi alatâ, pinnis oppositis longissimis ensiformibus: inferioribus bipartitis pinnatisve sterilibus serratis, stipite scabro. (J.) *v. v.*

Obs. Valde affinis P. creticæ *L.*

2. P. *crenata,* frondibus pinnatis, pinnis linearibus apice serrulatis: inferioribus subpinnatis pinnulis obtusis. *Sw. fil.* 96. (T.) B. *v. s.*

3. P. *vespertilionis,* frondibus 2—3-pinnatis membranaceis glabris, foliolis pinnisque oppositis, pinnulis obtusis integris, soris interruptis continuisve, rachi stipiteque glaberrimis. (J. D.) *v. v.*

Pteris vespertilionis. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 96. *t.* 245.

Obs. Sub hoc charactere duæ forsan species includuntur; *altera* bipinnata, rachi communi anticè sulcatâ, pinnularum venis distinctis; *altera* tripinnata, rachi communi anticè exsulcâ, pinnularum venis anastomozantibus.

4. P. *tremula,* frondibus tripinnatis v. basi quadripinnatis membranaceis glabris, foliolis alternis, pinnulis linearibus obtusis integris crenatisve, rachi stipiteque glaberrimis. (J.) *v. v.*

5. P. *esculenta,* frondibus tripinnatis, pinnulis linearibus decurrenti-coadunatis subtùs pubescentibus: terminalibus elongatis, rachi glabrâ. (J. D. M.) *v. v.*
Sw. fil. Labill. nov. holl. 2. p. 95. t. 244.

II. *Adiantoideæ.*

6. P. *falcata,* frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis integris falcatis glabris basi obtusis, involucris angustissimis, rachi squamato-hispidâ. (J. D.) *v. v.*

7. P. ni-

7. P. *nitida*, frondibus pinnatis glabris triangularibus, pinnis pinnatifidis, pinnulis linearibus integris obtusis, rachi stipiteque glaberrimis nitidis. (T.) *v. s.*

8. P. *nudiuscula*, frondibus pinnatis utrinque pubescentibus, pinnis pinnatifidis, pinnulis linearibus integris: infimis subincisis, involucris angustissimis. (T.) *v. v.*

9. P. *pedata*, frondibus 5-angulis tripartitis glaberrimis, laciniis pinnatifidis: lateralibus bipartitis, costis nitidis *acris*. (T). *v. v.*
Pteris pedata, *L.*

ADIANTUM. *L. Smith. Swartz.*

Sori marginales, punctiformes v. lineares. *Involucrum* e margine frondis replicato, disco venoso capsulifero, limbo membranaceo libero.

1. A. *paradoxum*, frondibus pinnatis, pinnis cordatis oblongo-ovatis lanceolatisve: venis subtùs obsoletis, soris linearibus continuis. (J.) *v. v.*

2. A. *hispidulum*, frondibus bipinnatis, foliolis infimis bipartitis, pinnulis ovato-rhombeis anticè dentatis striatis pilosiusculis scabris, involucris subrotundis confertis, rachi stipiteque asperis. (J. T.) *v. v.*
Adiantum pedatum. *Forst. prod.* fide spec. illius Herb.
Adiantum hispidulum. *Sw. fil.* 124?
Adiantum nervosum. *Sw. fil.* 123?

3. A. *formosum*, frondibus supradecompositis deltoidibus, foliolis tripinnatis, pinnulis rhombeis obtusis glabris: inferioribus incisis, involucris reniformibus, rachibus partialibus pubescentibus, stipite aspero. (J.) *v. v.*

4. A. *assimile*, frondibus supradecompositis glaberrimis, pinnulis rhombeo-subrotundis anticè inciso-crenulatis: sinubus angustatis soriferis, involucris reniformibus, rachi stipiteque lævissimis. (J. D. M.) *v. v.*
Adiantum assimile. *Sw. fil.* 125. *t.* 3. *f.* 4.
Adiantum trigonum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 99. *t.* 248. *f.* 2.

CHEILANTHES. *Swartz.*

Sori marginales, punctiformes; capsulis sinui involucri insertis. *Involucrum* marginale, interiùs liberum, scariosum, v. e crenulâ ipsius marginis replicatâ formatum.

1. C. *tenuifolia*, frondibus subtripinnatis glabris, pinnulis oblongis

longis incisis pinnatifidisve, soris confluentibus. (J. T.) *v. v.*

Cheilanthes tenuifolia. *Sw. fil.* 129.

Pteris nigra. *Retz. obs.* 6. *p.* 38. secund. descriptionem et specimen Chinense.

2. C. *caudata*, frondibus bipinnatis subtriangularibus glabris, pinnulis pinnatifidis, lobis lateralibus subrotundis: terminali lineari, soris confluentibus, involucris obsoletis, rachi stipiteque glabris. (T.) *v. v.*

LINDSÆA. *Dryand. Smith. Swartz.*

Sori lineares, margini paralleli, sæpiùsque approximati. *Involucrum* ex apicibus venarum (unâ plurium) ortum ducens, exteriùs liberum.

Obs. Habitus sæpissimè Adianti, nunc Pteridis.

1. L. *linearis*, frondibus pinnatis linearibus, pinnis flabelliformibus anticè crenulatis fructificantibus. *Sw. fil.* 118. *t.* 3. *f.* 3. (J. M. D.) *v. v.*

2. L. *lanceolata*, frondibus pinnatis, pinnis lanceolato-linearibus indivisis passimque pinnatifidis, stipite tetragono. (T.) *v. v.*

Lindsæa lanceolata. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 98. *t.* 248. *f.* 1.

3. L. *media*, frondibus bipinnatis deltoidibus, pinnulis obovato-rhombeis subcoriaceis: inferioribus lobatis; reliquis integerrimis; anticè unifloris, soro continuo, sterilibus apice serratis, stipite tetragono. (T.) *v. v.*

4. L. *microphylla*, frondibus subtripinnatis raris lanceolatis, pinnulis cuneatis: sterilibus apice crenulatis. (J.) *v. v.*

Lindsæa microphylla. *Sw. fil.* 120.

DAVALLIA. *Smith. Swartz.*

Sori subrotundi (v. in lineolâ verticali) margini plerumque approximati. *Involucrum* superficiarium, ex apice venæ unicæ ortum, lateribus v. latâ basi adnatum, exteriùs et verticaliter liberum.

Obs. In methodo naturali genus in quatuor phalanges distribuendum quarum tres respectivè affines Lindsææ, Dicksoniæ et Nephrodio; quarta, quæ Wibelia *Bernhardi*, a reliquis differt habitu et plerumque insuper figurâ involucri, ideoque posthac, charactere meliore detecto, forsan separanda. Davallia contigua ab omnibus differt involucro consistentiâ

sistentiâ frondis, quâ notâ Trichomani accedit etsi textura frondis multùm diversa sit.

1. D. *pyxidata*, frondibus decompositis deltoidibus glabris, foliolis bipinnatis, pinnulis incisis pinnatifidisve: incisuris retusis, involucris insertis cuneatis apice subtruncato. (J.) *v. v.*
Davallia pyxidata. *Cav. demost.* 1801. *n.* 694. *Sw. fil.* 132.

2. D. *elegans*, frondibus decompositis glabris, foliolis bipinnatis pinnisque apice attenuatis, pinnulis lanceolatis striatis incisis: incisuris argutè bidentatis, involucris subrotundis. (T.) B. *v. s.*
Davallia elegans. *Sw. fil.* 132.
Trichomanes denticulatum. *Houtt. nat. hist. par.* 2. *p.* 212. *t.* 100. *f.* 2. pinna. bona.

3. D. *flaccida*, frondibus supradecompositis deltoidibus pubescentibus membranaceis flaccidis, foliolis bipinnatis, pinnulis ovatis obtusis incisis: inferioribus pinnatifidis, involucris a margine remotis semiorbicularibus. (T.) B. *v. s.*
Polypodium speluncæ *L.* fide specim. in Herb. Herm.
Polypodium nudum. *Forst. n.* 416. fide specim. Forsteri in Herb. Banks. quod varietas? foliolis pinnisque remotioribus.
Cænopteris japonica. *Willd. phyt. t.* 8. *f.* 1. forsan varietas, et certè hujus generis.
Polypodium cristatum. *Houtt. nat. hist. par.* 2. *t.* 14. *p.* 184. *t.* 99. *f.* 3. pinna.

4. D. *dubia*, frondibus supradecompositis, foliolis 2—3-pinnatis pubescentibus, pinnulis lineari-lanceolatis incisis, involucris subrotundis fimbriatis subaxillaribus lobulo sæpè reflexo semitectis. (J. D.) *v. v.*

DICKSONIA. *L'Herit. Smith. Swartz.*

Sori subrotundi, marginales, distincti. *Involucrum* pseudobivalve: *verum* superficiarium, ex apice venæ ortum, membranaceum, exteriùs liberum; *spurium* e lobulo pinnæ reflexo, alterum equitans.

1. D. *antarctica*, arborea, frondibus supradecompositis ellipticis coriaceis glabris, foliolis bipinnatis pinnisque apice attenuatis, pinnulis ovato-oblongis inciso-serratis, rachi communi scabrâ. (D.) *v. v.*
Dicksonia antarctica. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 100. *t.* 249. bona.

2. D. *Da-*

2. D. *Davallioides*, frondibus supradecompositis membranaceis flaccidis subtùs pilosiusculis, pinnulis oblongis incisis paucifloris, involucris glabris: valvulâ exteriore minore. (J.) *v. v.*

Obs. Davalliæ dubiæ valdè affinis.

ALSOPHILA.

Sori globosi, dorsales, distincti, divisurâ venæ insidentes. *Capsulæ* sessiles, receptaculo communi elevato insertæ. *Involucrum* infra sorum insertum, lacero-multifidum, quandoque obsoletum.

Caudex *arboreus*. Frondes *supradecompositæ, subcoriaceæ*.

Obs. I. Genus proximum Cyatheæ cui habitu omninò convenit. Species præter sequentem sunt Cyathea aspera *Smith*, extensa *Sw.* et Polypodium lunulatum *Forst.* necnon plures ineditæ ab Indiâ utrâque et una excelsa Insulæ Norfolkiæ.

Obs. II. Genuinæ Cyatheæ, quas examini subjecimus, sunt C. arborea, dealbata, medullaris et affinis; in his omnibus uti in aliis quatuor nondum descriptis involucrum sphæricum transversim æqualiter v. laceratim dehiscens, divisurâ venæ insidet, sed in quintâ specie ab Insulis Moluccanis a medio venæ ortum ducit, at quoniam hæc a congeneribus differt pinnis integerrimis subensiformibus sorisque sparsis, legem insertionis haud multùm infirmat.

Obs. III. Cyathea multiflora *Sm.* horrida *Sm.* capensis *Sm.* cum aliis ineditis, præsertim ab Indiâ occidentali, distinctum genus efformant a nobis Hemitelia dictum, in quo sori Alsophilæ similes, latere venæ insident, involucro instructi fornicato, basi semicirculari infra receptaculum inserto, marginibus solutis, demùm reflexo et persistenté.

Obs. IV. Aliud genus Alsophilæ charactere proximum, habitu diversissimum, constituunt Polypodium ilvense et hyperboreum, Woodia dicendum, in quo Involucrum membranaceum, apertum, lacero-multifidum, laciniis crinitis capsulas includit pedicellatas, receptaculo communi elevato nullo. Huic aliquo modo approximatur Polypodium pruinatum *Sw.* capsulas habens lanâ articulatâ ex eodem puncto ortâ sepultas.

1. A. *australis*, frondibus decompositis glabris, foliolis bipinnatis, pinnis apice attenuatis, pinnulis coadunatis oblongis obtusiusculis apice serratis basi multifloris, involucris subdimidiatis; rachibus scabriusculis. (J. D.) *v. v.*

TRICHO-

TRICHOMANES. *Smith. Swartz.*

Sori marginales. *Capsulæ* sessiles, receptaculo communi cylindraceo insertæ, intra *Involucrum* monophyllum, suburceolatum, ore hiante, texturâ frondis.

Surculi *repentes, tomentosi.* Frondes *pellucidæ, areolatæ, rarò indivisæ, sæpiùs* 1—3-*pinnatifidæ, laciniis uninervibus, involucro terminali, receptaculo capsularum plerumque exserto, elongato.*

Obs. Hujus generis est Hymenophyllum alatum. *Eng. bot.* 1417.

1. T. *venosum,* frondibus pinnatis, pinnis linearibus venosis crenato-repandis: inferioribus basi lobatis v. pinnatifidis intùsque unifloris. (D. J.). *v. v.*

HYMENOPHYLLUM. *Smith. Swartz.*

Sori marginales. *Capsulæ* sessiles, receptaculo communi cylindraceo insertæ, intra *Involucrum* bivalve, texturâ frondis, valvis planis exteriùs liberis.

Obs. Habitus penitùs Trichomanis. Receptaculum capsularum in plerisque inclusum, in nonnullis exsertum.

1. H. *rarum,* frondibus bipinnatifidis lanceolatis glabris raris, laciniis margine integerrimis: inferioribus bifidis, involucris terminalibus solitariis, valvis subrotundis. (D.) *v. v.*

2. H. *nitens,* frondibus tripinnatifidis lanceolatis glabris, laciniis linearibus obtusis subemarginatis integris, involucris terminalibus, valvis oblatè orbicularibus. (D.) *v. v.*

3. H. *flabellatum,* frondibus 3—4-pinnatifidis glabris, rachibus alatis undulatis, laciniis linearibus obtusis indivisis bifidisve margine integerrimis, involucris terminalibus solitariis geminisve, valvis ovatis. (D.) *v. v.*
Hymenophyllum flabellatum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 101. *t.* 250. *f.* 1.

4. H. *tunbridgense,* frondibus bipinnatifidis glabris, laciniis linearibus indivisis bifidisve involucroque suprà axillari spinuloso-dentatis. (J. D.) *v. v.*
Hymenophyllum tunbridgense. *Smith. Swartz.*
Hymenophyllum cupressiforme. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 102. *t.* 250. *f.* 2.

II. GLEI-

II. GLEICHENEÆ.

Capsulæ *annulo completo, striato, transverso, rarò obliquo cinctæ, subsessiles, intùs longitudinaliter dehiscentes.*

PLATYZOMA.

Capsulæ in soro punctiformi dorsali solitario definitæ, sessiles, pulvere intermistæ. *Involucrum* e marginibus revolutis pinnæ.

Filix *glabra.* Rhizoma *repens, squamosum.* Stipites *indivisi.* Frondes *pinnatæ, pinnis numerosissimis, distinctis, orbiculatis, integerrimis, minutis, subtùs pulvere sulphureo tectis.* Capsulæ *in soro paucæ.* Semina *majuscula.* Frondes *ex eodem rhizomate compresso-filiformes, indivisæ.*

Obs. Gleicheniæ nimis affine, a quâ magis ob stipites indivisos quam fructificationis differentias separavi.

P. *microphyllum.* (T.) *v. v.*

GLEICHENIA. *Smith. Swartz.*
Mertensia. *Willd. Swartz.*
Dicranopteris. *Bernhardi.*

Capsulæ in soris rotundis, dorsalibus, sæpiùs definitæ et sessiles. *Involucrum* nullum.

Frondes *dichotomæ v. furcatæ.*

Obs. Dicranopteris *Bernh.* l. c. a congeneribus differt capsulis in soro indeterminatim numerosis, subpedicellatis, annulo obliquo obsoletiore, ideoque et ob stipitis divisuras inferiores nudas forsan separanda.

1. G. *speluncæ,* glabra, frondibus furcatis simplicibusque pinnatis, pinnis pinnatifidis, lobis semiovatis planis membranaceis subtùs glaucis, capsulis 3—4 exsertis. (J.) *v v.*

2. G. *rupestris,* glabra, frondibus furcatis dichotomisve, ramis pinnatis, pinnis pinnatifidis, lobis subrotundis coriaceis margine recurvis subtùs glaucis, capsulis 3—4 subexsertis. (J.) *v. v.*

3. G. *al-*

3. *G. alpina*, frondibus dichotomis proliferis, ramis pinnatis, pinnis pinnatifidis, lobis orbiculatis subtùs fornicatis: adultis denudatis, rachi communi tomentosâ: partialibus squamosis. (D.) *v. v.*

4. *G. microphylla*, frondibus dichotomis divaricatis, ramis pinnatis, pinnis pinnatifidis glabris, lobis subrotundis margine recurvis, capsulis 3—4 exsertis, rachibus hirtis. (J. D.) *v v.*

Gleichenia circinata. *Sw. fil.* 165. *et* 394? charactere haud conveniente.

5. *G. dicarpa*, frondibus dichotomis, ramis pinnatis, pinnis pinnatifidis, lobis orbiculatis subtùs concavis latoque margine cinctis, capsulis binis, rachibus pubescentibus. (D.) *v. v.*

6. *G. flabellata*, frondibus dichotomis proliferis flabelliformibus, ramis lanceolatis pinnatifidis, pinnis linearibus acutis serratis adscendentibus subtùs rachique pubescentulis, capsulis 4—6 exsertis sessilibus. (J. D.) *v. v.*

7. *G. tenera*, frondibus dichotomis proliferis, ramis lanceolatis pinnatifidis, pinnis linearibus integerrimis divaricatis subtùs villosiusculis, rachibus squamatis, capsulis 3—5 exsertis sessilibus. (D.) *v. v.*

8. *G. Hermanni*, stipitibus dichotomis proliferis: ramis ultimis tantùm frondosis, frondibus lanceolatis pinnatifidis glabris subtùs glaucis, pinnis linearibus integerrimis obtusis, capsulis numerosis pyriformibus subpedicellatis. (T.) *v. v.*

Mertensia dichotoma. *Sw. fil.* 163.
Dicranopteris. *Bernh. in Schrad. neu. jour.* 1806. *p.* 38.

III. OSMUNDACEÆ.

Capsulæ *exannulatæ, vasculoso-reticulatæ, pellucidæ, vertice radiatim u. dissimiliter striato, hinc (sæpiùs extùs) longitudinaliter dehiscentes.*

SCHIZÆA. *Smith. Swartz.*

Capsulæ ovales, sessiles, apice radiatim striato, basi insertæ, in appendice divisâ terminali frondis, dorsales. *Involucrum*

crum e marginibus inflexis appendicis continuum, intùs liberum.

Obs. Schizæa digitata. *Sw.* (in Herb. Herm. et Linnei visa) a congeneribus differt appendice digitatâ nec pinnatâ, capsulis confertis nec biseriatis nec extùs dehiscentibus: an ideò separanda?

1. S. *rupestris*, frondibus indivisis planis linearibus margine integerrimis, appendice pinnatâ 5—8-jugâ, involucris incisis. (J.) *v. v.*

2. S. *fistulosa*, frondibus indivisis teretiusculis anticè sulcatis, appendice pinnatâ sub 12-jugâ, involucris ciliato-laceris. (D.) †
Schizæa fistulosa. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 103. *t.* 250. *f.* 3.

3. S. *bifida*, frondibus sterilibus dichotomis: fertilibus bifidis v. semel dichotomis asperis, appendicibus 10—16-jugis adscendentibus, involucris crinitis. (J. D.) *v. v.*
Schizæa bifida. *Sw. fil.* 151.

4. S. *dichotoma*, frondibus omnibus pluriès dichotomis, laciniis linearibus costatis apice attenuatis, appendicibus pinnatis adscendentibus, involucris crinitis. (T.) *v. v.*
Schizæa dichotoma. *Sw.*

Obs. Variabilis planta, nunc frondium marginibus costisque asperis, nunc denticulis paucissimis sublævibus; numero etiam pinnarum multùm variat a 3 ad 10 paria.

LYGODIUM. *Swartz.*

Capsulæ sessiles, ovatæ, medio insertæ! resupinatæ, apice radiatim striato: in spiculis (simplicibus è margine pinnæ, v. dichotomis in fronde mutatâ,) dorsales, biseriatæ. *Involucrum*: *Squamæ* capsulas distinguentes, e venis spiculæ ortæ, suprà liberæ.

Stipes *volubilis*. Frondes *conjugatæ, divisæ v. compositæ.*

Obs. Peculiaris insertio capsularum, ab auctoribus omnibus qui de hoc pulcherrimo genere disseruere, prætervisa fuit.

1. L. *microphyllum*, frondibus pinnatis, rachi rectiusculâ pinnisque glabris: sterilibus subcordatis basi dilatatis acutiusculis obsoletè serratis; fructiferis subovatis. (T.) *v. v.*
Ugena microphylla. *Cav. ic.* 6. *p.* 76. *t.* 595. *f.* 2.

2. L. *semibipinnatum*, frondibus subtùs rachibusque pubescentulis; fructiferis basi bipinnatis: pinnulâ terminali elongato-

gato-lanceolatâ, sterilibus pinnatis: pinnis argutè serrulatis basi cordatis; inferioribus 2—3-partitis; superioribus indivisis linearibus. (T.) *v. v.*

OSMUNDA. *Swartz.*

Todea. *Willd.*

Capsulæ pedicellatæ, subglobosæ, à basi ad gibberem dorsalem striatum dehiscentes, pinnas mutato-contractas undique operientes v. in fronde immutatâ dorsales. *Involucrum* nullum.

Obs. Quoniam in Todeâ *Willd.* capsulæ verè pedicellatæ, et cùm porro alia species existit iisdem pariter dorsalibus, at fronde pellucidâ Trichomanis instar donata, consultiùs duxi ambas ad Osmundam amandare.

1. O. *barbata,* frondibus bipinnatis coriaceis glabris, pinnulis confluentibus apice subserratis: inferioribus dorso fructiferis. (J.) *v. v.*
Osmunda barbara. *Thunb. prod.* 171.
Todea africana. *Willd. in schrift. der acad. zu erfurt.* 1802. *p.* 14. *t.* 3. *f.* 1. *Sw. fil.* 162.

IV. OPHIOGLOSSEÆ.

Capsulæ *uniloculares, basi adnatæ, subglobosæ, coriaceæ, opacæ, exannulatæ, evasculosæ,* (*quandoque connatæ,*) *semibivalves.*

OPHIOGLOSSUM. *L. Swartz.*

Capsulæ connatæ in spicam indivisam, distichам, respectu cujus transversim dehiscentes.

1. O. *gramineum,* scapo stipitem terminante, fronde lanceolatâ enervi. (J. T.) B. *v. s.*
Ophioglossum gramineum. *Willd. schrift. der acad. zu erfurt.* 1802. *p.* 18. *t.* 1. *f.* 1.

2. O. *costatum,* scapo stipitem terminante, fronde lanceolato-oblongâ uninervi reticulato-venosâ. (J. T.) *v. v.*

BOTRYCHIUM. *Swartz.*

Capsulæ distinctæ, in spicâ distichâ compositâ, respectu cujus transversim quoad insertionem longitudinaliter dehiscentes.

Obs. Botrychium zeylanicum *Sw.* differt capsulis verticillatis in rachibus partialibus spicæ compositæ.

1. B. *australe*, scapo subradicali, fronde ternatâ, foliolis bipinnatis, pinnulis confluentibus incisis. (J. D.) *v. v.*

LYCOPODINEÆ. *Swartz.*

PSILOTUM. *Swartz.*

Tmesipteris. *Bernhardi.*

Capsulæ 2—3-loculares, 2—3-valves, coriaceæ, opacæ, polyspermæ.

Caules *divisi* v. *simplices.* Folia *sparsa, sæpè minuta, sterilia indivisa, fructifera bipartita.* Capsulæ *sub divisuram folii insertæ, solitariæ, per lentem reticulatæ.* Semina? *ovalia, in cumulo alba, seorsim semipellucida, in aquâ favillam minutissimam explodentia!*

I. *Capsulæ triloculares.* Psilotum. *Sw.*

1. P. *triquetrum*, ramis undique triquetris. *Sw. fil.* 187. (J.) *v. v.* Lycopodium nudum. *L.*

II. *Capsulæ biloculares.* Tmesipteris. *Bernh.*

2. P. *truncatum*, foliis apice truncatis mucrone setaceo. (D. J.) *v. v.*
Tmesipteris tannensis. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 105. *t.* 252. exclus. syn.

Obs. Planta Forsteri diversa est foliis apice non truncatis: nec in Insulâ Tannâ sed in Novâ Zelandiâ lecta fuit, fide speciminum ab auctore in Herb. Banks. Utraque in filicum arborescentium caudicibus parasitica.

LYCO-

LYCOPODIUM. *L. Swartz.*

Capsulæ uniloculares, axillares, sessiles; aliæ bivalves, farinâ repletæ; aliæ 2—3-valves, corpusculis 1—6 globosis.

I. *Capsulæ uniformes, fariniferæ, in spicis squamis interstinctæ.*

1. L. *varium*, caule ramoso, foliis sparsis linearibus decurrentibus integerrimis imbricatis v. patentibus, spicis terminalibus dichotomis simplicibusve, squamis obtusis integerrimis. (D.) *v. v.*

α. umbrosum, caulis debilis; folia patentia; spicæ filiformes, simplices, v. divisæ, flaccidæ, laxiusculæ; squamæ oblongo-lineares, capsulis multoties longiores.

β. alpinum, caulis erectus; folia arctè imbricata, opaca, ecostata; spicæ dichotomæ, tetragonæ; squamæ ovatæ, capsulas vix superantes.

2. L. *decurrens,* caule repente ramosissimo, foliis bifariis lanceolatis opacis decurrentibus integerrimis: superficialibus inferioribus subulatis appressis, spicis terminalibus sessilibus solitariis oblongis. (D.) *v. v.*

3. L. *densum,* caule erecto ramosissimo paniculato, foliis sparsis patentibus appressisve lanceolato-subulatis integris, spicis terminalibus sessilibus solitariis oblongo-cylindraceis squarrosis, squamis scariosis triangularibus. (J. D.) *v. v.*
Lycopodium densum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 104. *t.* 251. *f.* 1.

4. L. *fastigiatum,* caule repente, ramis erectis fastigiato-paniculatis, foliis subulato-linearibus patulis curvatis integerrimis, spicis terminalibus breviter pedunculatis cylindraceis solitariis geminisve, squamis peltatis triangularibus acuminatis. (D.) *v. v.*

5. L. *diffusum,* procumbens dichotomum, ramis adscendentibus, foliis subulatis semiteretibus undique imbricatis, spicis apice approximatis solitariis cylindraceo 4-gonis sessilibus. (D.) *v. v.*

6. L. *laterale,* caulibus sterilibus repentibus: fertili erecto filiformi subsimplici, foliis subulatis planis modicè patentibus, spicis lateralibus solitariis sessilibus cylindraceo-4-gonis, squamis subrotundis acuminatis denticulatis. (J.) *v. v.*

II. *Capsulæ biformes, in eâdem spicâ.*

7. L. *uliginosum,* caulibus erectis subbifariam ramosis, foliis ovato-lanceolatis integris quadrifariis, spicis terminalibus sessilibus

sessilibus solitariis tetragonis, foliis floralibus basi appendiculatis. (J.) *v. v.*

Lycopodium uliginosum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 104. *t.* 251. *f.* 2.

8. L. *pumilio*, caule erecto subsimplici, foliis subbifariis ovatis acutis denticulatis, superficialibus minoribus acuminatis, floralibus dimorphis: minoribus ciliatis fructiferis; comitantibus rameis similibus, capsulis uniformibus? (T.) B. *v. s.*

MARSILEACEÆ.

Rhizospermæ. *Roth. Decand. flor. franc.* 2. *p.* 577.

AZOLLA.

Lam. encyc. botan. 1. *p.* 343. absque fructificatione.

Flores monoici.

Masc. Gemini, involucro membranaceo inclusi, (nunc solitarii femineum stipantes,) ovati, membranâ exteriore transversim dehiscenti, intra cujus dimidium superius *Antheræ?* 9 v. 6 sessiles, angulatæ, circa corpusculum centrale supra cavum insertæ; dimidio inferiore sphærico, clauso, sub duplici membranâ fluidâ turbidâ repleto.

Fem. In diversis alis ejusdem frondis, intra involucrum marium simile, solitarii, nunc masculo interiori stipati. *Capsula* duplex, *communis* ovata, membranacea, evalvis, includens *partiales* numerosas, tuberculo fundi communis pedicellis capillaribus affixas, uniloculares, evalves, 6—9-spermas. *Semina* angulata, radiculis 2—6 fasciculatis, capillaribus, exsertis!

Plantæ *pusillæ, natantes, facie ferè Jungermanniæ.* Radices *indivisæ, longissimæ, ex alis foliolorum inferiorum demissæ, apice calyptrâ tectæ, sæpiùs plumosæ.* Frondes *pinnatim compositæ, undique foliolis subimbricatis, ovatis, integris, tectæ;*

tectæ; superioribus sæpè papulosis et coloratis; inferioribus hyalinis. Involucra *ad basin pinnarum solitaria.*

Obs. Affinitate non longè a Salviniâ distat, minimè tamen in eodem genere conjungenda, Salviniæ ipsius organa iterùm scrutanda, semina enim Guettardi et Schreberi, aliquam analogiam habere videntur masculis Azollæ.

Fructificatio in utrâque specie Novæ Hollandiæ detecta; in Americanâ (quæ certè distincta, fide speciminis Commersonii in Herb. Banks. visi,) nondum observata.

1. A. *pinnata,* fronde circumscriptione triangulari pinnatâ, foliolis superioribus papulosis, radicibus longitudinaliter plumosis. (J.) *v. v.*

2. A. *rubra,* fronde circumscriptione orbiculatâ, lobis palmatis, lobulis indivisis bifidisve, foliolis superioribus lævibus, radicibus extra medium plumosis. (J. D.) *v. v.*

MARSILEA. *Schreb.*

Marsileæ species. *L.* Lemma. *Juss.*

Involucrum subovatum, clausum, multiloculare, loculis biseriatis, androgynis. *Antheræ?* numerosæ, confertæ, sessiles, uniloculares, evalves? polline globoso. *Ovaria* serie simplici antheris utrinque stipata, sessilia, ovalia, sub membranâ duplici materiâ granulosâ repleta.

Surculus *repens.* Folia *quaternata, elongato-petiolata.* Involucra *petiolo insidentia, v. axillaria, sæpiùs pedicellata.*

Obs. De functione organorum minimè certus sum. *Ovaria* putata repleta sunt materiâ granulosâ, cujus particuli subovales, hyalini, facillimè separandi, nec in aquâ tepidâ solubiles; in centro ovarii sæpiùs observavi corpusculum particulis aliquoties majus, oblongum; primo aspectu homogeneum, sed aquâ immersum citò in particulis similibus resolvendum. *Pollinis?* granula particulis ovarii majora sunt magisque opaca.

1. M. *quadrifolia,* foliolis obovato-cuneatis rotundatis integerrimis petiolisque glabris, involucris pedunculo brevioribus. (J.) *v. v.*
   Marsilea quadrifolia. *L.*

2. M. *hirsuta,* foliolis obovato-cuneatis rotundatis integris petiolisque hirsutis, involucris subsessilibus. (J. T.) *v. v.*

3. M. *angustifolia,* foliolis lanceolatis apice subdentatis: adultis glabris. (T.) *v. v.*

GRA-

GRAMINEÆ. *Juss.*

Flores hermaphroditi, nunc monoici v. polygami.
Gluma uniflora v. biflora v. in rachi communi distichè multiflora; sæpiùs bivalvis rarò univalvis v. nulla.
Perianthium glumæ subsimile, utplurimùm bivalve, rarò univalve; valvulis dissimilibus, exteriore sæpiùs carinatâ, 1-3-multi-nervi, muticâ aut aristatâ, interiore plerumque binervi et muticâ, rarò biaristatâ, quandoque deficiente.
Squamulæ 2, (v. 1,) hypogynæ, succulentæ, minutæ, plerumque collaterales inter valvulam exteriorem perianthii et stamina sitæ, nunc oppositæ valvulis alternantes; quandoque nullæ.
Stamina hypogyna, definita (exceptâ Parianâ), plerumque tria, nunc 1—2 aut 6, rariùsve 4. *Antheris* bilocularibus, utrinque bifurcis.
Ovarium 1, monospermum. *Styli* plerumque 2, distincti v. infra connati, quandoque 1 v. 3. *Stigmata* plumosa v. hispidula.
Pericarpium semini adnatum, (Cariopsis *Rich.*) membranaceum. *Albumen* farinaceum.
Embryo basi lateris exterioris albuminis applicitus, monocotyledoneus, *Cotyledone* scutelliformi, carnosâ, cum albumine cui adhæret persistente. *Plumula* nuda, vaginâ propriâ inclusa, foliolis primariis in folia perfecta mutatis.
Radices fibrosæ. *Culmi* cylindracei, fistulosi, articulati, sæpiùs simplices et herbacei, passim ramosi, rariùs fruticosi. *Folia* alterna, ad singulum articulum solitaria, vaginantia, vaginâ hinc longitudinaliter fissâ. *Flores* parvi, paniculati v. spicati.

Obs.

OBS. In Gramineis quoniam genera reticulatim connexa, eorum series in hoc opusculo minimè uti naturalis proposita est.

Tres autem præcipuas modificationes in fructificatione hujus familiæ observo.

I. Admittit glumam uni-bi-multifloram; quæ dum uniflora, valvulam exteriorem perianthii intra exteriorem glumæ habet: dum bi- v. multiflora, perianthia habet omnia hermaphrodita aut superiora interiusve sensim minùs perfecta, nempe feminea, mascula, v. neutra.

Ad hanc sectionem pertinent ferè omnia Europæa genera, ut Agrostis, Aira, Phleum, Alopecurus, Festuca, Poa, Avena, Bromus, Triticum, Hordeum, &c. et hæc quæ in temperatis zonis præsertim abundant et frigidam quoque occupant, in torridis multò rariùs occurrunt, et plura equidem ibi penitùs evanescunt.

II. Glumam habent bifloram, seu suppressione valvularum et genitalium unifloram; flore perfectiore, vel superstite, semper intra valvulam interiorem glumæ posito.

Hæc sectio verè naturalis, ad quam pertinent Holcus, Andropogon, Ischæmum, Saccharum, Panicum, &c intra tropicos præsertim abundat, in zonis temperatis parciùs existit, ad frigidas vix attingit.

III. Gluma triflora, flore intermedio hermaphrodito v. perfectiore, lateralibus masculis v. neutris.

Hujus sectionis minoris, et vix naturalis, typus est Hierochloe *Gmel.*, in frigidis utriusque hemisphærii proveniens, cui manifestè accedit Anthoxanthum; analogam structuram quoque habent Pomereulla, Ehrharta, Tetrarrhena, Microlæna, et forsan Phalaris.

In ultimâ sectione complectuntur genera, aliquo modo anomala, v. verè diclina v. glumâ destituta v. insolito numero staminum prædita: horum pleraque tropica et aquatica sunt.

SPOROBOLUS.

Agrostidis species. *L.*

Gluma uniflora, bivalvis, mutica, inæqualis, valvulâ exteriore minore. *Perianthium* bivalve, muticum, acutiusculum, sessile, imberbe, glumâ longius. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 2—3. *Styli* 2. *Stigmata* villosa. *Semen* (Cariopsis *Rich.*) obovatum, ventricosum, liberum, deciduum.

Gramina *tropica, vix ultra Lat. grad.* 35. *provenientia.* Flores *paniculati.* Vaginæ *collum barbatum, ligulâ obsoletâ.*

Obs. Genus affinitate Agrostidi præsertim A. virginicæ *L.* proximum, ad quod præter sequentes referenda est Agrostis diandra.

1. S. *indicus*, paniculâ coarctatâ cylindraceâ e spicis imbricatis divisis simplicibusve. (J. T.) *v. v.*
Agrostis indica. *L.*

2. S. *elongatus*, paniculâ coarctatâ elongatâ e spicis alternis divisis: inferioribus distantibus. (J. T.) *v. v.*

3. S. *pulchellus*, paniculâ effusâ e racemis verticillatis raris subsimplicibus, foliis vaginisque ciliatis. (T.) *v. v.*

AGROSTIS. *L.*

Gluma uniflora, bivalvis, acuta, mutica. *Perianthium* bivalve, membranaceum, acutum, valvulâ exteriore muticâ v. uniaristatâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 1—3. *Styli* 2. *Semen* acutum, oblongum v. cylindraceum. *Flores* paniculati.

Obs. Genus artificiale, quod, pluribus speciebus ignotis, in sectiones tantummodo disposui.

I. *Perianthium sessile, muticum, basi imberbe.*

1. A. *virginica*, paniculâ coarctatâ, glumis perianthium subæquantibus, foliis bifariis involutis. (D. M. J. T.) *v. v.*
Agrostis virginica. *L. Willd. sp. pl.* 1. *p.* 373. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 20. *t.* 23. bona.

2. A. *parviflora*, paniculâ effusâ capillari, glumis æqualibus, perianthii valvulâ exteriore truncatâ: interiore minutissimâ. (D.) *v. s.*

II. *Perianthium pedicellatum, pedicello barbato, aristâ dorsali. Panicula coarctata.*

3. A. *crinita*, monandra, paniculâ elongatâ, glumis longè acuminatis, perianthii valvulis exterioribus glumâ $\frac{1}{3}$ brevioribus: aristâ dorsali sexies longiore, vaginis scabriusculis. (J. D.) *v. v.*
Anthoxanthum crinitum. *Linn. suppl. p.* 90. *Forst. prod. n.* 18. (fide

(fide specim. in Herb. Banks. visi.) *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 115. *t.* 263.

4. A. *sciurea,* monandra, paniculâ elongatâ, glumis acuminatis, valvulâ exteriore perianthii emarginatâ minorem glumæ æquante: aristâ dorsali valvulâ quadruplo longiore, vaginis lævibus. (J. D.) *v. v.*

5. A. *rara,* monandra, paniculâ subcoarctatâ: ramis pauci-floris, perianthii valvulâ exteriore glumam æquante juxta apicem aristâ flexuosâ longissimâ, vaginis scabriusculis. (J.) *v. v.*

6. A. *quadriseta,* triandra, paniculâ cylindraceâ: ramis ramulisque imbricatis, glumis acuminatis, valvulâ exteriore perianthii glabrâ: aristâ infra medium dorsi glumis duplo longiore; apice quadridentatâ dentibus setaceis interioribus brevioribus. (D.) *v. v.*

Avena quadriseta. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 25. *t.* 32.

7. A. *cylindrica,* triandra, paniculâ cylindraceâ: ramis imbricatis, glumis subacuminatis, valvulâ exteriore perianthii obtusiusculâ subintegrâ juxta basin aristâ glumis parùm longiore, foliis planis. (M.) *v. v.*

8. A. *montana,* triandra, paniculâ subcylindraceâ: ramis imbricatis, glumis acuminatis coloratis, valvulâ exteriore perianthii pubescenti scabriusculâ: apice bidentatâ; infra medium aristatâ, foliis involuto-setaceis. (D.) *v. v.*

9. A. *lobata,* triandra, paniculâ subspicatâ decompositâ lobatâ: ramis ramulisque imbricatis, glumis acuminatis, valvulâ exteriore perianthii scabriusculâ: apice 4-dentatâ subæquali; juxta basin aristatâ. (D.) *v. v.*

III. *Perianthium sessile, basi barbatâ, aristâ strictâ e divisurâ apicis. Panicula coarctata.*

10. A. *ovata,* paniculâ ovatâ v. oblongâ spiciformi, aristâ glumis longiore, setulâ ad basin valvulæ interioris. (J. D.) *v. v.*

Agrostis ovata. *Forst. prod. n.* 40. (fide specim. auctoris.) *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 19. *t.* 21. bona.

IV. *Perianthium basi extùsve barbatum, aristâ dorsali. Panicula effusa.*

11. A. *Billardieri,* paniculâ capillari, glumarum carinis denticulatis, valvulâ exteriore perianthii glabrâ bimucronatâ:

aristâ dorsali glumis longiore, setulâ villosâ ad basin valvulæ interioris, foliis planis. (J. D.) *v. v.*
Avena filiformis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 24. *t.* 31. (exclus. synonymo Forsteri, cujus planta valdè affinis at distincta.)

12. A. *æmula*, paniculâ capillari, glumarum carinis denticulatis, valvulâ exteriore perianthii longitudinaliter pubescenti bimucronatâ : aristâ dorsali glumis duplo longiore, setulâ villosâ ad basin valvulæ interioris, foliis planis. (J. D.) *v. v.*

13. A. *scabra*, paniculâ capillari, glumarum carinis lateribusque scabris, valvulâ exteriore perianthii glabrâ : apice denticulatâ ; aristâ dorsali inclusâ, setulâ villosâ ad basin interioris, foliis planis vaginisque scabris. (J. D.) *v. v.*

14. A. *plebeia*, paniculâ capillari, glumarum carinis nudiusculis, valvulâ exteriore perianthii longitudinaliter pubescente ; apice biaristatâ ; basi aristâ glumis duplo longiore, foliis subsetaceis. (M. J.) *v. v.*

15. A. *decipiens*, paniculâ laxâ subnutante, glumis acutis, valvulâ exteriore perianthii 5-nervi : aristâ dorsali brevissimâ, foliis involutis. (J.) *v. v.*

PEROTIS. *Hort. kew.* 1. *p.* 85. *et* 3. *p.* 506.

Gluma uniflora, æqualis, bivalvis, aristata. *Perianthium* bivalve, muticum, minutum. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* plumosa. *Semen* cylindraceum, glumâ connivente inclusum. *Flores* spicati.

Gramina *tropica, culmo quandoque ramoso.* Spica *æqualis, multiflora, glumis breviter pedicellatis, aristis æqualibus, setaceis, valvulas superantibus.*

Obs. Perotis latifolia. *Hort. kew.* et *Willd. sp. pl.* est eadem planta cum Anthoxantho indico *L.* fide speciminis in Herbario Hermanni in Museo Banksiano asservato. Perotis polystachya *Willd. sp.* quæ Saccharum paniceum *Lam. illust. gen.* 1. *p.* 155. *t.* 40. *f.* 3. et forsan Andropogon crinitus *Thunb. jap.* 40. *t.* 7. certè non hujus sed proprii generis planta, de quâ vide observationes sub Imperatâ.

1. P. *rara*, culmo erecto subramoso, foliis linearibus lævibus : inferioribus planis ; superioribus involutis. (T.) *v. v.*

POLY-

POLYPOGON. *Desfont. atl.*

Gluma uniflora, bivalvis, valvis subæqualibus, aristatis. *Perianthium* bivalve, inclusum, sessile, basi imberbe, valvulâ exteriore aristatâ. *Flores* paniculati.

1. P. *tenellus*, paniculâ coarctatâ subcylindraceâ, glumis densè villosis, perianthii aristâ dorsali tortili glumarum duplo longiore. (M.) *v. v.*

PENTAPOGON.

Gluma uniflora, bivalvis, æqualis, mutica. *Perianthium* pedicellatum, bivalve; valvula *exterior* apice 5-aristata, aristâ intermediâ dissimili tortili: *interior* mutica. *Stigmata* 2, sessilia, villosa. *Flores* paniculati.

Obs. Calamagrostidi affinitate proximus, et diversus solummodo aristis.

P. *Billardieri*. (D.) *v. s.*
Agrostis quadrifida. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 20. *t.* 22.

ARISTIDA. *L.*

Gluma uniflora, bivalvis, membranacea, laxa. *Perianthium* pedicellatum, bivalve; valvula *exterior* aristâ terminali tripartitâ v. trifidâ, partialibus conformibus: *interior* minuta, mutica, squamulas hypogynas vix superans. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* cylindraceum.

Obs. Genus posthac dividendum; interea in sectiones dispositum: ad secundam pertinent A. capensis aliaque species africana, et forsan A. Hystrix cujus arista tripartita et cum valvulâ obsoletè articulata. Aristida americana est Chloridis species.

I. *Arista tripartita, cum valvulâ inarticulata.*

1. A. *vagans*, paniculâ effusâ rarâ: ramis pedicellisque strictis, glumis coloratis mucronulatis subæqualibus perianthii dimidio brevioribus aristas subæquantibus. (J.) *v. v.*
Aristida vagans. *Cavan. ic.* 5. *p.* 45. *t.* 471.

2. A. *ramosa*, paniculâ subsimplici coarctatâ, glumis coloratis inæqualibus perianthio $\frac{1}{3}$ brevioribus, aristis longitudine florum, culmo erecto ramoso. (J.) *v. v.*

3. A. *calycina*, paniculâ subramosâ, glumis coloratis mucronatis sub-

subæqualibus longitudine perianthii, aristis flore longioribus, culmo erecto simplici. (T.) *v. v.*

II. *Arista trifida cum valvulâ articulata.*

4. A. *stipoides*, racemo parùm diviso: ramis inferioribus subtrifloris, aristis 3-pollicaribus infra divisuram perianthio longioribus. (T.) *v. v.*

5. A. *hygrometrica*, racemis subsimplicibus: pedunculis inferioribus 1—2-floris, aristis 5-pollicaribus infra divisuram perianthio longioribus. (T.) *v. v.*

STREPTACHNE.

Gluma uniflora, bivalvis, laxa, mutica. *Perianthium* pedicellatum, bivalve; valvula *exterior* cylindraceo-involuta, aristâ terminali simplici inarticulatâ infrà tortili: *interior* inclusa, mutica. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Obs. Gramen facie Aristidæ v. Stipæ ab hac diversum aristâ cum valvulâ inarticulatâ.

S. *stipoides*. (T.) ℞. *v. s.*

STIPA. *L.*

Gluma uniflora, bivalvis, membranacea, laxa, mutica. *Perianthium* bivalve; valvula *exterior* involuta, cum aristâ terminali simplici articulatâ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

1. S. *mollis*, aristis a basi ultra geniculum plumosis: apice nudo, perianthiis sericeis, foliis involutis, vaginis pubescentibus. (J.) *v. v.*

2. S. *semibarbata*, aristis a basi ad geniculum plumosis: suprà nudis, perianthiis sericeis, glumis coloratis scabriusculis. (D.) *v. s.*

3. S. *pubescens*, aristis infra geniculum tenuissimè pubescentibus, perianthiis sericeis, glumis truncatis parùm erosis, foliis involutis, ligulâ abbreviatâ, geniculis pubescentibus. (J.) *v. v.*

4. S. *setacea*, aristis nudis geniculatis, perianthiis pubescentibus, glumis setaceo-acuminatis lævibus, foliis involutis vaginisque glabris, ligulis elongatis integris geniculisque nudis, paniculâ effusâ. (J. D.) *v. v.*

5. S. ele-

5. S. *elegantissima*, aristis nudis, pedicellis plumosis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 23. *t.* 29. (D.) v. s. in Herb. D. Lambert.

6. S. *flavescens*, aristis nudis, perianthiis pubescentibus, glumis setaceo-acuminatis, foliis involutis, geniculis vaginisque inferioribus pubescentibus, ligulâ brevissimâ ciliatâ. (D.J.) *v. v.*

Stipa flavescens. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 24. *t.* 30.?

7. S. *compressa*, aristis nudis longissimis rectiusculis, perianthiis sericeis, culmo compresso vaginisque glabris lævibus, foliis involutis, ligulâ elongatâ nudâ subincisâ. (M.) D. A. Menzies. *v. s.*

8. S. *micrantha*, aristis nudis, perianthiis glabris subsessilibus, glumis mucronatis, paniculâ effusâ, culmo ramoso vaginisque lævibus, foliis planiusculis scabris. (J.) *v. v.*

Stipa micrantha. *Cav. ic.* 5. *p.* 42. *t.* 467.?

AMPHIPOGON.

Gluma uniflora, bivalvis, subæqualis. *Perianthium* bivalve; valvula *exterior* trifida: *interior* bifida: *utriusque* laciniis aristatis, setaceis, similibus. *Stamina* 3. *Styli* 2, v. basi connati. *Flores* spicati.

Gramina *cæspitosa.* Radix *repens.* Culmi *fasciculati.* Folia *setacea.* Spica *æqualis, quandoque capituliformis.*

I. *Spica capitata, floribus extimis sterilibus, verticillatis, involucrantibus. Glumæ hirsutæ.*

1. A. *laguroides*, capitulo globoso, glumis hispidis pilis basi dilatatis, valvulâ exteriore acumine suo duplo longiore. (M.) *v. v.*

2. A. *turbinatus*, capitulo obovato, glumis villosis, villis basi simplicibus, valvulâ exteriore acumine suo vix longiore. (M.) *v. s.*

II. *Spica oblonga. Glumæ glabræ.*

3. A. *strictus*, glumis ciliatis integris perianthio glabro brevioribus, aristis foliisque strictis. (J.) *v. v.*

4. A. *debilis*, glumis trifidis perianthio glabro brevioribus, aristis strictis, foliis laxiusculis. (M.) *v. v.*

5. A. *avenaceus*, glumis acuminatis integris perianthio sericeo longioribus, aristis patentibus. (M.) *v. v.*

DIPLO-

DIPLOPOGON.

Gluma uniflora, bivalvis, laxa, membranacea, aristata. *Perianthium* bivalve; valvula *exterior* apice triaristata, aristâ intermediâ dissimili tortili: *interior* biaristata. *Spica* capituliformis.

Obs. Habitus et inflorescentia penitùs *Amphipogonis laguroidis*, floribus extimis pariter sterilibus involucrumque efformantibus.

D. *setaceus*. (M.) *v. v.*

ANISOPOGON.

Gluma uniflora, bivalvis, æqualis, membranacea, laxa, nervosa. *Perianthium* pedicellatum, bivalve; valvula *exterior* cylindraceo-involuta, apice triaristata, aristâ intermediâ dissimili tortili, lateralibus setaceis: *interior* longior, mutica.

Gramen *tripedale, facie* Avenæ. Culmi *simplices*. Folia *involuta, ligulâ ciliatâ*. Panicula *effusa*. Glumæ *magnæ*. Perianthii *valvula exterior sericea cum aristâ obsoletè articulata*.

Setula ad basin valvulæ interioris indicat arctiorem affinitatem cum Danthoniâ quam Aristidâ.

A. *avenaceus*. (J.) *v. v.*

DANTHONIA. *Decand. flor. fran.* 3. *p.* 32.

Gluma bi-multiflora, bivalvis, membranacea, laxa, perianthio longior. *Perianthium* bivalve; valvula *exterior* infrà definitè barbata, suprà imberbis, apice triaristata, aristâ intermediâ dissimili tortili quandoque abbreviatâ: *interior* mutica.

Gramina *facie ferè* Avenæ, *cui certè quam maximè affinia.*

Obs. In Africâ Australi species ultra decem legi, quarum plures glumâ biflorâ flosculo altero pedicellato, habitu etiam a plantis Novæ Hollandiæ parùm diversæ, vix tamen separandæ: an potiùs segregandæ species aristis abbreviatis, nempe D. *paradoxa* et *decumbens*?

1. D. *longifolia*, paniculâ effusâ, spiculis subquadrifloris glumâ levi brevioribus, perianthii valvulâ exteriore ad medium villosâ villis supremis elongatis valvulam occultantibus, aristis

aristis lateralibus longitudine valvulæ, foliis subsetaceis elongatis: collo imberbi. (J.) *v. v.*

2. D. *pallida*, paniculâ effusâ, spiculis subquadrifloris glumâ lævi brevioribus, perianthii valvulâ exteriori ad medium villosâ suprà nudâ, aristis lateralibus valvulâ brevioribus, foliis setaceis: collò barbato. (J.) *v. v.*

3. D. *semiannularis*, paniculâ lanceolatâ, spiculis sub-5-floris glumâ scabriusculâ brevioribus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ: serie villorum superiore longitudine dimidii tortilis aristæ intermediæ lateralibus sesquilongioris glumam vix superantis. (J. D.) *v. v.*
Arundo semiannularis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 26. *t.* 33.

4. D. *pilosa*, paniculâ subcoarctatâ lanceolatâ, spiculis sexfloris glumâ lævi brevioribus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ: serie villorum superiore rariore emarginaturam attingenti, aristis lateralibus valvulâ longioribus intermediâ dimidio minoribus, foliis setaceis vaginisque pilosis. (J.) *v. v.*

5. D. *racemosa*, racemo subsimplici, spiculis 7—8-floris glumam æquantibus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ: seriei superioris villorum fasciculis distinctis brevioribus, aristis lateralibus valvulâ triplò brevioribus, foliis setaceis vaginisque pilosis: collo barbato. (J. D.) *v. v.*
Arundo penicillata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 26. *t.* 34.?

6. D. *setacea*, racemo subsimplici, spiculis 4-floris glumâ lævi duplò brevioribus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ: serie superiore villorum valvulam subæquante, aristis lateralibus valvulâ longioribus, foliis culmisque setaceis. (M. D.) *v. v.*

7. D. *pauciflora*, racemo paucifloro, spiculis trifloris glumâ lævi acutâ brevioribus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ: villis seriei superioris longitudine valvulæ, aristâ intermediâ glumam vix æquanti, foliis strictis glabris culmisque setaceis. (D.) *v. v.*

8. D. *paradoxa*, paniculâ effusâ, spiculis sub-4-floris glumâ longioribus, valvulâ exteriori perianthii basi pubescenti: apice tridentatâ dente medio dissimili divaricato. (J.) *v. v.*

AVENA. *L.*

Gluma multiflora, bivalvis, membranacea. *Perianthium* bivalve, valvulâ exterior aristâ dorsali tortili.

1. A. *nervosa*, paniculâ simplici rarâ nutante, spiculis sub-5-floris, perianthii valvulâ exteriori septemnervi glumis longiore: apice lacinulatâ. (J.) *v. v.*

Obs. Vix genuina species Avenæ, sed nulli alii generi potiùs referenda, Bromo tamen accedens.

BROMUS. *L.*

Gluma multiflora, bivalvis. *Spicula* oblonga, disticha. *Perianthii* valvula *exterior* infra apicem aristâ rectâ, *interior* nervis pectinato-ciliatis. *Semen* apice villosum.

1. B. *australis*, villosus, paniculâ nutante: ramis 1—2-floris, spiculis 6—8-floris, aristis valvulâ longioribus, culmis striatis glabriusculis. (J.) *v. v.*

2. B. *arenarius*, villosus, paniculâ patulâ, spiculis 5-floris. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 23. *t.* 28. (M.) †

Obs. Planta, quam nondum vidi, forsan haud diversa a B. australi.

FESTUCA. *L.*

Gluma multiflora, bivalvis. *Spicula* disticha. *Perianthii* valvula *exterior* apice integra, acuta v. aristâ rectâ terminali. *Flores* paniculati.

1. F. *plebeia*, paniculâ racemosâ secundâ, spiculis 8—10-floris lævibus aristatis, culmo tereti, foliis involutis articulo brevioribus vaginisque lævibus, ligulâ bipartitâ. (D.) *v. v.*

2. F.? *littoralis*, paniculâ coarctatâ, spiculis imbricatis compressis muticis, glumis æqualibus flosculo parùm brevioribus, perianthiis basi pubescentibus apice obsoletè tridentatis, foliis involutis erectis culmos æquantibus superantibusve. (J.) *v. v.*
Festuca littoralis. Labill. nov. holl. 1. p. 22. t. 27.

Obs. Habitus ferè Triodiæ cui etiam charactere accedit.

TRITICUM. *L.*

Gluma bivalvis, multiflora. *Perianthium* bivalve: valvulâ *exteriori* acutâ v. aristâ terminali. *Flores* spicati: *Spiculæ* solitariæ, rachi oppositæ.

1. T. *scabrum*, spicâ elongatâ, spiculis distinctis adpressis 5—6-floris, glumis lanceolatis nervosis flosculo duplò brevioribus,

vioribus, aristis perianthium scabrum superantibus, foliis planiusculis striatis utrinque scabris, vaginis culmisque lævibus. (J. D.) *v. v.*
Festuca scabra. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 22. *t.* 26.

2. T. *pectinatum,* spiculis distinctis divaricatis 5—6-floris: fructiferis reflexis, glumis acuminatis, aristis perianthio brevioribus, foliis planis ciliatis. (D.) †
Festuca pectinata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 21. *t.* 25.

GLYCERIA.

Gluma multiflora, bivalvis. *Spicula* teres, mutica. *Perianthium* imberbe, valvulis longitudine æqualibus. *Squama* hypogyna unica carnosa semiscutellata! *Stigmata* decomposita! *Semen* liberum, oblongum, hinc sulcatum. *Flores* subpaniculati.

G. fluitans. (J.) *v. v.*
Festuca fluitans. *L.*

POA. *L.*

Gluma multiflora, bivalvis. *Spicula* disticha. *Perianthii* valvula *exterior* mutica, integra, basi simplici. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Semen* liberum.

I. *Perianthia quinquenervia.*

1. P. *australis,* paniculâ effusâ v. subcoarctatâ, spiculis 5—6-floris lanceolatis, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriori basi lanatâ, foliis setaceo-involutis scabris: ligulâ brevissimâ, culmis cæspitosis. (J. D.) *v. v.*
Arundo poæformis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 27. *t.* 35.

2. P. *lævis,* paniculâ subcoarctatâ, spiculis 4—5-floris, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriore basi parcè lanatâ apice scariosâ, foliis setaceo-involutis vaginisque lævibus: ligulâ brevissimâ, culmis cæspitosis. (D.) *v. v.*

3. P. *plebeia,* paniculâ effusâ, spiculis 5—6-floris lanceolatis, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriori carinâ marginibusque basi lanatis, foliis planiusculis suprà scabris subtùs vaginisque lævibus; ligulâ brevissimâ. (J.) *v. v.*

4. P. *affinis,* paniculâ subeffusâ, spiculis 4—5-floris lanceolatis, glumis scabriusculis, perianthii valvulâ exteriori basi lanatâ, foliis planis paginis lævibus: ligulâ brevissimâ. (J.) *v. v.*

Obs. Hæc cum duabus præcedentibus *Poæ australi* nimis affines sunt, et forsan meræ varietates.

5. P. *saxicola,* paniculâ coarctatâ simplici, spiculis 3—4-floris lanceolatis, glumis læviusculis margine pubescentibus, perianthii valvulâ exteriori basi nudâ marginibus pubescentibus, foliis planis, ligulâ mediocri imberbi. (D.) *v. v.*

II. *Perianthia trinervia.*

6. P. *polymorpha,* paniculâ patenti: ramis alternis strictis subsimplicibus, spiculis lanceolatis 10—18-floris, perianthii valvulâ exteriori glabrâ: interiori ciliatâ, floribus triandris, foliis subinvolutis vaginisque glabris: collo barbato. (J. T.) *v. v.*

α. Spiculæ sub-18-floræ, purpurascentes v. pallidæ. Paniculæ rami patentes, parùm divisi.
Briza Eragrostis. *L.* ?

β. Spiculæ sub-10-floræ, nigricantes, nigro-cinereæ. Paniculæ rami patentes, simplices.

γ. Spiculæ sub-12-floræ, lineares, nigro-cinereæ. Panicula coarctata, elongata, ramis erectis, paucifloris.

δ. Spiculæ 12—20-floræ, lineares, pallidæ. Panicula coarctata, ramis subpatentibus, brevibus.

7. P. *interrupta,* paniculâ coarctatâ elongatâ: ramis alternis simplicibus: inferioribus remotis, spiculis sessilibus imbricatis linearibus 16—24-floris, perianthiis triandris: valvulâ exteriori glabrâ; interiori ciliatâ, foliis planis lævibus, collo vaginæ brevissimè pubescenti. (T.) *v. v.*

8. P. *diandra,* paniculâ coarctatâ: ramis alternis indivisis approximatis: infimis distantibus, spiculis oblongo-lanceolatis sub-10-floris, perianthiis diandris: valvulâ exteriori glabrâ; interiori ciliatâ, foliis subinvolutis vaginisque lævibus, collo tenuissimè pubescenti. (J.) *v. v.*

9. P. *concinna,* paniculâ coarctatâ simplicissimâ: ramis alternis paucifloris, spiculis breviter pedicellatis lanceolato-oblongis 16—20-floris, perianthii valvulâ exteriore glabrâ: interiore sursùm ciliatâ apice rotundato, collo vaginæ barbato. (J.) *v. v.*

10. P. *leptostachya,* paniculâ effusâ: ramis alternis patentibus basi divisis, spiculis lanceolato-linearibus 8—12-floris, perianthiis triandris: valvulâ exteriore glabrâ; interiore nudâ, foliis planis vaginisque glabris: collo brevissimè ciliato. (J.) *v. v.*

11. P. *parviflora,* paniculâ effusâ capillari nutante: ramis divisis,

visis, spiculis racemosis distantibus linearibus 8—12-floris, perianthiis glabris: valvulâ interiore eroso-truncatâ, foliis planis vaginisque glabris. (J.) *v. v.*

12. P. *stenostachya*, glabra, paniculâ simplici strictâ: ramis alternis subindivisis, spiculisque divaricatis subulatis tereiusculis 7—10-floris, foliis subinvolutis vaginisque lævibus, geniculis imberbibus. (T.) B. *v. s.*

13. P. *pellucida*, paniculâ effusâ patenti: ramis divisis, spiculis linearibus sub-16-floris, floribus pellucidis, perianthii valvulâ exteriore glabrâ nervis lateralibus obsoletis: interiore obsoletè ciliatâ, seminibus exsulcis reticulatis, foliis planis vaginisque lævibus: collo brevissimè ciliato. (T.) *v. v.*

14. P. *elegans*, paniculâ effusâ: ramis alternis divisis, spiculis linearibus planis 16—22-floris, perianthii valvulâ exteriore glabrâ: interiore nanâ nudâ truncatâ, foliis semi-involutis vaginisque glabris: collo barbato. (T.) *v. v.*

15. P. *pubescens*, paniculâ effusâ: ramis alternis patentibus simplicibus rachi pubescenti, spiculis sessilibus linearibus sub-20-floris, perianthii valvulâ exteriori glabrâ: interiori ciliatâ, floribus triandris, culmis foliisque villosis. (T.) *v. v.*

16. P. *decipiens*, paniculâ nutanti: ramis alternis simplicibus flexuosis spicatis, spiculis 2—3-floris, perianthii valvulâ exteriore dorso glabro marginibus sericeis apice obtuso: interiore ciliatâ foliis angusto-linearibus vaginisque scabris: ligulâ incisâ. (T.) *v. v.*

17. P. *imbecilla*, paniculâ subnutante: ramis alternis simplicibus spicatis, spiculis distinctis 3—5-floris, perianthii valvulâ exteriore obtusâ dorso glabro marginibus interiorisque nervis ciliatis, foliis involutis vaginisque glabris: ligulâ erosâ, culmo capillari. (T.) *v. v.*

Obs. Nimis affinis P. *decipienti.*

18. P. *tenella*, paniculâ oblongâ: ramis verticillatis modicè patentibus divisis, spiculis 5—6-floris semipellucidis glabris, culmo ramoso, foliis planis. (T.) *v. v.*

Poa tenella *L.* vix diversa; in utraque spiculas erectas observavimus.

19. P. *abortiva*, paniculâ coarctatâ capituliformi, spiculis congestis planis lanceolatis multifloris, perianthiis 1—2 infimis fertilibus: valvulâ exteriori glabrâ dorso alato: interiore replicatâ ciliatâ; reliquis univalvibus neutris. (T.) *v. v.*

III. *Spica*

III. *Spica racemosa, æqualis. Perianthii valvula exterior multinervis.*

20. P. *distichophylla*, spicâ pauciflorâ, spiculis sub-10-floris, foliis bifariis involutis, vaginis imbricatis, culmo ramoso. (D.) *v. v.*
Uniola distichophylla. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 21. *t.* 24.

IV. *Spicæ unilaterales.*

21. P. *digitata*, spicis digitatis numerosis, spiculis imbricatis sub-septemfloris, perianthii valvulâ exteriore obtusâ trinervi basi subsericeâ. (T. J.) *v. v.*

TRIODIA.

Gluma multiflora, bivalvis, subæqualis. *Perianthii* valvula *exterior* tridentata, dentibus subæqualibus, intermedio stricto. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Flores* paniculati.
Gramina *perennia, rigidula, habitu* Poæ *vel* Festucæ.

Obs. Huc forsan pertinet Festuca decumbens *L.* quæ Danthonia decumbens *Decandolle.*

1. T. *pungens*, paniculâ subcoarctatâ erectâ: ramis alternis subsimplicibus, spiculis lanceolatis subsexfloris, perianthii valvulâ exteriore infra medium carinâ marginibusque lanatis, foliis involutis patentibus pungentibus, vaginis inferioribus viscidis. (T.) *v. v.*

2. T. *procera*, paniculâ effusâ: ramis indivisis spicatis, spiculis breviter pedicellatis 3—4-floris, glumis scabriusculis, perianthii valvulâ exteriore carinâ glaberrimâ: marginibus glabriusculis, foliis involutis laxiusculis: collo sericeo-barbato. (T.) *v. v.*

3. T. *parviflora*, paniculâ effusâ elongatâ: ramis indivisis spicatis, spiculis linearibus sub-6-floris, perianthii valvulâ exteriore carinâ nudâ: marginibus pubescentulis, foliis involutis laxiusculis: ligulâ lacerâ. (T.) *v. v.*

4. T. *microstachya*, paniculâ elongatâ subcoarctatâ: ramis indivisis spicatis, spiculis subtrifloris, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriore obtusâ brevissimè tridentatâ carinâ marginibusque glabris, foliis involutis: collo vaginæ barbato. (T.) *v. v.*

5. T. *irritans*, paniculâ coarctatâ, spiculis imbricatis lanceolatis,

tis, perianthii valvulâ exteriore basi villosâ, foliis involutis patulis rigidis pungentibus. (M.) *v. s.*

6. T. *ambigua*, paniculâ effusâ: ramis semiverticillatis indivisis spicatis, spiculis subsessilibus linearibus 8—10-floris, perianthii valvulâ exteriore marginibus sericeis: interiore ciliatâ, foliis involutis: ligulâ lacerâ. (T.) *v. v.*

Obs. Vix genuina hujus generis species, facie omninò Poæ.

ARUNDO.

Arundinis species. *L.*

Gluma multiflora, bivalvis. *Spiculæ* distichæ, floribus lanâ longâ persistenti cinctis. *Perianthium* bivalve, membranaceum, valvulâ exteriore subulatâ.

Gramina *elata, quandoque frutescentia.* Folia *plana, latiuscula.* Flores *paniculati.*

1. A. *Phragmites*, paniculâ effusâ spiculis 4—5-floris. (D. J. T. M.) *v. v.*
A. Phragmites. *L.*

ERIACHNE.

Gluma biflora, bivalvis, æqualis. *Perianthium* utrumque sessile, hermaphroditum, bivalve, valvulis ambabus barbatis, exteriore aristâ terminali simplici, v. muticâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Gramina (*tropica,*) *sæpiùs pubescentia.* Folia *angusta.* Flores *paniculati.*

Obs. Airæ genus merè artificiale est, plantas complectens ad genera tria v. quatuor diversa accedentes seu omninò pertinentes, vix ullas tamen charactere Eriachnes respondentes.

I. *Aristatæ.*

1. E. *rara*; aristis flosculo longioribus, paniculâ simplicissimâ: ramis paucifloris distinctis, glumis glabriusculis, foliis vaginisque pilosis scabris, articulis sericeo-barbatis. (T.) *v. v.*

2. E. *squarrosa*, aristis flosculo longioribus, spicâ subramosâ: ramis paucifloris approximatis, glumis hispidis acuminatis, foliis vaginisque scabris, articulis sericeo-barbatis. (T.) β. *v. s.*

3. E. *glauca*,

3. E. *glauca*, aristis flosculo longioribus, paniculâ coarctatâ: ramis multifloris floribusque imbricatis, glumis hispidis, foliis vaginisque glabris lævibus, articulis imberbibus. (T.) *v. v.*

4. E. *avenacea*, aristis flosculo brevioribus, paniculâ coarctatâ: ramis simplicibus; floribus distinctis, glumis glaberrimis nervosis, perianthii valvulâ utrâque basi exterioreque marginibus barbatis, foliis setaceis vaginisque glabris. (T.) *v. v.*

5. E *ciliata*, aristis flosculum subæquantibus, paniculâ subcoarctatâ simplici: ramis paucifloris; floribus distinctis, glumis glabriusculis acuminatis, perianthiis longitudinaliter barbatis, foliis vaginisque hispidis. (T.) *v. v.*

6. E. *pallescens*, aristis flosculum subæquantibus, paniculâ effusâ rarâ: ramis capillaribus, glumis glabris obtusiusculis, foliis vaginisque glabris lævibus. (T.) *v. v.*

II. *Muticæ*.

7. E. *mucronata*, paniculâ coarctatâ simplici: ramis paucifloris, glumis glabris, perianthii valvulâ exteriori mucronatâ infra medium hispidâ, foliis strigoso-ciliatis. (T.) *v. v.*

8. E. *brevifolia*, paniculâ coarctatâ simplici: ramis paucifloris, glumis glabris, perianthii valvulâ exteriori mucronatâ infra medium hispidâ, foliis setaceis strictis vaginisque glabris lævibus. (T.) *v. v.*

Obs. Præcedenti nimis affinis.

9. E. *obtusa*, paniculâ subcoarctatâ: ramis inferioribus parùm divisis, glumis glabriusculis acutissimis perianthio obtusiusculo brevioribus, foliis vaginisque glabris. (T.) *v. v.*

10. E. *capillaris*, paniculâ effusâ capillari rarâ: ramis paucifloris rachi villosâ, glumis glabris, foliis vaginisque hispidis. (T.) *v. v.*

PAPPOPHORUM. *Schreb. gen. p.* 787.

Gluma biflora (cum rudimento 3tii vel 4ti), bivalvis, æqualis. *Perianthium* bivalve: valvula *exterior* apice multiaristata aristis (9—13) similibus, dorso simplici: *interior* mutica. *Flosculus secundus* pedicellatus neuter.

Gramina *vix extra tropicum provenientia*. Panicula *coarctata, sæpe spiciformis*.

Obs.

Obs. Characterem reformavi ob Echinariam *Desfont.* et Pappophorum squarrosum *Russ. Alep.* 2. *p.* 244. quod proprium genus efformat.

Species Novæ Hollandiæ habent aristas 9, plumosas; planta autem Americana 13, denticulatas.

1. P. *nigricans*, aristis 9 plumosis, spicâ compositâ subcylindraceâ: lobis imbricatis, glumis tenuissimè pubescentibus, foliis vaginisque glabris scabriusculis. (T. J. M.) *v. v.*

2. P. *pallidum*, aristis 9 plumosis, spicâ compositâ subcylindraceâ: lobis imbricatis, glumis foliisque villosis. (T.) *v. v.*

3. P. *purpurascens*, aristis 9 plumosis coloratis, spicâ lobatâ lanceolatâ: ramis alternis racemosis, glumis foliisque pubescentibus. (T.) *v. v.*

4. P. *gracile*, aristis 9 plumosis, spicâ infrà divisâ apice simplici, glumis pubescentibus, foliis involutis culmisque glabris. (T.) *v. v.*

TRIRAPHIS.

Gluma multiflora, bivalvis, æqualis, mutica. *Spicula* disticha, floribus 2 v. pluribus: inferioribus hermaphroditis, reliquis masculis et neutris. *Perianthii* valvula *exterior* apice triaristata, aristis rectis: *interior* mutica. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* villosa. *Flores* paniculati.

Gramina *intra tropicum provenientia: hinc* Triodiæ *et* Pappophoro, *inde* Ectrosiæ *et* Chloridi *affinia; inter se parùm diversa.*

1. T. *pungens*, paniculâ effusâ, perianthii valvulâ exteriore coriaceâ tenuissimè pubescente, aristis æqualibus: intermediâ simplici, foliis involutis strictis patulis. (T.) *v. v.*

2. T. *mollis*, paniculâ coarctatâ, perianthii valvulâ exteriore villis patulis barbatâ, aristâ intermediâ utrinque lacinulâ setaceâ auctâ. (T.) *v. v.*

ECTROSIA.

Gluma multiflora, bivalvis, subæqualis, mutica. *Spicula* disticha, flosculo infimo hermaphrodito, reliquis masculis v. neutris.

Hermaph. *Perianthium* bivalve, valvulâ *exteriori* aristâ terminali simplici.

Masc. et Neut. longiùs aristati.

Flores paniculati.

Gramina intra tropicum provenientia. Chloridi affinia, inflorescentiâ præsertim diversa.

1. E. *leporina*, paniculâ coarctatâ, aristâ flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore parùm breviore: secundi valvulâ longiore. (T.) *v. v.*

2. E. *spadicea*, paniculâ coarctatâ, aristâ flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore dimidio breviore: secundi valvulam vix æquante. (T.) B. *v. s.*

ELEUSINE. *Gært.*

Gluma 2-multiflora, bivalvis. *Perianthium* bivalve. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* membranâ separabile inclusum. *Spicæ* unilaterales.

1. E. *radulans*, spicis quaternis patulis, glumis bifloris, valvulâ interiore aristat., perianthii valvulâ exteriore acuminatâ, foliis planis pilosis. (T.) *v. v.*

CHLORIS. *Swartz.*

Gluma biflora, (nunc rudimento 3tii v. 4ti) bivalvis. *Perianthium inferius* hermaphroditum, valvulâ *exteriore* muticâ v. apice 1—3-aristatâ, aristis setaceis rectis: *interiore* muticâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* liberum, nudum. *Flosculus secundus* pedicellatus, neuter v. masculus, 1—2-valvis. *Spicæ* unilaterales.

1. C. *ventricosa*, spicis 3—4 digitatis divaricatis, glumis bifloris coloratis: valvulis acutis: interiore lanceolatâ, perianthiis truncato-rotundatis ventricosis scabris nudis, aristâ valvulâ parùm longiore. (J.) *v. v.*

2. C. *truncata*, spicis 6—8 digitatis divaricatis, glumis bifloris subulatis, perianthiis truncatis compressis glabris, aristâ valvulam bis superante. (J.) *v. v.*

3. C. *divaricata*, spicis 6—9 digitatis divaricatis, glumis bifloris subulatis, perianthiis subulato-lanceolatis scabriusculis nudis triaristatis, aristis lateralibus brevissimis: intermediâ elongatâ. (T.) *v. v.*

4. C. *pumilio*, spicis 2—4 erectiusculis, glumis bifloris: valvulis acuminato-aristatis, perianthiis ciliatis lanceolatis triaristatis, aristis lateralibus valvulâ brevioribus: intermediâ elongatâ. (T.) *v. v.*

CYNODON. *Rich. in Pers. syn.* 1. *p.* 85.

Fibichia. *Koel.*

Gluma uniflora, bivalvis, subæqualis, navicularis, patens. *Perianthium* bivalve, muticum, valvula *exteriore* naviculari compressâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Spicæ* unilaterales, floribus uniseriatis, æqualibus.

Gramina *intra tropicum præsertim provenientia.* Spicis *digitatis v. racemosis.* Chloridi *affinitate proxima, indicante inflorescentiâ, et probante insuper rudimento setuliformi flosculi secundi in* C. Dactylon *obvio.*

1. C. *Dactylon,* spicis 3—5 digitatis, perianthiis glabris subciliatis glumâ longioribus, setulâ imberbi ad basin valvulæ interioris. (J.) *v. v.*

Cynodon Dactylon. *Pers. syn.* 1. *p.* 85.
Panicum Dactylon. *L.*

2. C. *tenellum,* spicis 2—3 digitatis, perianthiis pubescentibus glumam vix æquantibus, setulâ nullâ ad basin valvulæ interioris. (T.) *v. v.*

3. C. *polystachyon,* spicis plurimis racemosis, perianthiis pubescentibus glumâ scabriusculâ parùm longioribus. (T.) *v. v.*

CŒLACHNE.

Gluma biflora, bivalvis, valvulis subæqualibus, obtusissimis, ventricosis. *Flosculi* mutici, bivalves; *inferior* hermaphroditus, valvulâ *exteriore* ventricosâ: *superior* pedicellatus minor, femineus! *Squamulæ* hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* liberum, teres, utrinque acutum.

Gramen *tenellum, glaberrimum.* Culmus *infrà ramosus, ramis adscendentibus.* Folia *plana, nervosa, lanceolata.* Ligula *nulla.* Panicula *angusta.* Flores *parvi.*

Obs. Brizæ speciem nanam primo intuitu quodammodo refert.

1. C. *pulchella.* (T.) B. *v. s.*

MILIUM. *L.*

Gluma uniflora, bivalvis, æqualis, mutica, acuta. *Perianthium* bivalve, inclusum, subcartilagineum, enerve, imberbe, valvulis dorso compressis. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio indurato inclusum.

1. M. *punctatum*, paniculæ racemis alternis indivisis, floribus inferioribus geminis: superioribus solitariis, pedicellis articulatis, perianthii valvulâ exteriore aristato-mucronatâ. (J. T.) *v. v.*

Militum punctatum. *L.*

Obs. Ob inflorescentiam et præsertim pedicelli articulum distinctum genus efformare meretur, Paspalo proximum.

PASPALUM. *L.*

Gluma uniflora, bivalvis, æqualis, valvula *exterior* respectu racheos interiùs posita, alteram planiorem amplexans. *Perianthium* bivalve, chartaceo-cartilagineum, magnitudine glumæ, valvis dorso compressis. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio indurato accretum. *Flores* spicati, unilaterales, ad denticulos racheos dilatatæ solitarii.

Obs. Genus affinitate proximum Panico: concipe enim in Panicis spicâ secundâ instructis suppressionem valvulæ interioris glumæ, et habes legitimam speciem Paspali; talis autem suppressio certè obtinet in nonnullis, in quibus vel squamulæ hypogynæ vel valvula minutissima intra interiorem glumæ quandoque obviæ sunt, et in Paspalo orbiculari interdum valvulam parvam extra planiorem glumæ observavi.

1. P. *polystachyum*, spicis numerosis confertis, flosculis glabris orbiculatis, valvulâ exteriore glumæ 5-nervi, foliis planis lævibus: margine simplici denticulatâ. (T.) *v. v.*

Obs. Nimis affine Paspalo scrobiculato *L.* sed glumæ scrobiculis carent.

2. P. *orbiculare*, spicis alternis distinctis basi setigeris, flosculis glabris ovato-orbiculatis, valvulâ exteriore glumæ trinervi, foliis planis lævibus: margine incrassato denticulato. (J. T.) *v. v.*

Paspalum orbiculare. *Forst. prod. n.* 35.

3. P. *pubescens*, spicis alternis distinctis sessilibus, flosculis ovatis, glumis pubescentibus: valvulâ exteriore trinervi, foliis planis: suprà pilosis scabris; margine incrassato denticulato. (T.) *v. v.*

4. P. *littorale*, spicis conjugatis subinæqualiter pedunculatis, flosculis ovatis acutis glabris, foliis involutis, culmo compresso. (T. J.) *v. v.*

PANI-

PANICUM. *L.*

Gluma biflora, bivalvis, inæqualis, valvulâ exteriore duplò multotiesve minore, quandoque obsoletâ. *Flosculi* dissimiles, *exterior* masculus v neuter 1—2 valvis valvulâ exteriore texturâ interioris glumæ; *interior* hermaphroditus, bivalvis, chartaceus. *Squamulæ* 2 hypogynæ, cuneiformes. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio cartilagineo subaccreto tectum.

Obs. I. Vastum genus, vix tamen dividendum ratione inflorescentiæ, quæ vel spicata v. paniculata est. Species autem involucro verticillato-setoso (e pedicellis abortivis quasi formato) separavi: hæ a Cenchro tantummodo diversæ præsentià squamularum hypogynarum, stylis vix basi connatis, et involucris fructiferis haud induratis. An porrò distinguendum Panicum dimidiatum *Retz.* quod Rottboellia dimidiata *Linn. suppl.*? ob faciem peculiarem et inflorescentiam.

In speciebus nonnullis aquaticis flosculus interior minor breviter pedicellatus femineus staminibus effœtis, hæ itaque in sectione propriâ dispositæ sunt.

Ad Panicum referri debent Saccharum Teneriffæ et Holcus serratus, in utroque enim gluma biflora valvulâ exteriore minutâ.

Obs. II. Structuram veram Panici primùm intellexit accuratus Mægius, nec effugere potuit occulatissimum Forskael (in *Flor. ægypt. p.* 18 *et* 19). Characterem emendatum dein proposuerunt Adanson (in *Fam. de plant.* 2. *p.* 35.) et Schreberus (in editione suâ Generum plantarum.)

I. *Spica solitaria. Flores nudi, nec involucro cincti. Glumæ valvula exterior obvia.*

1. P. *rarum*, spicâ rarâ filiformi, floribus subsessilibus glabris distinctis, flosculo hermaphrodito rugoso, culmo ramoso. (T.) *v. v.*

2. P. *phleoides*, spicâ cylindraceo-oblongâ, floribus imbricatis ovatis acutis pubescentibus, foliis planis culmoque glabro basi ramoso. (T.) B. *v. s.*

3. P. *myosuroides*, spicâ cylindraceâ, floribus imbricatis ovatis obtusiusculis, foliisque glabris planis, culmo repente. (T.) B. *v. s.*

4. P. *arcuatum*, spicâ cylindraceâ racemosâ, floribus imbricatis oblongis curvatis hispidulis, foliis planis culmoque erecto glabris. (T.) B. *v. s.*

II. *Spicæ*

II. *Spicæ alternæ, indivisæ, submuticæ.*

5. P. *strictum*, spicis paucifloris subapproximatis, floribus ovalibus obtusis, glumis glabris, flosculo hermaphrodito sericeo, neutro univalvi glabro, foliis involutis : caulinis brevissimis, culmo ramoso. (J.) *v. v.*

6. P. *flavidum*, spicis remotis, floribus ovatis hinc ventricosis glabris, flosculo hermaphrodito rugoso, foliis planis vaginisque glabris. (T.) *v. v.*

Panicum flavidum. *Retz. obs.* 4. *p.* 15.

7. P. *gracile*, spicis approximatis paucifloris racemosis : rachibus apice nudo aristæformi, floribus subimbricatis ovatis glabris, flosculo hermaphrodito tenuiter rugoso, foliis subinvolutis glabris. (T.) *v. v.*

8. P. *argenteum*, spicis alternis racemosis : rachi glabrâ, floribus turbinatis truncatis, valvulâ interiore glumæ exterioreque flosculi neutri juxta apicem sericeo-barbatis, foliis lineari-lanceolatis strictis utrinque tomentosis mollibus : marginibus denticulato-asperis undulatis. (T.) *v. v.*

9. P. *holosericeum*, spicis distinctis : rachi villosâ, floribus sericeis, glumis acuminatis : exteriore valvulâque aristatâ flosculi neutri juxta apicem argenteo-barbatis, culmo foliisque villosis undulatis : margine denticulatis. (T.) *v. v.*

10. P. *polyphyllum*, spicis alternis floribusque distinctis glabris muticis, culmo polyphyllo foliisque villosis planis : margine denticulatis asperis. (T.) *v. v.*

III. *Subpaniculata, spicis alternis, divisis, floribus muticis.*

11. P. *marginatum*, paniculâ lanceolatâ e spicis divisis, spiculis paucifloris, floribus ovatis acutis, glumis glabris : valvulâ exteriore minutâ enervi, flosculo hermaphrodito sericeo, neutro univalvi, foliis planis glabris marginatis. (J.) *v. v.*

12. P. *airoides*, paniculâ subeffusâ, floribus ovatis muticis hinc gibbosis acutis glabris, flosculo exteriore masculo hermaphroditum superante : valvulâ interiore apice ciliatâ, culmo foliisque glabris planis, collo vaginæ barbato. (T.) *v. v.*

13. P. *pubescens*, paniculâ patenti lanceolatâ : ramis strictis parùm divisis, pedunculis bifloris : pedicellis inæqualibus, rachibus glumisque villosis mucronatis, culmis foliisque pubescentibus mollibus : marginibus simplicibus scabris. (T.) *v. v.*

14. P. *fo-*

14. P. *foliosum*, paniculâ patenti lanceolatâ: ramis strictis parùm divisis simplicibusve: rachibus villosis, glumis pubescentibus acutis, foliis lanceolatis undulatis marginatis utrinque pilosis, culmo ramoso. (T.) *v. v.*

15. P. *pauciflorum*, paniculâ simplicissimâ rarâ: ramis patentibus paucifloris, floribus ovalibus acuminatis glabris, foliis linearibus planis vaginisque pilosis. (T.) *v. v.*

16. P. *pygmæum*, paniculâ patenti rarâ e racemis subsimplicibus: rachibus subflexuosis, floribus ovalibus acutiusculis glabris, foliis lanceolatis ciliatis, culmo repente, ramis adscendentibus pilosis. (J.) *v. v.*

17. P. *minutum*, paniculâ effusâ rarâ: ramis parùm divisis paucifloris: rachibus villosis, floribus obovatis pubescentulis, foliis lato lanceolatis pilosiusculis, culmo multiplici erectiusculo villoso. (T.) B. *v. s.*

18. P. *bicolor*, paniculâ lanceolatâ: ramis patentibus strictis parùm divisis: ramulis paucifloris, floribus ovatis acutis glabris, flosculo neutro bivalvi, hermaphrodito glaberrimo nitido, foliis villosiusculis linearibus. (J.) *v. v.*

19. P. *uncinulatum*, paniculâ lanceolatâ: ramis subsimplicibus, floribus ovalibus, glumis pilosis pilis uncinulatis, flosculo hermaphrodito lævi, foliis linearibus culmoque ramoso glabris. (T) *v. v.*

20. P. *effusum*, paniculâ compositâ patenti rarâ capillari: ramulis pedicellisque flexuosis, floribus acutis glabris, foliis vaginisque pilosis scabris, geniculorum barbâ patenti. (T.) *v. v.*

21. P. *decompositum*, paniculâ decompositâ patenti capillari, floribus acutis nudis foliis vaginisque glabris, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

IV. *Spicæ alternæ v. confertæ, floribus aristatis.*

22. P. *Crus galli*, spicis alternis secundis divisis simplicibusve, floribus imbricatis, glumis valvulâque exteriore flosculi neutri hispidis aristatis mucronatisve, flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore mucrone hispidulo, rachibus setigeris. (J. T.) *v v.*

Panicum Crus galli. *L.*
Panicum Crus corvi. *L.*

Obs. Planta polymorpha variat præcipuè spicis divisis simplicibusque longitudineque aristarum. Panicum stagninum *Retz. obs.* 5. *p.* 17. vix differt nisi flosculo exteriore masculo nec neutro.

23. P. *semi-*

23. P. *semialatum*, spicis 2—4 digitatis: racheos flexuosæ dentibus 3—5-floris, glumis acuminatis: interiore marginatâ ciliatâ, flosculo hermaphrodito breviter aristato, foliis glabriusculis, vaginis infimis sericeis, geniculis barbatis. (T.) *v. v.*

Obs. Proximum P. cimicino.

V. *Spicæ fasciculatæ, subdigitatæ, floribus muticis.*

24. P. *parviflorum*, spicis alternis approximatis filiformibus: inferioribus compositis, floribus imberbibus, glumæ valvulâ exteriore ovato-lanceolatâ uninervi: interiore longitudine floris, foliis linearibus. (J.) *v. v.*

25. P. *striatum*, spicis pluribus approximatis indivisis filiformibus, floribus ovalibus glabriusculis, glumæ valvulâ exteriore enervi obsoletâ: interiore longitudine floris marginibus pubescentibus, foliis linearibus glabris. (J.) *v. v.*

26. P. *radiatum*, spicis numerosis approximato-alternis indivisis raris divaricatis, floribus imberbibus, valvulâ exteriore glumæ enervi obtusâ: interiore flore breviore, foliis pubescentibus. (J.) *v. v.*

27. P. *ciliare*, spicis 4—5 digitatis indivisis, floribus imbricatis, glumæ valvulâ exteriore minutissimâ enervi: interiore flore duplo breviore exterioreque flosculi neutri ciliatis, foliis lanceolatis undulatis pilosiusculis, vaginis lævibus. (J. T.) *v. v.*

Panicum ciliare, *Retz. obs.* 4. *p.* 16. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 344.

28. P. *divaricatissimum*, spicis 6—10 subdigitatis elongatis raris divaricatissimis, floribus lanceolatis, glumæ valvulâ exteriore minutissimâ enervi: interiore flore breviore exterioreque flosculi neutri margine lanatis, foliis planis linearibus vaginisque glabris. (J. T.) *v. v.*

29. P. *villosum*, spicis 2—8 approximato-alternis filiformibus, floribus distinctis acutis, glumæ valvulâ exteriore minutâ glabrâ: interiore longitudine floris flosculique neutri exteriore lanatis disco nudiusculo, foliis linearibus glabris. (T.) *v. v.*

VI. *Spicatæ, spicis digitatis fasciculatis solitariisve, valvulâ exteriore glumæ obsoletissimâ v. nullâ.*

30. P. *papposum*, spicis plurimis semiverticillatis filiformibus raris divaricatis, floribus lanâ copiosâ patulâ tectis, glumâ univalvi. (T.) *v. v.*

31. P. *te-*

31. P. *tenuiflorum*, spicis 2—3 digitatis filiformibus modicè patentibus, floribus subimbricatis ovalibus, glumæ valvulâ exteriore obsoletissimâ: interiore flosculique neutri exteriore lanâ brevi appressâ, foliis planis glabris, vaginis pubescentibus, ligulâ imberbi subincisâ. (T.) *v. v.*

32. P. *propinquum*, spicis 2—3 digitatis filiformibus modicè patentibus, floribus subimbricatis ovalibus glumâ univalvi flosculique neutri valvulâ exteriore lanâ appressâ brevi, foliis planiusculis, vaginis infimis pubescentibus, ligulâ imberbi subincisâ, culmo repente. (T.) *v. v.*

33. P. *gibbosum*, spicâ solitariâ filiformi, floribus subimbricatis acutis, glumâ univalvi flore breviore flosculoque neutro univalvi barbatis pilis strictis, hermaphroditi valvulâ exteriore basi gibbosâ, culmo erecto, foliis glabris, collo vaginæ barbato. (T.) *v. v.*

VII. *Flosculus exterior masculus, interior femineus, minor. Racheos apex nudus aristiformis.* (*Aquatica, culmo repente.*)

34. P. *paradoxum*, spicâ simplici racemosâ erectâ, pedicellis juxta apicem intùs aristâ florem acuminatum glabrum superante, culmo foliisque glabris. (J.) *v. v.*

35. P. *spinescens*, paniculâ patenti lanceolatâ e spicis alternis indivisis raris, floribus lanceolatis acuminatis semicoloratis foliisque glabris plânis, vaginis retrorsum læviusculis. (J.) *v. v.*

36. P. *abortivum*, paniculâ effusâ e spicis alternis raris paucifloris, floribus lanceolatis acuminatis, glumæ valvulâ interiore hispidâ, foliis suprà pilosiusculis, culmo ramoso-compresso, vaginisque retrorsum scabris. (T.) *v. v.*
Andropogon squarrosum. *Herb. Linn.*

CHAMÆRAPHIS.

Gluma biflora, bivalvis, valvulâ exteriore minimâ. *Flosculi* bivalves; *exterior* masculus, valvulâ exteriore texturâ interioris glumæ; *interior* minor, chartaceus, femineus. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 3! *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio cartilagineo inclusum.

Gramen *perenne*. Folia *disticha, linearia, stricta, ligulâ rotundatâ*. Spica *unica*, (Hordei,) *floribus imbricatis, distichis, rachi flexuosæ parallelis, pedicellis brevibus, juxta apicem intùs aristâ longissimâ instructis* (unde nomen.)

 Obs.

Obs. Affinitate proxima Panicis, præsertim ultimæ sectionis, a quibus vix differt nisi numero stylorum.

1. C. *hordeacea.* (T.) *v. v.*

ORTHOPOGON.

Gluma biflora, bivalvis, subæqualis, valvulâ *exteriore* aristatâ, vix minore; *interiore* breviùs aristatâ v. muticâ, aristis edentulis! *Flosculi* dissimiles, sessiles, *exterior* masculus v. neuter, valvulâ exteriore texturâ glumæ; *interior* hermaphroditus, chartaceus. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio cartilagineo inclusum.

Gramina *vix extra tropicos provenientia, in umbrosis nascentia,* Folia *plana, latiuscula.* Spica *composita, spiculis alternis, secundis, quandoque paucifloris.*

Obs. Quam maximè affinis Panico, a quo separavi solummodo ob glumarum valvulas subæquales, exteriore longiùs aristatâ, aristasque omnes edentulas! Huc præter sequentes Novæ Hollandiæ pertinent Panicum hirtellum *L.* et P. Burmanni *Retz.*

1. O. *compositus,* spiculis multifloris, floribus geminis hirsutis, glumis ambabus aristatis: exteriore parùm majore; interioris aristâ abbreviatâ, flosculo neutro mucronulato, foliis lanceolatis. (T.) *v. v.*
Panicum compositum. *L.*

2. O. *æmulus,* spiculis 4—6-floris, floribus hispidis, glumis ambabus aristatis: interioris aristâ brevissimâ, flosculo neutro mutico, foliis lanceolatis vaginisque pilosis, geniculis barbatis villis subreflexis. (T.) *v. v.*

3. O. *flaccidus,* spiculis 4—6-floris, floribus alternis glabris ciliatis, glumis ambabus aristatis: interioris aristâ valvulâ dimidio breviore, flosculo neutro mutico, foliis lanceolatis apice attenuato glabris, geniculis imberbibus. (J.) *v. v.*

4. O. *imbecillis,* spiculis 3—6-floris, floribus alternis glabris ciliatis, glumâ exteriore aristatâ: interiore mucronulatâ, flosculo neutro mutico, foliis lineari-lanceolatis linearibusve vaginisque glabris, geniculis imberbibus. (J.) *v. v.*

PEN-

PENNISETUM. *Rich. in pers. syn.* 1. *p.* 72.

Gluma biflora, bivalvis, inæqualis, valvulâ exteriore aliquoties minore. *Flosculi* dissimiles, *exterior* masculus v. neuter, 1—2-valvis, valvulâ exteriore texturâ glumæ; *interior* bivalvis, chartaceus, hermaphroditus. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2, basi quandoque connati. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio subindurato tectum. *Spica* (simplex v. divisa) *Involucellis* 1—3-floris, polysetis, setis distinctis; nunc dimidiatis.

Obs. Huc pertinent Panicum viride, verticillatum, helvolum. A Panico differt tantummodo involucellis setosis, a Cenchro iisdem distinctis nec circa semen induratis; præsentiâ squamularum hypogynarum? stylisque sæpe distinctis. In Pennisetis quibusdam Richardi squamulæ hypogynæ forsan nullæ.

1. P. *compressum*, spicâ cylindraceâ simplici: rachi pubescenti, involucellis unifloris elongatis completis, floribus lanceolato-subulatis, flosculo hermaphrodito lævi, stylis basi connatis, foliis canaliculatis vaginisque glabris, culmo compresso. (J.) *v. v.*

2. P. *glaucum*, spicâ cylindraceâ simplici. involucellis dimidiatis polysetis sub-unifloris flore ovato 2—3-plo longioribus, flosculo hermaphrodito rugoso, stylis distinctis, foliis planis pilosiusculis: collo sericeo barbato, culmo ramoso. (J. T.) *v. s.*
Panicum glaucum. *L.*

3. P. *italicum*, spicâ cylindraceâ compositâ, involucellis dimidiatis unifloris flore ovato 2—3-plo longioribus, foliis planis lato-linearibus marginatis scaberrimis, vaginis lævibus: collo barbato pilis strictis. (T.) B. *v. s.*
Panicum italicum. *L.*

CENCHRUS. *L.*

Gluma biflora, bivalvis, valvulâ exteriore minore. *Flosculi* dissimiles: *exterior* masculus v. neuter: *interior* hermaphroditus. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Styli* 2, infra connati. *Stigmata* plumosa. *Involucellum* 1—3-florum, multipartitum, extus setosum, fructiferum induratum.

1. C. *inflexus*, involucris unifloris profundè 6-7-fidis: laciniis angusto-lanceolatis margine nudis: fructiferis inflexis, spicâ simplici cylindraceâ. (T.) *v. v.*

 2. C. *australis*,

2. C. *australis*, involucris unifloris 8—10-partitis: laciniis subulatis plumoso-ciliatis: apice denticulis retrorsis, spicâ simplici elongatâ. (J.) *v. v.*

NEURACHNE.

Gluma biflora, bivalvis, valvulis nervosis, acutis, hispidis, coriaceis, subæqualibus, exteriore parùm minore, fructiferis induratis. *Flores* dissimiles; *exterior* neuter, bivalvis, valvulâ exteriore glumæ subsimili; *interior* hermaphroditus, hyalino-membranaceus, bivalvis. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* liberum, e perianthio membranaceo decidens.

Gramen *perenne*. Culmus *multiplex, erectus, geniculis sericeo-barbatis*. Folia *plana, brevia*. Spica *unica, ovata,* (Alopecuri,) *simplex, involucris nullis*.

1. N. *alopecuroidea*. (M.) *v. v.*

ISACHNE.

Gluma biflora, bivalvis, æqualis, membranacea, obtusa. *Flosculi* æquales, bivalves, chartacei; *exterior* masculus; *interior* femineus. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio indurato inclusum.

Gramina *in inundatis provenientia, glabra*. Folia *plana, collo vaginæ barbato*. Flores *paniculati*.

Obs. Affinitate proxima Panico et facie fere Panici colorati. Hujus generis est Meneritana *Herm. zeyl.* 24. fide specim. in illius Herb.

1. I. *australis*, paniculâ lanceolatâ simplici: ramis pedicellisque flexuosis, culmo erecto. (J.) *v. v.*

XEROCHLOA.

Gluma biflora, bivalvis, inæqualis, excavationi racheos parallela, semiimmersa; valvulâ exteriore minore. *Perianthium* utrumque exsertum, bivalve, muticum, membranaceum, subulatum; *exterius* masculum, triandrum: *interius* femineum, *Stylis* 2, basi connatis. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Semen* valvulâ interiore! chartaceâ perianthii inclusum.

Gramina

Gramina *perennia, juncea, arida,* (unde nomen,) *glabra.* Folia *subulata, stricta, ligulâ brevissimâ.* Vaginæ *culmum terminantes, alternæ, spathaceæ, singulæ includentes* Spiculas 2—4, *abbreviatas, paucifloras.*

Obs. Affinitatem quamdam habet cum Apludâ, cujus character emendandus.

1. X. *imberbis,* spiculis subulatis parùm curvatis, valvulâ interiore flosculi masculi glabrâ. (T.) *v. v.*

2. X. *barbata,* spiculis lanceolatis strictis, valvulâ interiore flosculi masculi barbatâ. (T.) *v. v.*

THUAREA. *Aubert du Petit Thuars. in Pers. syn.* 1. *p.* 110.

Glumæ bifloræ, univalves, in rachi dilatatâ spicatæ, unilaterales, infimæ androgynæ, reliquæ masculæ. *Perianthium* (androgynæ) *exterius* hermaphroditum; *interius* masculum, valvula exteriore glumæformi. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio inclusum, et rachi induratâ involutâ clausâ tectum!

Culmi *repentes, longissimi, ramis erectis, brevibus, indivisis, foliatis.* Spica *unica, terminalis, brevis, spathâ foliaceâ diu semivelata.* Rachis *crasso-coriacea* (nec membranacea ut habet D. Thuarsius, qui ni fallor spatham cum rachi confudit.) Flores *simplici serie sessiles,* (1—2) *infimi androgyni, reliqui* (4—6) *in angustatâ portione racheos masculi.*

Obs. Affinitate non longè a Panico distat, præsertim a Panico dimidiato *Retz.* in Thuareâ autem glumæ respectu racheos inversæ, et valvulâ exteriore carent. Structura etiam in multis convenit cum Spinifice, in quo major separatio sexuum et inde marium plurimorum necessitas: figura et œconomia equidem *racheos* diversæ sunt, in utroque genere autem persistit, et disseminationem modis quamvis diversis adjuvat.

Præter sequentes et T. sarmentosam (quæ auctoritate characteris generici distincta est) huic generi quoque pertinet Ischæmum involutum *Forst. prod.* fide spec. auct. in Herb. Banks. visi.

1. T. *latifolia,* floribus androgynis binis, culmis pubescentibus, foliis lanceolatis utrinque sericeis. (T.) B. *v. s.*

2. T. *media,* floribus androgynis solitariis, foliis lineari-lanceolatis subtùs culmisque glabris. (T.) *v. v.*

SPINIFEX. *L.*

Flores polygami dioici. *Gluma* biflora, bivalvis, æqualis.
Masc. spicati, triandri, rachi utrinque nudâ.
Androg. solitarii, ad basin racheos elongatæ aristæformis: flosculus *exterior* masculus v. neuter 1—2 valvis; *interior* hermaphrodito-femineus.
Gramina *in littoribus arenosis latè repentia*; mascula *utplurimum in distinctis gregibus nascentia*: spicis *numerosis approximatis*. Femineorum Racheæs *in capitulum echinatum congestæ*.

1. S. *longifolius*, glaber, foliis inermibus flaccidis semiteretibus: marginibus longitudinaliter lævibus rachi fructiferâ ter longioribus, glumis masculis scabris. (T.) Baudin. *v. s.*
Cyperus, *Peron, voy. au ter r. aust.* 1. *p.* 113. (secundum descriptionem haud malè convenientem cum specimine a D. Baudin.)

2. S. *fragilis*, glaber, foliis inermibus flaccidis semiteretibus margine scabris rachi fructiferâ longioribus. (T.) *v. v.*

3. S. *sericeus*, sericeus, foliis inermibus intùs vaginisque glabris, acumine racheos masculæ spicâ aliquoties breviore. (J. T.) *v. v.*

4. S. *hirsutis*, sericeus, foliis inermibus intùs vaginisque villosis, racheos masculæ acumine spicam subæquante. (M.) *v. v.*
Spinifex hirsutus. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 81. *t.* 230, 331.

HOLCUS. *Müg. act. helv.* 8. *t.* 4. *Schreb. gen. p.* 715.
Sorgum. *Mich.* Holci species. *L.*

Flores polygami monoici, paniculati, ramis sub-verticillatis.
Hermaph. *Gluma* biflora, bivalvis, coriacea, basi barbata. *Flosculus exterior* univalvis, neuter: *interior* hermaphroditus, bivalvis, valvulâ exteriore subaristatâ, interiore minutâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. (imberbes v. ciliatæ.) *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.
Masc. hermaphrodito sessili adstantes, gemini v. solitarii, pedicellati, perianthio mutico: quandoque abortientes, neutri.

Obs. I. E Holcis in editione Sp. pl. Willden. propositis huc pertinent Holcus bicolor, Sorghum, cernuus, caffrorum, saccharatus, decolorans, halepensis, nitidus, quibus adjiciendi

ciendi sunt Andropogones inflorescentiâ paniculatâ, inter quos est Raphis trivialis *Lour. cochin.* quæ fide speciminis in Herb. Banks. ab ipso auctore missi haud diversa ab Andropogone aciculari *Retzii.* Excludendus tamen Andropogon cymbarius, qui ob inflorescentiam peculiarem, genus efformat inter Holcum et Anthistiriam locandum. An etiam distinguendus Andropogon muricatus *Retz.* qui Phalaris zizanoides *L.* ob glumas muricatas quasi unifloras, ex abortione valvulæ interioris flosculi hermaphroditi, ob Perianthium muticum et Squamulas hypogynas intra valvulam exteriorem positas?

Obs. II. In Holco, Anthistiriâ, Andropogone, Saccharo, Dimeriâ, Imperatâ, gluma reverà biflora est, quod cum probabile redditur ex horum summâ affinitate cum Ischæmo, et ex situ squamularum hypogynarum; penitùs demonstratum est positione Embryonis.

1. H. *parviflorus*, paniculâ effusâ capillari: ramis alternis multipartitis, ramulis divisis pedunculisque capillaribus trifloris, glumis muticis, foliis planis scabris, geniculis barbatis.

α. Glumæ pubescentes, rachis communis villosa, folia vaginæque hirsutæ. (T.) *v. v.*

β. Glumæ rachisque glabræ, folia contusa graveolentia vaginæque glabriusculæ. Forsan distincta. (J.) *v. v.*

2. H. *Gryllus*, paniculâ effusâ patenti: ramis verticillatis trifloris, pedunculis imberbibus, glumæ hermaphroditæ valvulâ exteriore strigoso-ciliatâ: interiore aristatâ, masculæ valvulâ interiore basi barbatâ: exteriore breviùs aristatâ, vaginis lævibus; imis subsericeis, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

Andropogon Gryllus. *L.*

3. H. *pallidus*, paniculâ effusâ: ramis verticillatis trifloris, pedunculis glumisque imberbibus, hermaphroditæ exteriore strigoso-ciliatâ: interiore mariumque exterioribus aristatis, vaginis lævibus, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

Obs. Valdè affinis præcedenti, tamen vix varietas.

4. H. *fulvus*, paniculâ effusâ: ramis verticillatis indivisis spiciferis, spicis 8—13-floris, rachi pedunculisque plumoso-barbatis, floribus ovatis acutis, glumis villosis muticis, flosculi hermaphroditi aristâ imberbi valvulis duplo longiore, foliis scaberrimis, geniculis barbatis. (T.) *v. v.*

5. H. *plu-*

5. H. *plumosus*, paniculâ effusâ: ramis verticillatis indivisis spiciferis, spicis 8—15-floris, rachi pedunculisque plumoso-barbatis, floribus oblongo-lanceolatis, glumis pubescentibus muticis, hermaphroditi aristâ imberbi valvulis sexies longiore, foliis scabris, geniculis barbatis. (T.) *v. v.*

6. H. *elongatus*, paniculâ elongatâ subcoarctatâ: ramis verticillatis divisis simplicibusve spiciferis, spicis 5-floris, pedunculis imberbibus, glumis glabris muticis, exteriore hermaphroditi substrigoso-ciliatâ, flosculi hermaphroditi aristâ spiculâ breviore, foliis triquetris carinâ marginibusque asperis. (T.) *v. v.*

ANTHISTIRIA. *L.*

Flores fasciculati, polygami monoici.

Masc. v. Neut. quatuor, verticillati, sessiles, circumdantes unicum hermaphroditum, masculis 2 pedicellatis stipatum. *Gluma* 1—2-valvis, membranacea. *Perianthium* muticum.

Hermaph. *Gluma* bivalvis, coriacea, 1—2-flora. *Perianthium* inclusum, hyalinum, bivalve, valvulâ exteriore aristatâ, v. aristiformi. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Flosculus neuter* exterior, univalvis.

Obs. Genus, cujus veram structuram respectu florum verticillatorum olim suspicatus est Linnæus, primùm descripsit Forskael. Nuperiùs Desfontaines characterem reformavit, ejusdem verò descriptio floris hermaphroditi minus accurata est.

1. A. *australis*, glumis involucrisque imberbibus strigisve paucissimis, foliis vaginisque glabris, culmo tereti. (J. M. D. T.) *v. v.*

2. A. *frondosa*, glumis masculis barbatis, involucris foliaceis vaginisque hirsutis, pedunculis villosissimis, culmo compresso scabriusculo. (T.) *v. v.*

ANDROPOGON.

Andropogonis species. *L. Schreb.*

Flores polygami monoici, spicati, spicis solitariis conjugatis fasciculatisve.

Hermaph. *Gluma* biflora, bivalvis, coriacea, basi barbata. *Flosculus exterior* univalvis, neuter: *interior* hermaphroditus,

tus, bivalvis, valvulâ exteriore sæpiùs aristatâ, interiore minutâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Masc. (quandoque Neut.) hermaphrodito sessili adstans, solitarius, pedicellatus, perianthio mutico.

Obs. Genus ab Holco inflorescentiâ solummodo distinguendum, nec desunt species intermediæ.

I. *Spicæ solitariæ, terminales, aristatæ, involucro nullo.*

1. A. *tenuis*, glumis masculis exterioribus emarginatis glabris tenuissimè striatis, aristis geniculatis lævibus, foliis planis vaginisque lævibus, culmo simplici, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

Obs. Raro occurrit spicis conjugatis.

2. A. *striatus*, glumis masculis exterioribus acutis glabris trinervibus, aristis geniculatis lævibus, foliis planis culmoque simplici glabris. (T.) . B. *v. s.*
Andropogon striatus. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 903. ? (differt solummodò foliis brevioribus strictis.)

3. A. *contortus*, glumis masculis acutis tenuissimè striatis apice barbatis, aristis longissimis contortis pubescentibus, foliis planis setaceo-acuminatis scabris, vaginis compressis lævibus, culmo ramoso. (T.) *v. v.*
Andropogon contortus. *L.*

4. A. *triticeus*, glumis acuminatis lævibus imberbibus marginatis, aristis longissimis contortis pubescentibus, spicâ infrà masculâ ! foliis planis setaceo-acuminatis, vaginis lævibus, culmo ramoso semitereti. (T.) *v. v.*

II. *Spicæ fasciculatæ, subdigitatæ, aristatæ, involucro nullo.*

5. A. *sericeus*, spicis 3—6 digitatis sericeis, glumis exterioribus ovalibus obtusis juxta apicem longissimè barbatis, foliis setaceo-acuminatis, vaginis lævibus, geniculis barbatis. (T. J.) *v. v.*

6. A. *affinis*, spicis 3—5 digitatis villosis, glumis exterioribus ovalibus obtusis nervosis margine ciliatis, foliis setaceo-acuminatis, vaginis lævibus, geniculis barbatis. (T. J.) *v. v.*

7. A. *pertusus*, spicis 4—7 confertis sericeis, rachibus barbatis, glumis exterioribus oblongis nervosis pubescentibus medio

 foveolâ

foveolâ impressis, foliis caulinis setaceis vaginâ lævi brevioribus, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

Andropogon pertusus. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 922.

8. A. *intermedius*, spicis plurimis paniculatis, rachibus barbatis, glumis glabriusculis oblongo-lanceolatis, foliis caulinis subulatis scabris, vaginis lævibus, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

III. *Paniculâ spathis alternis, spicis conjugatis, aristatis : ligula membranacea, imberbis.*

9. A. *procerus*, paniculâ elongatâ, aristis spicâ longioribus, glumis glabris, valvulâ exteriore hermaphroditæ lanceolatâ binervi, rachi barbatâ villis patulis strictis, culmis elongatis ramosis scabriusculis, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

10. A. *exaltatus*, paniculâ elongatâ, aristis spicam subæquantibus, rachi barbatâ villis patulis, glumis glabris: exteriore hermaphroditæ lanceolatâ 4-nervi, culmis elongatis ramosis lævibus, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

11. A. *lanatus*, paniculâ coarctatâ, spathis margine scariosis, aristis spicam subæquantibus, rachibus densissimè lanatis, glumis glabris : exteriore hermaphroditæ 4-nervi ; marium multinervi, culmis subsimplicibus lævibus, geniculis pubescentibus. (T.) *v. v.*

12. A. *bombycinus*, paniculâ coarctatâ, spathis margine scariosis, aristis spicâ aliquoties brevioribus obsoletisve, rachibus densissimè lanatis, glumis glabris : exteriore hermaphroditæ binervi cum rudimento tertii ; marium multinervi, culmo simplici lævi, geniculis tomentosis. (T.) *v. v.*

IV. *Panicula spathis alternis, spicis conjugatis, muticis : ligula membranacea, imberbis.*

13. A. *refractus*, spicis refractis, glumis acuminatis glabris. (J.) *v. v.*

V. *Spicæ alternæ, solitariæ, spathâ inclusæ : flosculus pedicellatus neuter.*

14. A. *fragilis*, rachibus sericeo-barbatis, glumâ hermaphroditâ glabrâ muticâ, perianthio aristato, flosculi pedicellati subulati univalvis aristâ elongatâ, vaginis lævibus : collo barbato. (T.) B. *v. s.*

15. A. ci-

15. A. *citreus*, spicis semiexsertis muticis, rachibus sericeo-barbatis, glumâ exteriore hermaphroditi acumine bifido pectinatim ciliato: neutrius acumine indiviso, culmo ramoso vaginisque lævibus, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

SACCHARUM. *L. Schreb.*

Flores omnes hermaphroditi, spicati, spicis fasciculatis v. paniculatis, articulis bifloris, flore altero pedicellato. *Gluma* biflora, bivalvis, subæqualis, basi barbata. *Flosculi* inclusi: *interior* hermaphroditus, bivalvis, hyalinus, valvulâ exteriore muticâ v. aristatâ, interiore minutâ v. obsoletâ; *Squamulis* 2 hypogynis, *Staminibus* sæpiùs 3, *Stylis* 2, *Stigmatibus* plumosis: *exterior* neuter, univalvis, muticus.

Obs. Lana longissima sericea spicæ, textura tenuiùs membranacea glumæ, perianthiaque sæpiùs mutica vix sufficient ad separandum Saccharum officinarum *L.* spontaneum *L.* speciesque similes ab Erianthо *Mich.*, sequentibus Novæ Hollandiæ aliisque Indiæ orientalis nondum descriptis, habitu omninò Andropogonis, pariter aristatis et ab eo diversis solummodò floribus omnibus hermaphroditis uniformibus.

In Saccharo officinarum *L.* cujus perianthium univalve ab auctoribus descriptum est, semper inveni valvulas tres quarum equidem interior compresso-filiformis et intermedia minutissima.

1. S. *irritans*, spicis digitatis aristatis, rachi sericeo-barbatâ, glumis pubescentibus: valvulâ alterâ aristatâ, perianthii aristâ elongatâ infrà barbatâ, foliis subinvolutis, vaginis lævibus, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

2. S. *fulvum*, spicis digitatis, rachi sericeo-barbatâ, glumis villosis muticis, perianthii aristâ imberbi, foliis planis apice involutis, vaginis lævibus, geniculis barbatis. (T.) *v.v.*

IMPERATA. *Cyrill. ic. fasc.* 2. *t.* 11.

Flores omnes hermaphroditi, geminati, altero pedicellato. *Gluma* bivalvis, biflora, æqualis, mutica, lanâ cincta. *Perianthia* inclusa, hyalina; mutica; *exterius* univalve, neutrum; *interius* bivalve, hermaphroditum, valvulâ interiore latiore. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Stamina* 2. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Obs. A Saccharo differt defectu squamularum hypogynarum; flosculi hermaphroditi valvulâ interiore latiore; staminibusque binis. Huic valdè affine Saccharum paniceum *Lam. illust. gen. t.* 40. *f.* 3. sed diversum floribus aristatis, defectu valvulæ interioris flosculi hermaphroditi, et stamine unico.

1. *arundinacea. Cyrill. ic. fasc.* 2. *t.* 11. (T. M. J. D.) *v. v.* Saccharum cylindricum. *Lam. encycl. botan.* 1. *p.* 588. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 323.
Lagurus cylindricus. *L.*

DIMERIA.

Flores omnes hermaphroditi, sessiles, spicati, rachi inarticulatâ persistenti. *Gluma* biflora, bivalvis, coriacea, basi barbata, valvulâ utrâque naviculari, interiore angustiore. *Flosculi* inclusi, hyalini; *exterior* univalvis, neuter; *interior* hermaphroditus, bivalvis, valvulâ exteriore aristatâ, interiore minutissimâ. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* cylindraceum, valvulâ exteriore glumæ inclusum.

Gramina *annua, tenella, facie* Andropogonis *v.* Chloridis cruciatæ. Folia *brevia, pilosa.* Culmus *suprà aphyllus.* Spica *duplex,* (unde nomen,) *floribus alternis, bifariis.*

Obs. A Saccharo differt præsertim floribus omnibus sessilibus. Speciem secundam ab Indiâ orientali habeo.

1. D. *acinaciformis,* floribus lánceolatis: barbâ baseos manifestâ, glumæ valvulâ interiori apice acinaciformi, perianthii aristâ infra geniculum edentulâ. (T.) B. *v. s.*

ISCHÆMUM. *L.*

Sehima. *Forsk.* Colladoa. *Cavan. ic.* 5. *p.* 37.

Flores polygami monoici. *Spica* articulata, glumis geminis, sessili transversâ; pedicellatâ in quibusdam masculâ v. neutrâ.

Sessilis *Gluma* biflora, bivalvis, valvulis subcoriaceis, exteriore dorso planiusculo, interiore naviculari. *Flosculi* bivalves, inclusi, membranacei: *exterior* masculus, raro neuter; *interior* hermaphroditus. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Obs. Ab Andropogone et Saccharo differt tantummodò flos-

culo

culo exteriore glumæ sessilis-bivalvi, sæpiùsque masculo: a Rottboelliâ glumâ alterâ pedicello soluto insidente. Ischæmo igitur affinis est Rottboellia digitata *Flor. Græc.*, et diversa tantùm pedicello juxta apicem articulato, squamisque hypogynis lobatis lacinulâ exteriore longiore.

Colladoa *Cavan. l. c.* genuina species Ischæmi est, ut patet ex figurâ, et descriptione mutatis partium nominibus.

I. *Spicæ conjugatæ, dimidiatæ, gluma pedicellata, biflora, sessili utplurimùm similis.*

1. I. *triticeum*, racheos angulis barbatis, glumis imberbibus lævibus: interioris carinâ suprà alatâ, perianthii hermaphroditi aristâ exsertâ, foliis lanceolatis, vaginis imis hirsutis, geniculis barbatis. (T.) *v. v.*

Obs. Proximum I. mutico *L.* in quo arista brevior subinclusa et geniculi culmi imberbes. Ab I. murino differt staturâ majore et geniculis barbatis.

2. I. *australe*, racheos pedicellique angulis barbatis, glumis imberbibus lævibus: interioris carinâ subsimplici, perianthii hermaphroditi aristâ inclusâ brevissimâ, foliis vaginisque glabris lævibus, culmo erecto, geniculis barbatis. (J.) *v. v.*

Obs. Nimis affine I. mutico. *L.*

3. I. *villosum*, racheos pedicellique angulis barbatis, glumis lævibus: exteriore basi villosâ, perianthii hermaphroditi aristâ exsertâ, foliis scabris, vaginis lævibus, culmo erecto, geniculis barbatis. (T) *v. v.*

II. *Spicæ solitariæ, simplices, aristatæ: gluma pedicellata, 1—2-flora, mascula v. neutra.*

4. I. *fragile*, spicâ tereti, racheos articulis pedicellisque obovatis ventricosis intùs concavis membranâque scariosâ tectis, aristâ glumæ interioris setaceâ brevi; perianthii geniculatâ elongatâ, foliis pubescentibus, geniculis barbatis. (T.) B. *v. s.*

5. I. *laxum*, spicâ subnutante, racheos pedicellique angulis barbatis, glumis submembranaceis nervosis glabris; pedicellatâ biflorâ; flosculis masculis muticis. (T.) *v. v.*

III. *Spicæ simplices, fasciculatæ, muticæ: gluma pedicellata, mascula v. neutra.*

6. I. *Rottboellioides*, spicis filiformibus glaberrimis lævibus alternatim

ternatim fasciculatis, foliis ciliatis, geniculis imberbibus. (T.) *v. v.*

Obs. Planta media inter Ischæmum et Rottboelliam huic tamen habitu propiùs accedens, forsàn distinctum genus efformare debet, omnia enim Ischæma genuina aristâ donata sunt.

ROTTBOELLIA. *Linn. fil.*

Spica teres, articulis bifloris, floribus sessilibus, alternis, excavationibus racheos immersis, dissimilibus. *Gluma inferior* bivalvis, biflora. *Perianthium* utrumque inclusum, muticum, hyalinum, *exterius* masculum v. neutrum, 1—2-valve : *interius* hermaphroditum, bivalve. *Gluma superior* mascula v. abortiva, 1—2-flora.

Spica *fragilis, articulis facillimè solubilibus.*

Obs. Huc præter sequentes pertinet Rottboellia Cœlorachis *Forst. prod. n.* 49. aliæ incertæ sunt.

Nectarium monophyllum a Cel. Schrebero in Rottboelliâ descriptum, valvula interior est flosculi hermaphroditi, intra cujus valvulam exteriorem squamulæ 2 collaterales existunt.

1. R. *exaltata,* spicis teretibus undique flosculosis imberbibus, glumis obtusis : exteriore hermaphroditâ enervi rachibusque scaberrimis; masculâ nervosâ scabriusculâ, foliis vaginisque strigoso-pilosis.

Rottboellia exaltata. *Linn. suppl.* 114.

Stegosia cochinchinensis. *Lour. cochin. p.* 51. (fide speciminis in Herb. Banks. ab auctore missi.)

2. R. *formosa,* spicâ tereti undique flosculosâ, articulis glumisque exterioribus hermaphroditi sericeis, neutris glabriusculis vacuis. (T.) *v. v.*

OPHIURUS.

Ophiuri species. *Gært. carpol.* 3. *p.* 3.
Rottboelliæ species. *Linn. fil.*

Spica teres, articulis unifloris, floribus excavationibus racheos immersis. *Gluma* biflora, bivalvis, valvulâ *exteriore* cartilagineâ; *interiore* concavâ, membranaceâ. *Perianthium* utrumque inclusum, membranaceum, muticum : *exterius* masculum v. neutrum : *interius* hermaphroditum.

Culmi *erecti, ramosi, foliis vaginisque pubescentibus.* Spicæ *graciles,*

gracilès, breves, subfasciculatæ, spathis foliaceis semiinclusæ.

O. *corymbosa.* *Gært. carpol.* 3. *p.* 4. (T.) B. *v. s.*
Rottboellia corymbosa. *Linn. suppl.* 114.

LEPTURUS.

Spica teres, articulis unifloris, floribus excavationibus racheos immersis. *Gluma* univalvis, cartilaginea, 1—2-flora, rudimento pedicellato flosculi secundi exterioris, vel tertii intermedii. *Perianthia* inclusa, membranacea, mutica, bivalvia; dum bina utrumque hermaphroditum, exterius pedicellatum. *Squamulæ* hypogynæ 2. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Gramen *in littoribus arenosis repens.* Rami *adscendentes.* Folia *subdisticha, stricta, linearia, parùm involuta, collo vaginæ barbato, ligulâ obsoletâ.* Spica *filiformis, acuta, imberbis, articulis solubilibus, glumis acuminatis, articulo longioribus.*

Obs. An hujus generis Rottboellia incurvata *L.* et filiformis *Roth.?* in quibus observo rudimentum minutissimum pedicellatum flosculi secundi exterioris, sed adest insuper bractea cum glumâ collateralis et ab omnibus auctoribus perperàm pro hujus laciniâ sumpta; ex analogiâ autem pro pedicello abortivo floris secundi habenda.

L. *repens.* (T.) *v. v.*
Rottboellia repens. *Forst. prod. n.* 151.

HEMARTHRIA.

Spica compressa, semiarticulata, articulis bifloris. *Gluma* biflora, bivalvis, valvulâ interiore *inferioris* rachi agglutinatâ, *superioris* solutâ. *Perianthia* inclusa, hyalina, mutica: *exterius* univalve, neutrum: *interius* hermaphroditum, bivalve. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Spica *subulata, ad articulos semicompletos haud solubilis.*

1. H. *compressa,* glumarum acuminibus strictis. (J.) *v. v.*
Rottboellia compressa. *Linn. suppl.* 114.

2. H. *uncinata,* acumine glumæ interioris solutæ hamato. (D.) *v. v.*

MICRO-

MICROCHLOA.

Spica unilateralis, inarticulata. *Gluma* uniflora, bivalvis subæqualis, acuta, membranacea. *Perianthium* inclusum, muticum, villosum, bivalve, inversum. *Stamina* 2—3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Gramen *pusillum.* Spica *unica, falcata, floribus imbricatis.*

Obs. Perianthium intra glumam inversum indicat Microchloæ nexum cum Rottboelliis generibusque affinibus: accedit quoque Knappiæ *Smith.* cujus Perianthium certè bivalve, sed non inversum. Rottboellia Thomæa *Linn. suppl.* quæ sui generis planta inter Microchloam et Hemarthriam locanda, ob spicam bifariam, inarticulatam, flosculis excavationibus racheos immersis; glumam univalvem, unifloram: et perianthium inversum.

M. *setacea.* (T.) *v. v.*
Nardus indica. *L.*
Rottboellia setacea. *Roxb. corom.* 2. *p.* 18. *t.* 132.

ZOYSIA. *Willd. in nov. act. nat. cur. berol.* 3.

Gluma uniflora, univalvis, complicata, cartilaginea, infrà clausa, apice hinc genitalia exserens. *Perianthium* bivalve, inversum, muticum, membranaceum. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Gramen *littorale.* Folia *disticha, stricta, canaliculata, collo vaginæ barbato.* Spica *racemosa, æqualis, floribus imbricatis.*

Obs. Prope Rottboellias posui ob glumam univalvem, perianthium inversum et inflorescentiam spicatam.

Zoysia pungens. *Willd. in nov. act. nat. cur. berol.* 3. *p.* 440. (J.) *v. v.*
Agrostis Matrella. *Linn. mant.* 185. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 366. (fide speciminis in Herbario Linnæi.)
Matrella juncea. *Pers. syn.* 1. *p.* 73.

HIEROCHLOE. *Gmel. sib.* 1. *p.* 101.

Disarrenum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 83. *t.* 332.

Gluma bivalvis, triflora. *Perianthia* bivalvia: *lateralia* mascula, triandra; *terminale* hermaphroditum, diandrum.

Gramina

Gramina glabra, odore Anthoxanthi. Flores paniculati, flosculo hermaphrodito submutico, lateralibus subaristatis.

Obs. Genus distinctissimum, plures species complectens, in frigidis hemisphærii utriusque provenientes.

Flosculus intermedius perfectior characterem essentialem generis præbet, qui notatu dignus, non solùm quòd in ordine inusitatior, sed quia indicare videtur structuram veram aliorum generum, præsertim Anthoxanthi, huic affinitate certè proximi, pariterque odorati: in Anthoxantho autem flosculi laterales magis imperfecti, univalves, neutri; (pro corollâ bivalvi a Linnæo et auctoribus omnibus habiti;) intermedius minor, perperàm a Schrebero uti Nectarium descriptus. Similis suppressio flosculorum lateralium obtinet quoque in Ehrhartâ, Tetrarrhenâ, Microlænâ, Phalaride, et in Pomereullâ cujus structura a Linnæo filio haud benè intellecta fuit.

1. H. *antarctica*, paniculâ effusâ subnutante, glumis uninervibus carinâ lævibus, flosculis masculis aristatis pubescentibus dorso margineque ciliatis villis subcurvatis, hermaphrodito mucronulato, foliis planis. (D.) *v. v.*

Disarrenum antarcticum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 88. *t.* 232.

Obs. Huic quam maximè affinis est Holcus redolens *Forst. prod. n.* 563. ab illo e schedis Solandri mutuatus, et ex auctoritate exemplarium in Herb. Banks. diversus tantummodò valvulâ interiore glumæ basi trinervi pilis marginalibus dorsalibusque flosculorum lateralium strictis, longioribus. Holcus redolens *Vahl. symb.* 2. *p.* 102. ab utrâque distinctus paniculâ coarctatâ, floribus majoribus, glumarum carinis denticulis sparsis scabriusculis. Aira antarctica *Forst. prod. n.* 41. a Cel. Labillardiere ad Disarrenum antarcticum suum dubitanter relata, planta diversissima est, et fide speciminis Forsteriani *Avenæ* species.

TETRARRHENA.

Gluma uniflora, bivalvis, perianthio minor. *Perianthium* sessile, duplex, utrumque bivalve, absque squamulis exterioribus fasciculisve pilorum. *Squamulæ* 2 hypogynæ, oppositæ, valvulis perianthii alternantes. *Stamina* 4! *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Spica racemosa, simplex, æqualis. Flores mutici, certè tetrandri, ex repetito examine tam recentis quam siccæ.

 1. T. *disti-*

1. T. *distichophylla*, floribus pubescentibus, perianthiis nervosis obtusis: valvulâ extimâ duplo breviore, foliis strictis vaginisque pilosis, culmo basi ramoso. (D.) *v. v.*
Ehrharta distichophylla. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 90. *t.* 117.

2. T. *acuminata*, floribus glabris, perianthiis nervosis: exteriore acuto: valvulâ alterâ interiore parùm breviore: alterâ longiore acuminatâ, foliis vaginisque glabris, culmo ramoso. (D.) *v. v.*

3. T. *juncea*, floribus glabris imbricatis, glumis enervibus perianthiisque obtusis nervosis, culmo ramoso foliisque strictis glabris. (M.) *v. v.*

4. T. *lævis*, floribus glabris distinctis, glumis nervosis acutiusculis, perianthiis obtusis enervibus lævibus, culmis simplicibus, foliis glabris planis laxiusculis. (M.) *v. v.*

MICROLÆNA.

Gluma uniflora, minuta, bivalvis. *Perianthium* pedicello barbato glumam superante insidens, duplex, utrumque bivalve, imberbe, exterioris valvulis subæqualibus, apice aristatis. *Squamulæ* hypogynæ 2, oppositæ, valvulis perianthii alternantes. *Stamina* 4! *Stigmata* 2, sessilia, plumosa.

Gramen *glabrum*. Culmus *filiformis*. Folia *plana, brevia*. Ligula *incisa*. Racemus *nutans*.

Obs. Ex repetito examine recentis et siccatæ certè tetrandra. Tetrarrhenæ valdè affinis, sed notis suprà datis sat distincta videtur. Situs squamularum hypogynarum in utroque genere et in Ehrhartâ oriri videtur ex earum insolitâ magnitudine et pressione valvulæ exterioris perianthii proprii.

M. *stipoides*. (J. D.) *v. v.*
Ehrharta stipoides. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 91. *t.* 118.

LEERSIA. *Soland. Swartz.*

Asprella. *Schreb. gen. p.* 45.
Homalocenchrus. *Mieg.*

Gluma nulla. *Perianthium* bivalve, valvulis compresso-navicularibus, muticis.

1. L. *australis*, paniculâ effusâ subsimplici e spicis alternis: inferioribus bipartitis, floribus hexandris, valvularum carinis

rinis ciliatis : nervis denticulatis : lateribus glabris. (J. T.) *v. v.*

Obs. Valdè affinis Leersiæ hexandræ *Sw.* an reverâ distincta?

POTAMOPHILA.

Flores polygami, sæpiùs monoici. *Hermaphrodito-Masculi* superiores. *Feminei* cum rudimentis staminum, Stigmatibus majoribus: utriusque *gluma* uniflora, bivalvis, minima. *Perianthium* bivalve, muticum, membranaceum, valvulâ *exteriore* 5-nervi, *interiore* 3-nervi. *Squamulæ* 2 hypogynæ. *Stamina* 6. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa.

Gramen *perenne, aquaticum, 3—5-pedale, in fluviis cæspites densos, sæpiùsque latos efformans.* Culmi *subramosi.* Folia *angusta, subinvoluta.* Ligula *longa, lacera.* Panicula *effusa, erecta.*

Obs. Affinitate proxima Oryzæ et Zizaniæ.

P. *parviflora.* (J.) *v. v.*

LEPTASPIS.

Monoica.

Masc. *Gluma* uniflora, bivalvis. *Perianthium* majus, bivalve, membranaceum, valvulâ *exteriore* ovatâ, concavâ ; *interiore* angustiore, lineari, planâ. *Squamulæ* hypogynæ nullæ. *Stamina* [illegible].

Fem. *Gluma* ut in mare. *Perianthium* valvulâ *exteriore* ventricosâ, subglobosâ, aperturâ apicis angustatâ ; *interiore* minutâ, lineari. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* 1. *Stigmata* 3, villosa. *Semen* valvulâ exteriore perianthii auctâ, chartaceâ, inflatâ, inclusum.

Obs. Facies et inflorescentia Phari latifolii *L.* a quo solummodo propter valvulam exteriorem perianthii peculiarem separavi ; an rectè ? Alteram speciem vidi ex Insulis Moluccanis.

A Pharo toto cœlo distant Pharus ciliatus et aristatus *Retz.* qui si Zizaniis non conjungendi proprium genus constituere debent.

1. L. *Banksii,* foliis lanceolato-ensiformibus, paniculæ lanceolatæ raræ ramis indivisis strictis paucifloris ; rachi pubescenti, perianthii fructiferi costis villosis : interstitiis glabriusculis. (T.) B. *v. s.*

CYPERACEÆ. *Decandolle.*

CYPEROIDEÆ. *Juss.*

Flores hermaphroditi v. diclines, singuli paleâ stipati.
Perianthium nullum v. setosum, rariùsve membranaceum 1—3-valve.
Stamina hypogyna, definita, sæpiùs 3, (nunc 1—2, quandoque 4—6, rarissimè 12.) Antheræ basi insertæ, integræ, biloculares.
Ovarium monospermum, ovulo fundo loculi affixo. *Stylus* 1, trifidus, raró bifidus. *Stigmata* indivisa, interdum bifida.
Nux crustacea v. ossea. *Albumen* nucleo conforme.
Embryo lenticularis, in basi seminis extra albumen positus, homogeneus. *Plumula* inconspicua.
Culmi teretes v. triquetri, nunc indefinitè angulati, plerumque enodes, quandoque articulati et ramosi. *Folia* vaginantia, vaginâ integrâ, ætate interdum fissili; floralia sæpè sessilia. *Paleæ* spicatæ, inferiores quandoque vacuæ.

Obs. Situm et structuram Embryonis ut suprà traditæ sunt pluribus observationibus confirmavi: quamvis b. Gærtnerus illum intra albumen locatum semper descripsit et depinxit; et Ill. Jussieu seminum structuram et germinationem ut in Gramineis huic ordini adscripsit.

CYPERUS. *L.*

Spicula disticha, multiflora; *squamis* carinatis, omnibus floriferis, æqualibus, (nunc 1—2 infimis minoribus vacuis). *Setæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* cum ovario inarticulatus, deciduus.

Culmi *simplices, enodes, basi foliati v. vaginati.* Inflorescentia *terminalis, involucrata, simplex—supradecomposita.*

I. *Culmus*

I. *Culmus teres.*

1. C. *vaginatus,* culmo basi vaginato, involucris 6—8-phyllis subæqualibus planis umbellâ compositâ longioribus, spiculis lineari-lanceolatis serratis multifloris. (J. M.) *v. v.*

II. *Culmus triqueter.*

A. *Spiculæ solitariæ v. aggregatæ, fasciculis indivisis.*

2. C. *debilis,* spiculâ solitariâ lineari-lanceolatâ, squamarum lateribus subenervibus, involucris 2—3-phyllis elongatis, culmis setaceis. (J.) *v. v.*

3. C. *gracilis,* spiculis 2—4 linearibus, squamarum lateribus nervosis acutis: apicibus patulis, involucris 3-phyllis elongatis, culmis setaceis. (J.) *v. v.*

4. C. *enervis,* spiculis 3—4 linearibus, squamarum lateribus enervibus: apicibus acutis strictis, involucris triphyllis elongatis: minore fasciculum superante: omnibus foliisque subsetaceis, culmis laxis. (T.) *v. v.*

5. C. *lævis,* spiculis 6—8 congestis lineari-lanceolatis, squamarum lateribus subenervibus, involucris 2—3-phyllis: longiore foliisque planis, culmo erecto. (J.) *v. v.*

6. C. *pulchellus,* capitulo globoso polystachyo, spiculis linearibus, squamis membranaceis obtusis monandris, involucris 3-phyllis elongatis divaricatis, culmis erectis setaceis. (T.) *v. v.*

II. B. *Umbellæ radii elongati v. distincti; spiculis terminalibus umbellatis.*

7. C. *trinervis,* umbellæ radiis 6—8 subindivisis, spiculis 4—8 linearibus, squamarum lateribus uninervibus acutis, involucris sub-4-phyllis umbellâ duplo longioribus foliisque planis. (J. T.) *v. v.*

8. C. *imbecillis,* umbellæ radiis 4—6 capillaribus indivisis, spiculis 1—4 linearibus, squamis enervibus acutis, involucris diphyllis: longiore umbellam subæquante, culmo foliisque laxis. (J.) *v. v.*

9. C. *aquatilis,* umbellæ radiis 4—6 capillaribus paucifloris: longioribus divisis, spiculis lineari-lanceolatis, squamis acutis semiscariosis diandris, involucro diphyllo: majore umbellâ breviore foliisque planis flaccidis. (T.) B. *v. s.*

10. C. *flaccidus,* umbellæ radiis 4—5 capillaribus indivisis paucifloris, spiculis oblongo-linearibus inciso-serratis, squamis semiscariosis: apice acuto recurvato-patulo, involucris monophyllis.

monophyllis umbellam subæquantibus culmo parùm brevioribus foliisque planis. (T.) *v. v.*

11. C. *inundatus,* umbellæ radiis 3—4 capillaribus paucifloris: longiore culmum diffusum æquante, spiculis lineari-lanceolatis pinnatifidis, squamis acutis, involucris monophyllis umbellâ brevioribus. (T.) *v. v.*

12. C. *tetraphyllus,* umbellæ radiis 4—6 paucifloris strictis indivisis, spiculis linearibus, squamis acutis tenuissimè nervosis, involucris tetraphyllis longissimis foliisque planis culmo longioribus. (J.) *v. v.*

13. C. *breviculmis,* umbellâ culmum erectum v. involucrum diphyllum subæquante: radiis 3—5: longiore nunc diviso, spiculis linearibus pinnatifidis, squamis acutis diandris. (T.) *v. v.*

14. C. *platyculmis,* umbellâ multiradiatâ compositâ effusâ involucrum diphyllum planum subæquante, spiculis subternis linearibus, squamis acutiusculis triandris, nucibus lævibus, culmo compresso foliis duplo longiore. (T.) *v. v.*

Obs. Ab hoc C. Haspan *L.* differt squamarum figurâ nucibusque obovatis punctato-scabris.

15. C. *concinnus,* umbellâ multiradiatâ subdecompositâ, spiculis subternis ovalibus squamisque obtusis scariosis, involucro triphyllo umbellam superante, culmo extrorsùm scabro folia laxa subæquante. (T.) *v. v.*

16. C. *angustatus,* umbellâ multiradiatâ compositâ, spiculis 3—5 patulis angusto-linearibus teretiusculis, squamis nervosis acutis, involucris triphyllis longissimis. (T.) *v. v.*

II. C. *Umbellæ contractæ, radiis brevissimis.*

17. C. *polystachyos,* spiculis lineari-lanceolatis confertissimis corymboso-capitatis, squamis acutis adpressis enervibus, involucris subpentaphyllis capitulo longioribus foliisque planis culmo lævi brevioribus. (J. T.) *v. v.*

Cyperus polystachyos. *Rottb. gram.* 39. *t.* 11. *f.* 1. *Vahl. enum.* 2. *p.* 315.

Obs. Planta Novæ Hollandiæ diandra, stylo bifido; quandoque radiis umbellæ elongatis ludens.

II. D. *Umbellæ radii elongati v. distincti, spiculis alternis distinctis v. congestis.*

18. C. *platystylis,* umbellâ simplici: radiis 4—6 subæquantibus spiculas 5—6 congestas patulas lineari-lanceolatas, squamis

squamis acutis enervibus, stylis compressis ciliatis, involucris 3—4-phyllis umbellâ longioribus foliisque planis culmo brevioribus. (J.) *v. v.*

19. C. *uncinatus*, umbellâ simplici pauciradiatâ: capitulis subrotundis polystachyis, squamis nervosis acumine uncinato-recurvo monandris, stylis bifidis, involucris triphyllis umbellâ longioribus foliisque planis. (T.) B. *v. s.*

Obs. Variat capitulo solitario.

20. C. *difformis*, umbellâ subsimplici 3—6-radiatâ: capitulis polystachyis, spiculis confertissimis linearibus, squamis orbiculatis obtusis, involucro 2—3-phyllo umbellam superante foliisque planis.

α. Culmus angulis apice lævibus, foliis aliquoties longior. (T.) *v. v.*

Cyperus difformis *L.* (secund. exempl. in illius Herb.)

β. Culmus angulis apice scabris, foliis parùm longior. (J.) *v. v.*

21. C. *fulvus*, umbellâ 5—6-radiatâ simplici: capitulis globosis polystachyis, spiculis linearibus 5—7-floris pinnatifidis, squamis nervosis mucronulo erecto, involucro 4—5-phyllo umbellam superante plano, culmo obtusè angulato lævi folia subæquante. (T.) *v. v.*

Obs. Hic cum duobus sequentibus Cypero conferto *Sw.* et viscoso *Sw.* valde affines.

22. C. *sporobolus*, umbellâ 5—6-radiatâ simplici et semicompositâ: capitulis globosis polystachyis, spiculis linearibus sub-5-floris pinnatifidis, squamis nervosis mucronulo erecto persistentibus, involucro 4—5-phyllo umbellam superante, involucellis setaceis capitulum subæquantibus, culmo obtusè angulato lævibus foliis duplò longiore. (T.) *v. v.*

23. C. *sexflorus*, umbellâ 6—8-radiatâ compositâ strictâ, spiculis umbellato-capitatis linearibus subsexfloris pinnatifidis, squamis nervosis, involucris sexphyllis elongatis, involucellis umbellulâ brevioribus, culmo lævi foliis scabris longiore. (T.) *v. v.*

24. C. *microcephalus*, umbellâ 5—6-radiatâ semicompositâ, spiculis umbellato-capitatis linearibus subquinquefloris pinnatifidis, squamis nervosis, involucro 3—4-phyllo longissimo, radiis divisis involucellatis, culmo scabro foliis carinatis breviore. (T.) *v. v.*

25. C. *Holoschœnus*, umbellâ 5—6-radiatâ compositâ et semidecompositâ:

decomposità: capitulis globosis polystachyis, spiculis 4—5-floris ovatis, squamis enervibus obtusiusculis, involucri foliolis 2 umbellam superantibus foliisque carinatis, culmo obtusangulo lævi. (T.) *v. v.*

26. C. *unioloides*, umbellâ 2—4-radiatâ simplici, spiculis 8—10 confertis lanceolatis serratis, squamis acutis enervibus, nucibus orbiculatis lenticularibus rugosiusculis, involucris triphyllis longissimis foliisque planis laxis, culmo acutangulo lævi. (T.) *v. v.*

27. C. *carinatus*, umbellâ 6—7-radiatâ compositâ: capitulis polystachyis, spiculis linearibus incisis 12—14-floris, squamis nervosis acutiusculis, involucri triphylli foliolis 2 umbellam superantibus foliisque carinatis, culmo obtusangulo lævi brevioribus. (T.) *v. v.*

28. C. *alterniflorus*, umbellâ 6—7-radiatâ compositâ: capitulis polystachyis, spiculis linearibus multifloris, squamis distinctis nervosis acutiusculis, involucro triphyllo longissimo reflexo aspero, culmo acutangulo. (T.) *v. v.*

29. C. *areolatus*, umbellâ 2—3-radiatâ simplici, spiculis approximato-alternis linearibus, squamis acutis enervibus diandris, stylis bifidis, nucibus lenticularibus, involucris 2—3-phyllis elongatis foliisque planis. (J.) *v. v.*

30. C. *scariosus*, umbellâ 2—5-radiatâ simplici, spiculis approximato-alternis lineari-subulatis teretiusculis, squamis acutiusculis subenervibus, rachi alatâ, involucro diphyllo umbellam subæquante, culmo lævi foliis carinatis duplo longiore. (T.) *v. v.*

Obs. Proximus Cypero diphyllo. *Retz. obs. 5. p. 11.* (secund. exemp. Kœnigii.)

31. C. *littoralis*, umbellâ 3—4-radiatâ simplici, spiculis 5—6 approximato-alternis linearibus, squamis arctè imbricatis obtusis enervibus, involucris diphyllis umbellam superantibus foliisque carinatis intùs maculatis culmum lævem subæquantibus. (T.) *v. v.*

Obs. Valdè affinis Cypero rotundo. *L.*

32. C. *rotundus*, umbellâ 4—5-radiatâ simplici, spiculis 4—6 alternis linearibus, squamarum lateribus enervibus obtusis, involucro 2—3-phyllo umbellam paulò superante foliisque planis margine scabriusculis culmo lævi brevioribus. (J.) *v. v.*

Cyperus rotundus *L.* (fide speciminis Herbarii Hermanni, nullum

nullum enim exemplar possidebat Linnæus cùm Species plantarum primâ vice edidit; postea sub hoc nomine speciem a zeylanicâ valdè diversam, charactere ab illo dato tamen meliùs convenientem, in Herbario suo posuit.)

33. C. *ornatus*, umbellâ 4—6-radiatâ, semicompositâ, spicis 6—12-floris, spiculis lanceolato-linearibus, squamis arctè imbricatis obtusis enervibus: margine scarioso discolori, involucris triphyllis elongatis foliisque planis margine scabris culmo lævi brevioribus. (J.) *v. v.*

34. C. *compositus*, umbellâ 5—7-radiatâ, spicis compositis polystachyis, spiculis congestis linearibus 6—8-floris, squamis obtusis nervosis arctè imbricatis, involucro triphyllo longissimo scabro, culmo lævi. (J.) *v. v.*

35. C. *alopecuroides*, umbellâ multiradiatâ compositâ, spiculis spicato-congestis lanceolatis, squamis arctissimè imbricatis margine inflexis, involucro 5—6-phyllo elongato, involucellis subsetaceis umbellulas æquantibus, culmo lævi longitudine foliorum. (T.) *v. v.*

Cyperus alopecuroides. *Rottb. gram.* 38. *t.* 8. *f.* 2.

36. C. *venustus*, umbellis multiradiatis compositis, spicis elongatis subdistichis, spiculis distinctis lineari-lanceolatis, squamis obtusiusculis mucronulatis, involucro sub-4-phyllo elongato, involucellis subsetaceis umbellulâ brevioribus, culmo striato lævi. (J. T.) *v. v.*

Obs. Cyperus fastigiatus *Rottb. gram.* 32. *t.* 7. *f.* 2. huic valdè similis videtur et forsan haud diversus. Cyperus venustus ab Indiâ orientali a Kœnigio missus sub nomine Cyperi alopecuroidi *Rottb.* in Herb. Banks. existit.

37. C. *ventricosus*, umbellâ multiradiatâ, spicis compositis decompositisque, spiculis confertis divaricatis oblongo-lanceolatis teretiusculis, squamis nervosis acutis arctè imbricatis, involucro 4—5-phyllo longissimo foliisque scabris culmo lævi longioribus. (T.) *v. v.*

Ira. *Rheed. mal.* 12. *p.* 103. *t.* 55.

38. C. *subulatus*, umbellâ multiradiatâ indivisâ, spiculis corymboso-confertis patulis subulatis, squamis alternis acutis dorso striatis, involucro tetraphyllo umbellam superante foliisque planis culmo lævi brevioribus. (J.) *v. v.*

39. C. *acutus*, umbellâ 3—4-radiatâ indivisâ; spicis ramosis, spiculis confertis divaricatis subulatis teretibus sub-4-floris, squamis alternis obtusiusculis nervosis, involucro triphyllo

phyllo umbellam superante foliisque planis scabris culmo lævi brevioribus. (J.) *v. v.*

40. C. *lucidus*, umbellâ 6—8-radiatâ semicompositâ, spicis oblongis densis, spiculis confertis divaricatis subulatis teretibus subquadrifloris, squamis alternis acutis nervosis nitidis, involucro 5—6-phyllo longissimo plano foliisque margine scabris. (J.) *v. v.*

Obs. C. ligulari proximus.

MARISCUS. *Vahl. enum.* 2. *p.* 372.

Spicula 2—3-flora, teretiuscula, squamis 2 (nunc 3) infimis minoribus vacuis, floriferis nervosis. *Setæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* filiformis, cum ovario inarticulatus, deciduus. *Stigmata* 3. *Nux* trigona.

Obs. Habitus Cyperi, a quo differt solummodò spiculis paucifloris.

1. M. *lævis*, spiculis subulatis teretibus curvatis 2—3-floris, squamis alternis, umbellâ indivisâ, spicis multifloris, involucro triphyllo umbellam superante foliisque planis, culmo lævi. (J.) *v. v.*

2. M. *scaber*, spiculis subulatis teretibus curvatis 2-floris, squamis alternis, involucro polyphyllo umbellam compositam superante, culmo scabro. (T.) *v. v.*

3. M. *decompositus*, spiculis strictis ovato-lanceolatis teretiusculis bifloris, squamis imbricatis, umbellis compositis decompositisque, spicis subcapitatis, involucris sub-5-phyllis elongatis, foliisque asperis. (T.) *v. v.*

4. M. *conicus*, spiculis unifloris, squamis quinque imbricatis: tertiâ nervosâ sterili; intimâ juxta apicem constrictâ, umbellâ indivisâ: capitulis conicis subtrilobis, involucro polyphyllo foliisque asperis. (T.) *v. v.*

KYLLINGA. *Rottb.*

Kyllingia. *Linn. fil. suppl.*

Spicula plano-compressa, subuniflora, monosperma: squamis 2 exterioribus minoribus vacuis; 2 reliquis subæqualibus, carinatis, includentibus flosculum hermaphroditum nudum et quandoque masculum v. neutrum squamulâ minore instructum.

Hermaph. *Setæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* bifidus, deciduus. *Nux* lenticularis.

Culmi

Culmi *enodes, triquetri, basi foliati*. Capitulum *terminale, simplex v. compositum, involucro foliaceo cinctum, spiculis densissimè imbricatis, verticalibus, squamis extimis vacuis, diutiùs persistentibus.*

OBS. Transitus ab hoc genere ad Mariscos, præcipuè ad unifloros, perfacilis; et ex contemplatione specierum flosculo secundo instructarum vera natura partium in unifloris luculenter apparet; in his enim valvula interior (quæ sæpiùs paulò major) utì rachis spiculæ abortivæ considerari debet, e cujus basi v. medio flosculus secundus ejusve rudimentum ortum ducit. Limites itaque inter Cyperum, Mariscum et Kyllingam omninò artificiales, at genera minimè conjungenda sint.

1. K. *monocephala*, spiculis unifloris, squamis piloso-ciliatis tenuissimè nervosis, capitulo indiviso v. trilobo, involucro 3—4-phyllo elongato, foliisque linearibus. (J.) *v. v.*
K. monocephala. *Rottb. gram.* 13. *t.* 4. *f.* 4.
Thryocephalon nemorale. *Forst. gen.* 65. (fide speciminis ab auctore in Herb. Banks.)

2. K. *intermedia*, spiculis bifloris, squamis nudis nervosis: interiori majore, involucro triphyllo: foliolo minore capitulum simplex subæquante, foliis linearibus culmo lævi duplò brevioribus. (J.) *v. v.*

HYPÆLYPTUM. *Vahl. enum.* 2. *p.* 283.

Squamæ undique imbricatæ, unifloræ. *Perianthium* bivalve, membranaceum, valvulis subæqualibus squamæ oppositis! *Setæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* bifidus, deciduus. *Nux* perianthio inclusa.

Culmi *enodes, triquetri, basi foliati.* Spicæ *terminales aggregatæ, capituliformes, involucratæ.*

OBS. Affinitas ad Kyllingam, quâcum habitu omninò convenit, indicata est positione valvularum perianthii, interiore nempè et exteriore squamæ includenti spiculæ oppositis: concipe itaque in Kyllingâ squamulam extimam auctam, secundam suppressam, valvulasque floriferas diminutas carinâque orbatas, et habes Hypælypti speciem. In Schœno nemorum *Vahl.* Scirpo anomalo *Retz.* Scirpo bromeliifolio *Rudg.* aliisque ineditis, valvulæ perianthii laterales, carinatæ et nux exserta, quibus notis atque habitu diversissimo ab Hypælyptis recedunt propriumque genus constituunt.

1. H. *microcephalum*, spiculis ternis subglobosis, squamis cuneato-linearibus aristatis, involucro diphyllo longissimo, culmo setaceo-triquetro. (T.) *v. v.*

FUIRENA. *Rottb. Linn. fil.*

Squamæ undique imbricatæ, aristatæ, trinerves, unifloræ. *Perianthium* trivalve, foliolis unguiculatis, trinervibus, cum vel absque setulis totidem interjectis.

Culmi *simplices, erecti, articulati, angulati, foliati, rarò vaginati.* Folia *striato-nervosa, vaginis integris ligulâ membranaceâ brevi.* Spiculæ *subumbellatæ, axillares et terminales, squarrosæ.* Stamina 3. Stylus 1. Stigmata 3. Nux *triquetra, basi styli cuspidata, valvulis perianthii tecta.*

I. *Perianthii foliola obcordata, setis nullis interstinctis.*

1. F. *umbellata*, umbellis axillaribus terminalibusque compositis, culmo tetragono lævi, vaginis angulatis, foliis glabris. (T.) B. *v. s.*
F. umbellata. *Rottb. gram.* 70. *t.* 19. *f.* 3.

II. *Perianthii foliola basi cordata, setis interjectis.*
Vaginaria. *Rich. in pers. syn.*

2. F. *glomerata*, umbellis axillaribus terminalibusque simplicibus, spiculis subternis ovato-oblongis foliisque pilosis, culmo vaginisque glabris. (T.) *v. v.*
F. glomerata. *Vahl. enum.* 2. *p.* 386.
Scirpus ciliaris. *L.*

3. F. *arenosa*, umbellis axillaribus terminalique simplicibus, spiculis solitariis oblongis pilosis, aristis squamâ dimidio brevioribus, culmo foliisque glabris. (T.) B. *v. s.*

CHONDRACHNE.

Spica undique arctè imbricata, squamis cartilagineis. *Spicula* sub singulâ squamâ multiflora, androgyna, paleis fasciculatis, exterioribus masculis, monandris. *Pistillum* in fasciculo unicum, centrale. *Stylus* bifidus. *Setæ* hypogynæ nullæ.

Obs. Habitus Chorizandræ, a quâ differt solummodò inflorescentiâ. Lepironia *Rich. in pers. syn.* 1. *p.* 70. forsan ejusdem generis, cui tamen characterem valdè diversum Cel. Auctor attribuit.

1. C. *articulata.* (J. T.) *v. v.*
Restio articulatus. *Retz. obs.* 4. *p.* 15?

CHO-

CHORIZANDRA.

Spiculæ nudæ, multifloræ, *Squamulis* fasciculatis. *Stamen* unicum intra singulam squamulam. *Pistillum* 1 in centro fasciculi. *Stylus* bifidus. *Setæ* hypogynæ nullæ.

Plantæ *paludosæ, facie ferè* Junci conglomerati. Radix *repens.* Culmi *simplicissimi, teretes, farcti, septis transversis nodosi, basi foliati, suprà nudi, infra apicem floriferi.* Folia *e basi intùs canaliculatâ suprà teretia, vaginis fissis.* Capitulum *sessile, e spiculis numerosis, aggregatis.*

Obs. Affinitate proxima Chondrachni et Chrysitrichi, ab hâc inflorescentiâ et habitu diversa.

1. C. *sphærocephala,* capitulo globoso exserto, squamulis acuminatis barbatis. (J.) *v. v.*

2. C. *cymbaria,* capitulo subovato culmi excavatione cymbiformi semiimmerso, squamulis obtusis imberbibus. (J.) *v. v.*

ISOLEPIS.

Scirpi species. *L.*

Squamæ undique imbricatæ, conformes, omnes floriferæ, paucissimæve exteriorum vacuæ. *Setæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* cum ovario inarticulatus, basi simplici, deciduus.

Obs. Habitus Scirpi, a quo differt defectu setarum hypogynarum.

I. *Spiculæ terminales, solitariæ.*

1. I. *fluitans,* culmis ramosis foliosis flaccidis, spiculis paucifloris. (J.) *v. v.*
Scirpus fluitans. *L.*

Obs. Vix distincta a plantâ Europæâ.

II. *Spiculæ laterales, aggregatæ, rarò solitariæ.*

2. I. *nodosa,* culmis tereti-compressis basi vaginatis, capitulo globoso polystachyo, spiculis ovatis, squamis obtusis, stylis tripartitis. (J. M. D.) *v. v.*
Scirpus nodosus. *Rottb. gram.* 52. *t.* 8. *f.* 3. *manca.*

3. I. *supina,* culmis striatis medio monophyllis v. univaginatis, spiculis 2—5 glomeratis oblongis, squamis acutis mucronulatis, nucibus transversim rugosis.
α. Squamæ acutiusculæ mucronulo appresso. (J.) *v. v.*
Scirpus supinus. *L.*
β. Squamæ acumine brevi patulo. (T.) *v. v.*

4. I. *in-*

4. I. *inundata,* culmis setaceis basi vaginatis, spiculis 2—6 glomeratis ovatis culmi apicem subæquantibus, squamis obtusis enervibus, stylis bifidis, nucibus sublenticularibus lævibus. (D.) *v. v.*

5. I. *propinqua,* culmis setaceis basi vaginatis monophyllisve: apice spicas 2—3 ovatas subæquante, squamis obtusis enervibus, stylis trifidis, nucibus triquetris lævibus. (J.) *v. v.*

6. I. *setacea,* culmis setaceis striatis basi monophyllis, spiculis subgeminis solitariisve ovatis, squamis acutis carinatis triandris, nucibus globosis longitudinaliter striatis. (J. D.) *v. v.*
Scirpus setaceus. *L.*

7. I. *cartilaginea,* culmis setaceis basi unifoliis, spiculis 1—3 ovatis culmi apicem subæquantibus brevioribusve, squamis cartilagineis carinatis nervosis triandris, nucibus triquetris scabriusculis.

α. Spiculæ 2—3, culmi apicem subæquantes; folium vix longitudine vaginæ. (M.) *v. v.*

β. Spicula 1, culmi apice dimidio brevior, folium culmum subæquans. (D.) *v. v.*

8. I. *cyperoides,* culmis angulato-setaceis basi unifoliis, spicis 1—2 oblongo-lanceolatis, squamis carinatis acutis enervibus diandris, stylis bifidis, nucibus lenticularibus lævibus. (M.) *v. v.*

9. I. *riparia,* culmis setaceis basi vaginatis, spicâ solitariâ ovatâ pauciflorâ, squamis obtusis subrotundis triandris, nucibus obtusè triquetris scabriusculis. (J.) *v. v.*

10. I. *lenticularis,* culmis capillaribus basi unifoliis, spicâ solitariâ ovatâ pauciflorâ, squamis ovato-lanceolatis diandris, stylis bifidis, nucibus lenticularibus ovalibus lævibus. (J.) *v. v.*

III. *Spiculæ terminales, aggregatæ.*

11. I. *barbata,* capitulo globoso involucrato, spiculis acutis, squamis altè carinatis mucronatis, culmis foliisque capillaribus, vaginis ore barbatis. (T) *v. v.*
Scirpus barbatus. *Rottb. gram.* 52. *t.* 17. *f.* 4. bona.
Scirpus capillaris. *Linn. sp. pl. ed.* i. *p.* 49. *ed.* ii. *p.* 73. (secundum synonyma Floræ Zeylanicæ et Hort. Cliff. sed in Mantissâ *p.* 321. diversissimam plantam descripsit.)

Scirpus

Scirpus antarcticus. *Vahl. enum.* 2. *p.* 261. (excluso synonymo Linnei, cujus planta fide speciminis ex illius Herb. valdè diversa.)

12. I. *prolifer*, culmo tereti stolonizante aphyllo basi vaginato, capitulis polystachyis passim proliferis, involucro 1-phyllo brevissimo, spiculis oblongis. (J.) *v. v.* Forsan introducta.

Scirpus prolifer. *Rottb. gram.* 55. *t.* 17. *f.* 2.

SCIRPUS.

Scirpi species. *L.*

Squamæ undique imbricatæ, conformes, omnes floriferæ, paucissimæve exteriorum vacuæ. *Setæ* hypogynæ, squamis breviores. *Stylus* cum ovario inarticulatus, basi simplici; deciduus v. basi mucroniformi remanenti.

1. S. *lacustris*, umbellâ compositâ apicem subulatum culmi teretis aphylli superante, spicis ovato-oblongis, squamis emarginatis mucronatis ciliatis glabris, stylis bifidis, setis hypogynis denticulis reversis. (J.) *v. v.*

S. lacustris. *L.*

2. S. *plumosus*, umbellâ compositâ apicem subulatum culmi teretis aphylli superante v. æquante, squamis ovatis mucronatis glabris margine nudis, stylis bifidis, setis hypogynis (4—5) extrorsùm plumosis basi nudis.

α. Umbella decomposita, spicæ oblongo-cylindraceæ, apex culmi umbellam æquans v. parùm superans. (T.) *v. v.*

Obs. A Scirpo valido *Vahl. enum.* 2. *p.* 268. diversa, stylis bifidis, squamis glabris.

β. Umbella composita apicem culmi superans, spicæ ovatæ. (T.) *v. v.*

Obs. In hâc quæ forsan distincta vaginæ baseos culmi foliolo subulato terminatæ, in præcedenti examinandæ.

3. S. *mucronatus*, culmo triquetro aphyllo, spiculis lateralibus glomeratis sessilibus oblongis, squamis mucronatis integerrimis, stylis trifidis. (J.) *v. v.*

S. mucronatus. *L.*

4. S. *triqueter*, culmo triquetro basi 1—2-phyllo, spicis lateralibus glomeratis solitariisve ovato-oblongis, squamis mucronatis. (D.) *v. v.*

S. triqueter. *L.*

5. S. *mari-*

5. S. *maritimus*, culmo triquetro folioso, corymbo terminali subcomposito involucro polyphyllo breviore, spiculis ovatis oblongisque squarrosis, squamis scariosis apice bifidis cum mucrone aristiformi. (J. T.) *v. v.*

S. maritimus. *L.*

ELEOCHARIS.

Scirpi species. *L. Vahl.*

Squamæ undique imbricatæ, conformes: vix ullæ steriles. *Setæ* hypogynæ (4—12) denticulatæ, rarò nullæ. *Stylus* 2—3-fidus, basi dilatatâ cum ovario articulatâ. *Nux* sæpiùs lenticularis, basi dilatatâ induratâ styli coronata.

Plantæ *paludosæ* (undè nomen). Culmi *simplices, aphylli, basi vaginati.* Spica *unica, terminalis, erecta, nuda.*

Obs. Charactere proximè accedit *Dichromenæ*, habitu verò diversissima; a reliquis Cyperoideis tam fructificatione quam habitu sat distincta, et genus naturale efformat cui præter sequentes Novæ Hollandiæ pertinent Scirpus palustris *L.* geniculatus *L.* maculosus *Vahl.* tuberculosus *Mich.* ovatus *Roth.* ~~geniculatus *L.*~~ plantagineus *Retz.* interstinctus *Vahl.* spiralis *Rottb.* mutatus *L.* quadrangulatus *Mich.* et acicularis *L.* (quamvis setis caret.) Cyperus setaceus *Retz.* et *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 269. huc quoque referendus a reliquis differt nuce 3-gonâ, et spiculâ distichâ.

1. E. *sphacelata*, culmo articulato tereti inani, spicâ cylindraceâ, squamis ovali-oblongis uninervibus margine sphacelatis. (J. D.) *v. v.*

Obs. Proxima S. plantagineo sed diversa videtur. Affinis etiam S. interstincto *Vahl.* (qui S. geniculatus Herb. Linn. et S. plantagineus Sw. Flor. Ind. Occid.) sed hic differt culmo farcto et squamarum figurâ.

2. E. *compacta*, culmo tereti inarticulato intùs celluloso, spicâ cylindraceâ, squamis densissimè imbricatis cuneato-obovatis ecarinatis. (T.) *v. v.*

3. E. *acuta*, culmo tereti lævissimo inarticulato, vaginis truncatis mucronulo foliaceo, spicâ cylindraceâ, squamis lanceolatis acutis carinatis. (D. J.) *v. v.*

4. E. *gracilis*, culmo setaceo striato, vaginis obliquis mucronulatis, spicâ ovali acutâ, squamis obtusis, setis 4 hypogynis ovario parùm longioribus. (J.) *v. v.*

5. E. *pu-*

5. E. *pusilla*, culmo setaceo striato, vaginis ore obliquo scarioso mutico, spicâ lanceolatâ, squamis obtusis, setis hypogynis (4—5) ovario brevioribus. (J.) *v. v.*

6. E. *capitata*, culmo filiformi striato, spicâ globoso-ovatâ, squamis obtusis sensim deciduis: infimis majoribus vacuis, nucibus nitentibus atris. (T.) *v. v.*

Scirpus capitatus. *Linn. sp. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 294. (secundum synonyma Brownii et Sloani, sed a plantâ virginianâ in Herb. Gron. diversus, hæc autem, quoniam Linnæus nullum exemplar habebat in herbario suo cum primùm Sp. pl. edidit hujus speciei unica auctoritas est.)

Scirpus culmo nudo, spica terminatrice subrotundâ. *Hort. Cliff.* 21. (fide speciminis in Herb. Cliff.)

7. E. *setacea*, culmo filiformi striato, spicâ globoso-ovatâ, squamis ovalibus obtusis: extimis conformibus, nucibus fuscis. (T.) B. *v. s.*

8. E. *atricha*, culmo tereti striato, spicâ oblongo-cylindraceâ acutâ, squamis obtusiusculis, setis nullis hypogynis. (J.) *v. v.*

FIMBRISTYLIS. *Vahl.*

Squamæ paleaceæ, undique imbricatæ, vix ullæ steriles. *Stylus* compressus, cum ovario articulatus, deciduus: sæpiùs ciliatus basique bulbosâ. *Stigmata* 2, rarò 3. *Setæ* nullæ hypogynæ.

Culmi *enodes, basi foliati v. vaginati.* Folia *angusta, sæpè canaliculata marginibusque denticulatis.* Spicæ *solitariæ v. umbellatæ*; Involucro *structurâ foliorum, nunc scarioso, abbreviato.*

Obs. Generis distinci character præcipuus in stylo cum ovario articulato et deciduo positus est, nonnullæ species enim stylum partialiter v. obsoletè ciliatum imò penitus imberbem, aliæ basi haud incrassatum habent: in unicâ nux membranâ alari cincta, in alterâ stylus e basi lanam supra nucem dimittit cujus ope diutius persistit.

Hæ plantæ intra tropicos præsertim proveniunt et vix ad 40° latitudinis attingunt.

I. *Spica unica, quandoque 2—3.*

1. F. *pauciflora*, spicâ erectâ subulatâ nudâ pauciflorâ, stylo bifido, nucibus scabriusculis, floribus monandris, culmo setaceo basi vaginato. (T.) *v. v.*

2. F. *an-*

2. F. *androgyna*, spicâ erectâ conico-subulatâ nudâ, squamis inferioribus hermaphroditis triandris: superioribus minoribus femineis, nucibus scabriusculis, culmo setaceo basi vaginato. (T.) *v. v.*

3. F. *acicularis*, spicâ erectâ nudâ lanceolatâ subcompressâ, squamis acutiusculis oblongis punctatis monandris, stylo basi dilatatâ nudâ, stigmatibus 2, nucibus transversim rugosis, culmo capillari basi vaginato. (T.) B. *v. s.*

4. F. *polytrichoides*, spicâ erectâ ovali obtusâ involucrum monophyllum subæquante, squamis obtusiusculis monandris, stylis bifidis basi nudâ ovario angustiore, nucibus lævibus, culmis setaceis basi foliatis. (T.) *v. v.*

Scirpus polytrichoides. *Retz. obs.* 4. *p.* 11. *Vahl. enum.* 2. *p.* 248. (fide speciminis a Kœnigio in Herb. Banks.)

5. F. *punctata*, spicâ erectâ ovali obtusiusculâ tereti nudâ, squamis obtusè mucronatis triandris, stylis trifidis suprà ciliatis, nucibus impresso-punctatis, culmo angulato stricto basi foliato. (T.) *v. v.*

Obs. Variat culmis lævibus et scabris. Proximè accedit Scirpo junceo *Forst. aust. p.* 6. qui certè hujus generis.

6. F. *pterigosperma*, spicâ erectâ nudâ globosâ, squamis orbiculatis imberbibus, stylis trifidis complanatis, ovariis marginatis, nucibus alatis nudisve, culmo angulato basi foliato. (T.) *v. v.*

7. F. *Xyridis*, spicâ subglobosâ nutanti, squamis orbiculatis margine lanatis, culmo 4-gono foliis planis ciliatis pilosiusculis longiore. (T.) *v. v.*

8. F. *nutans*, spicâ ovato-oblongâ nutante, squamis ovatis acutiusculis: carinâ striatis; margine nudis, nucibus rugosis, culmis angulatis basi vaginatis. (T.) *v. v.*

Fimbristylis nutans. *Vahl. enum.* 2. *p.* 285. *Retz. obs.* 4. *p.* 12. sub Scirpo: (secund. descriptiones.)

9. F. *tetragona*, spicâ erectâ ovatâ obtusâ nudâ, squamis ovalibus obtusissimis enervibus, stylis longitudinaliter fimbriatis trifidis, culmis tetragonis basi vaginatis. (T.) *v. v.*

10. F. *spiralis*, spicis lanceolatis solitariis nudis: geminisve involucratis alterâ pedunculatâ refractâ, squamis obtusiusculis, stylis trifidis, nucibus trigonis rugosiusculis, culmis setaceis: vaginis baseos mucronatis. (T.) *v. v.*

11. F. *tristachya*, spicis oblongis acutis subternis: lateralibus pedunculatis, squamis ovatis mucronatis, stylis basi nudis,

dis, nucibus lævibus, culmis angulatis scabris basi foliatis. (T.) *v. v.*

II. *Spicæ umbellatæ, rarò capitatæ.*

12. F. *depauperata*, umbellâ simplici 3—4-stachyâ involucro diphyllo breviore, spiculis ovatis squamisque acutis, nucibus cancellatis, culmis compresso-setaceis basi foliatis, vaginis pubescentibus. (T.) *v. v.*

Obs. Variat spiculis 1—2, involucro 2—3-plo brevioribus.

13. F. *denudata*, umbellâ simplici 4—6-stachyâ, involucro brevissimo squamato mutico, spiculis ovato-oblongis, squamis ellipticis, stylis longitudinaliter ciliatis, nucibus rugosiusculis, culmis setaceo-compressis lævibus basi vaginatis. (T.) *v. v.*

14. F. *gracilis*, umbellâ semicompositâ rarâ involucrum superante: radiis longioribus divisis tristachyis, spiculis ovatis, squamis acutis, stylis extrorsùm ciliatis, culmis angulato-setaceis basi foliatis, vaginis pubescentibus. (T.) *v. v.*

15. F. *rara*, umbellâ subsimplici involucro 1—2-phyllo longiore, spiculis subglobosis paucifloris, squamis subrotundis, stylis trifidis, culmis angulatis lævibus basi foliatis vaginatisve. (T.) *v. v.*

16. F. *parviflora*, umbellâ semicompositâ rarâ involucro polyphyllo breviore, spiculis subglobosis paucifloris involucello brevioribus, squamis mucronulatis, stylis bifidis, nucibus cancellatis, culmis setaceis angulatis basi foliatis. (T.) *v. v.*

17. F. *velata*, umbellâ compositâ involucrum polyphyllum æquante, spiculis ovalibus, squamis mucronulatis monandris, stylis basi lanatis, culmis angulato-setaceis basi foliatis, vaginis glabris. (J.) *v. v.*

18. F. *propinqua*, umbellâ subsimplici involucro sæpiùs longiore, spiculis ovalibus, squamis mucronatis monandris, stylis basi lanatis, culmis setaceo-angulatis basi foliatis, vaginis pubescentibus. (T.) *v. v.*

Obs. Nimis affinis præcedenti.

19. F. *elata*, umbellâ subsimplici effusâ: radiis longioribus 2—3-stachyis, involucro brevissimo mutico, spiculis oblongo-conicis, squamis obtusis scariosis triandris, nucibus lævibus subglobosis, culmis angulatis lævibus basi vaginatis. (T.) *v. v.*

2 G 2 20. F. *cæ-*

20. F. *cæspitosa*, umbellâ simplici et semicompositâ involucro sæpiùs longiore, spiculis ovatis, squamis obtusis scariosis triandris, stylis bifidis, nucibus lævibus, culmis angulatis lævibus basi vaginatis. (T.) *v. v.*

21. F. *brevifolia*, umbellâ simplici et subcompositâ involucrum subæquante, spiculis ovato-oblongis, squamis mucronatis triandris, nucibus minutissimè cancellatis, culmis angulatis lævibus, foliis baseos vaginis brevioribus (T.) B. *v. s.*
Scirpus miliaceus. *Thunb. Jap.* 37. (fide specim. ab auctore in Herb. Banks.)

22. F. *variabilis*, umbellâ subcompositâ involucro breviore: pedicellis involucello longioribus, spiculis ovato-oblongis, squamis obtusis diandris, nucibus cancellatis, culmis angulatis basi foliatis. (J.) *v. v.*

23. F. *elongata*, umbellâ compositâ et decompositâ, involucellis umbellulas subæquantibus, spiculis ovali-oblongis, squamis carinatis acutis mucronulatis diandris, nucibus cancellatis, culmis angulatis basi foliatis. (T.) *v. v.*

24. F. *stricta*, umbellâ subcompositâ coarctatâ involucrum subæquante, spiculis subsessilibus ovatis, squamis obtusiusculis monandris, culmis compressis lævibus basi foliatis. (T.) *v. v.*

25. F. *cymosa*, umbellâ decompositâ involucrum superante, spiculis globoso-ovatis paucifloris, squamis ovatis, stylis trifidis nudiusculis, nucibus triquetris lævibus, culmo angulato lævi foliis strictis carinatis duplo longiore. (T.) *v. v.*

OBS. Proxima Scirpo dichotomo *Herbarii Hermanni.*

26. F. *sericea*, umbellâ compositâ, spiculis capitatis ovatis, squamis acutis, stylis trifidis, culmis striatis pubescentulis, foliis subtùs argenteo-tomentosis. (T.) *v. v.*

27. F. *furva*, umbellâ compositâ, involucro brevissimo, spiculis pedunculo longioribus, squamis acutis, stylis trifidis ciliatis basi barbatis, nucibus elevato-punctatis, culmis angulatis basi vaginatis. (T.) B. *v. s.*

28. F. *capitata*, umbellâ congestâ subcapitatâ simplici et semicompositâ, involucro brevissimo, spiculis oblongis subsessilibus, squamis obtusis, stylis trifidis nudis, culmis angulatis basi vaginatis. (T.) B. *v. s.*

29. F. *cyperoides*, umbellâ decompositâ effusâ involucro submonophyllo aliquoties longiore, spiculis subulatis paucifloris,

squamis

squamis acutis punctatis, stylis trifidis nudiusculis, culmis compresso-setaceis basi foliatis. (T.) *v. v.*

ABILDGAARDIA. *Vahl. enum.* 2. *p.* 296.

Squamæ paleaceæ, distichè imbricatæ, omnes pluresve floriferæ. *Setæ* hypogynæ nullæ. *Stylus* trifidus, basi pyramidato-bulbosus cum ovario articulatus, deciduus. *Nux* pyriformis, triqueter.

Culmi *angulati, graciles, enodes, basi foliati.* Folia *angusta.* Spiculæ *ovato-oblongæ, squamis arctè imbricatis, carinatis, albis, carinâ viridi in mucronulum productâ.*

Obs. Nimis affinis Fimbristyli, stylus enim certè deciduus et spicula fructifera haud omninò disticha.

1. A. *monostachya,* spicâ solitariâ, squamis conformibus ferè omnibus floriferis. (T. J.) *v. v.*
Abildgaardia monostachya *Vahl.* Cyperus monostachyos *L.*

2. A. *schœnoides,* spicâ solitariâ nudâ, squamis extimis sterilibus brevioribus: terminalibus angustioribus mucronulis patulis. (T.) *v. v.*

3. A. *vaginata,* spicis subternis: intermediâ sessili, squamis mucronatis, culmo setaceo-angulato aphyllo basi vaginato. (T.) *v. v.*

ARTHROSTYLIS.

Spicula uniflora, squamis imbricatis, inferioribus vacuis. *Setæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* subulatus, trigonus, cum ovario articulatus, deciduus. *Stigmata* 3. *Nux* trigona.

Culmi *graciles, simplices, enodes, basi vaginati, suprà nudi.* Capitulum *terminale, simplex, turbinatum, involucro* 3—4-*phyllo subulato longius.*

Obs. Ab Abildgaardiâ spiculis unifloris et habitu differt,—a Rhynchosporâ stylo deciduo et defectu setarum.

1. A. *aphylla,* (T.) B. *v. s.*

RHYNCHOSPORA. *Vahl. enum.* 2. *p.* 229.

Spicula pauciflora, squamis undique imbricatis; inferioribus minoribus, vacuis. *Setæ* hypogynæ denticulatæ, inclusæ. *Stylus* subulatus, bifidus, basi dilatatâ. *Nux* cum basi compresso-conicâ, induratâ, persistenti styli subarticulata.

Obs.

Obs. Plantæ inflorescentiâ variæ, paniculatâ, corymbosâ v. capitatâ; a Dichromenâ diversæ setis hypogynis.

1. R. *aurea*, corymbis compositis effusis: lateralibus alternis; terminalibus aggregatis, pedunculis glabris, rostello sulcato longitudine nucis. (T.) B. *v. s.*
Rhynchospora aurea. *Vahl. enum.* 2. *p.* 229.
Schœnus surinamensis. *Rottb. gram.* 68. *t.* 21. *f.* 1.
Schœnus floridus. *Rudg. pl. guian.* 15. *t.* 18.

2. R. *laxa*, corymbis alternis pedunculatis: inferioribus remotis, rostello obtuso exsulco nuce rugosiusculâ breviore, culmo angulato gracili scabro, foliis linearibus. (T. J.) *v. v.*

Obs. Proxima species R. glomeratæ *Vahl.*

3. R. *longisetis*, capitulo globoso, rostello longitudine nucis, setis squamas subæquantibus, involucro 4—5-phyllo elongato basi ciliato. (T.) *v. v.*

CARPHA. *Banks. et Soland.*

Spicula uniflora, squamis subdistichis, inferioribus vacuis. *Setæ* hypogynæ 3—6 squamas floriferas æquantes, plumosæ v. capillares. *Stylus* subulatus, cum ovario inarticulatus. *Stigmata* 3 v. 2. *Nux* prismatica, stylo persistenti cuspidata.

Obs. Inter Rhynchosporam et Chætosporam media, utrâque habitu conveniens. Carpha alpina et deusta cum alterâ a Terra del Fuego genuinæ species; reliquæ dubiæ, forsan proprii generis.

I. *Spicula disticha; Stigmata* 3; *Nux triquetra; Setæ plumosæ.*

1. C. *alpina*, spiculis racemoso-corymbosis, setis hypogynis 6 ferè ad apicem plumosis, culmo foliato lævi, foliis scabris. (D.) *v. v.*

2. C. *deusta*, fasciculo terminali, involucro diphyllo elongato: basibus dilatatis margine scariosis, setis hypogynis 3 basi plumosis, culmo aphyllo, foliis radicalibus subsetaceis. (J.) *v. v.*

II. *Spiculæ subulatæ; Stylus elongatus, bifidus; Nux subcylindracea.*

3. C. *avenacea*, paniculâ subspicatâ, squamis aristato-acuminatis

tis triandris, setis hypogynis quatuor subedentulis basi ciliatâ, culmo foliato teretiusculo. (M.) *v. v.*

4. C. *diandra*, paniculâ subcoarctatâ, spiculis bifloris, squamis aristato-acuminatis diandris, setulis hypogynis 5—6 capillaribus edentulis basi ciliatis, culmo folioso teretiusculo. (J.) *v. v.*

5. C. *clandestina*, spica elongata spathis alternis, spiculis geminatis inclusis, culmo tereti folioso. (M.) *v. v.*

SCHŒNUS.

Schœni species. *L.*

Spicula disticha, 1—3-flora: *Squamis* extimis (3—6) minoribus, congestis, vacuis; floriferis dum unâ pluribus in rachi flexuosâ alternis, persistentibus. *Setæ Squamulæve* nullæ hypogynæ. *Stylus* deciduus.

1. S. *imberbis*, culmo simplici filiformi sulcato aphyllo, foliolo subulato baseos vaginâ imberbi breviore, spiculis congestis subcapitatis, squamis margine nudis. (J.) *v. v.*

2. S. *ericetorum*, culmo simplici filiformi sulcato-angulato aphyllo, foliolo baseos vaginâ ore barbatâ breviore, fasciculo duplici: altero subpedunculato, spiculis subbifloris, squamis margine lanatis. (J.) *v. v.*

3. S. *brevifolius*, culmo simplici tereti exsulco aphyllo, vaginis baseos imberbibus foliolo longioribus, fasciculis pluribus alternis, spiculis rectis pedicello triplo longioribus subtrifloris, squamis margine parùm ciliatis. (J. M.) *v. v.*

4. S. *melanostachys*, culmo simplici tereti exsulco aphyllo, paniculâ coarctatâ, spiculis subumbellatis falcatis pedicello parùm longioribus subbifloris, squamis margine nudiusculis. (J.) *v. v.*

5. S. *villosus*, culmo simplici tereti foliato, foliis canaliculatis, vaginis ore lanatis, spiculis alternatim congestis sessilibus rectis acutissimis, squamis margine villosissimis. (J.) *v. v.*

6. S. *acuminatus*, culmo filiformi-compresso striato foliato, foliis setaceo-canaliculatis, vaginâ imberbi, ligulâ obtusâ, spiculis alternatim 2—3 pedunculatis acuminatis subbifloris, squamis imberbibus. (M.) *v. v.*

7. S. *sparteus*, culmo filiformi tereti paucifolio; vaginis ore lanatis folia subulata subæquantibus, spiculis alternatim 2—3-ve pedunculatis falcatis, squamis margine nudis. (T.) *v. v.*

8. S. *punctatus*, culmo filiformi compresso foliato, foliis setaceis, vaginis imberbibus, paniculâ elongatâ foliatâ, spiculis rectiusculis, squamis nudis, nucibus impresso-punctatis. (T.) *v. v.*

9. S. *falcatus*, culmo compresso foliato, foliis planis, vaginis imberbibus, paniculâ elongatâ foliatâ, spiculis falcatis, squamis nudis, nucibus puncticulatis. (T.) *v. v.*

CHÆTOSPORA.

Schœni species. *Auct.*

Spicula disticha, (nunc undique imbricata,) pauciflora, *squamis* extimis minoribus, vacuis. *Setæ* hypogynæ, squamis breviores. *Stylus* deciduus.

Obs. Habitus Schœni et diversa solummodò setis hypogynis.

I. *Spiculæ distichæ; Squamis enervibus.*

1. C. *curvifolia*, culmo nudo teretiusculo subangulato, foliis radicalibus subsetaceis incurvis, capitulo terminali globoso involucro 3—6-phyllo breviore, spiculis 2—3-floris, squamis imberbibus, setis hypogynis plumosis. (M.) *v. v.*

2. C. *turbinata*, culmo nudo teretiusculo subangulato, foliis radicalibus involucrisque setaceis, vaginis imberbibus, capitulo terminali turbinato involucro 2—4-phyllo breviore, spiculis subunifloris, squamis margine villosis, setis hypogynis plumosis. (J.) *v. v.*

3. C. *brevisetis*, culmo tereti striato lævi basi foliato, vaginis ore barbatis, fasciculo subturbinato involucro 1—2-phyllo breviore, spiculis subsessilibus, squamis margine pubescentibus: intimis basi hispidis, setis hypogynis nuce aliquoties brevioribus. (M.) *v. v.*

4. C. *lanata*, culmo tereti lævi basi foliato, vaginis ore barbatis, fasciculo subturbinato 3—6-stachyo, involucro 1—2-phyllo altero elongato, spiculis subsessilibus, squamis margine lanatis, setis hypogynis plumosis nuce longioribus. (M.) *v. v.*

Schœnus lanatus. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 19. *t.* 20.

5. C. *deformis*, culmo tereti scabro basi foliato, vaginis ore barbatis, spiculis subsolitariis involucro univalvi brevioribus, squamis margine lanatis, setis hypogynis plumosis nuce longioribus. (M.) *v. v.*

6. C. *pedicellata*, culmo tereti lævi basi foliato, vaginis ore barbatis, spiculis subfasciculatis pedunculatis parùm falcatis, squamis

squamis margine villosis: intimis basi hispidis, setulis hypogynis brevissimis. (M.) *v. v.*

7. C. *calostachya*, culmo semitereti lævi foliato, foliis carinatis margine asperis, vaginis deustis imberbibus, spiculis alternis pedunculatis 3—5-floris, squamis nudis, setis hypogynis capillaribus nucem rugosam subæquantibus. (T.) B. *v. s.*

8. C. *paludosa*, culmo semitereti filiformi lævi folioso, foliis planis lævibus, vaginis imberbibus, paniculâ foliatâ, spiculis subtrifloris, squamis nudis, setis hypogynis nuce brevioribus. (J.) *v. v.*

9. C. *imberbis*, culmo filiformi folioso foliisque lævibus, vaginis imberbibus, paniculâ foliatâ, spiculis fasciculatis subsessilibus 1—2-floris. (J.) *v. v.*

10. C. *axillaris*, culmo filiformi folioso foliisque lævibus, spiculis axillaribus terminalibusque 2—3 pedunculatis 3—4-floris, squamis carinâ denticulatis. (J.) *v. v.*

II. *Spiculæ undique imbricatæ, squamis enerviis.*

11. C. *nitens*, culmo tereti usculo basi foliato, capitulo laterali, squamis nitidis, setis hypogynis plumosis, nucibus trigonis lævibus. (D. M.) *v. v.*

III. *Spiculæ distichæ; Squamis basi nervosis.*

12. C. *sphærocephala*, culmo tereti basi foliato, vaginis ore lanatis, capitulo terminali globoso, bracteis fasciculos distinguentibus, spiculis obtusis bifloris. (J.) *v. v.*

13. C. *anceps*, culmo ancipiti, capitulo globoso bracteâ involucrante breviore. (M.) *v. v.*

Obs. Setis forsan caret. Hæc cum præcedenti valdè affine a reliquis multùm differunt.

IV. *Dubii generis.*

14. C. *tetragona*, fasciculo elongato involucrato paleaceo, culmo angulato unifolio. (M.) *v. v.*

15. C. *Stygia*, capitulo involucrato, spiculis distichis, squamis recurvato-aristatis, culmo tereti nudo. (M.) *v. v.*

LEPIDOSPERMA. *Labill.*

Spiculæ 1—2-floræ, monospermæ: *Squamis* undique imbricatis, plerisque vacuis. *Squamulæ* hypogynæ 6, planæ, crasso-

crasso-membranaceæ, basi connatæ. *Stylus* deciduus. *Nux* ventricosa, calva, obtusa.

Radix *perennis*. Culmi *simplices, aphylli, basi foliis sæpè equitantibus cincti*. Panicula *v. spica, sæpiùs divisa, terminalis*.

Obs. Cladio affinitate proxima, diversa solummodò squamulis hypogynis, a Sclerià numero squamularum et spiculis semper androgynis flore inferiore hermaphrodito distinguenda.

1. L. *gladiata*, paniculâ coarctatâ: ramis decompositis, culmo complanato axi utrinque elevato: marginibus foliisque lævibus, spicularum squamis acutiusculis. (J. M. D.) *v. v.*

L. gladiata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 15. *t.* 12.

2. L. *concava*, paniculâ coarctatâ: ramis decompositis, culmo complanato hinc concaviusculo: marginibus foliisque lævibus, spicularum squamis acuminatis. (J.) *v. v.*

β. Paniculæ rami compositi. Culmus Foliaque marginibus scabriusculis. (J.) *v. v.*

3. L. *elatior*, paniculâ elongatâ subsecundâ laxiusculâ decompositâ, culmo complanato utrinque convexiusculo foliisque margine scabris. (D.) *v. v.*

L. elatior. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 15. *t.* 11.

4. L. *longitudinalis*, paniculâ elongatâ coarctatâ: ramis subsimplicibus, culmo foliisque complanatis: axi utrinque convexiusculo; marginibus scabris. (D.) *v. v.*

L. longitudinalis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 16. *t.* 13.

5. L. *lateralis*, paniculâ coarctatâ: ramis alternis subsimplicibus; involucro ensiformi breviore, culmo hinc plano inde convexiusculo: marginibus scabris. (J.) *v. v.*

6. L. *tetragyna*, paniculâ elongatâ: ramis alternis parùm divisis, spicularum squamis acuminatis, squamulis hypogynis subulatis, stylo quadrifido, culmo complanato utrinque convexiusculo: marginibus scabris. (J.) *v. v.*

7. L. *exaltata*, paniculâ elongatâ: ramis compositis alternis, spiculis congestis, bracteis vaginâ brevioribus, culmo utrinque convexiusculo: marginibus lævibus. (J.) *v. v.*

8. L. *viscida*, paniculâ coarctatâ simplici: ramis spiculisque confertis fucatis, culmo plano foliisque margine scabris: basibus viscidis. (M.) *v. v.*

9. L. *congesta*, spicâ compositâ congestâ involucrum subæquante,

quante, spicularum squamis acuminatis, culmo foliisque hinc convexiusculis inde concaviusculis: margine lævibus. (M.) *v. v.*

10. L. *lævis*, spicâ compositâ: ramis inferioribus distantibus, spiculis congestis ovatis, culmo utrinque convexiusculo foliisque lævibus. (M.) *v. v.*

11. L. *squamata*, spicâ compositâ lanceolatâ: ramis spiculisque imbricatis, squamis acutis, culmo hinc plano inde convexiusculo: marginibus scabris, foliorum basibus equitantibus nitidis. (D.) *v. v.*
L. squamata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 17. *t.* 16.

12. L. *angustata*, spicâ compositâ lanceolatâ: ramis spiculisque approximatis, squamis acutis, culmo lineari: marginibus scabris: apice inde lævi sulcato. (M.) *v. v.*

13. L. *linearis*, spicâ compositâ lanceolatâ: ramis spiculisque approximatis, squamis acutis, squamulis hypogynis lanceolatis, culmo complanato utrinque convexiusculo: marginibus scabris. (D.) *v. v.*

14. L. *globosa*, spicâ compositâ: ramis inferioribus distantibus, spiculis subglobosis, squamis hypogynis obtusis, culmo complanato: marginibus scabris. (D.) †
L. globosa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 16. *t.* 14.

15. L. *tetragona*, paniculâ coarctatâ: ramis parùm divisis, foliis tetragonis, culmo obtusè angulato. (D.) †
L. tetragona. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 17. *t.* 17.

16. L. *aphylla*, spicâ subsimplici, culmo plano lævi flexuoso: medio univaginato; basi vaginis imbricatis. (M.) *v. v.*
Obs. Fructus ignotus, ideoque genus incertum.

17. L. *gracilis*, spicâ subsimplici, squamis acuminatis, culmo ancipiti lævi, foliis planiusculis, (M.) *v. v.*

18. L. *flexuosa*, spicâ simplici et divisâ, rachibus flexuosis, spiculis distinctis subulatis, culmo tereti, foliis teretiusculis. (J.) *v. v.*
L. filiformis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 17. *t.* 15? (in multis convenit, sed vix eadem.)

19. L. *striata*, spicâ divisâ: ramis alternis, spiculis imbricatis, culmo tereti tenuiter striato lævi. (M.) *v. v.*

OREOBOLUS.

Glumæ duæ, spathaceæ, deciduæ, includentes flosculum unicum

tiùm squamâ interiore unicâ v. nullâ. *Perianthium* sexpartitum, cartilagineum, post lapsum nucis persistens! *Stamina* 3. *Stylus* 1, deciduus. *Stigmata* 3. *Nux* crustacea.

Planta *pusilla, sed cæspites densos, convexos, amplos, in summis montibus efformans* (unde nomen). Culmi *infrà divisi, densè vestiti.* Folia *linearia, stricta, basibus dilatatis, nervosis, imbricatis, vaginantibus, inde apertis.* Scapi *axillares, breves, compressi, uniflori.* Glumæ *spatham ancipitem, bivalvem, efficientes.*

O. *pumilio.* (D.) v. v.

REMIREA. *Aublet.*

Miegia. *Schreb.*

Spiculæ unifloræ; *Squamis* imbricatis, *exterioribus* nervosis, *supremâ* floriferâ, inclusâ, dissimili. *Stamina* 3. *Stylus* 1. *Stigmata* 3. *Setæ* nullæ hypogynæ. *Nux* oblonga, squamulâ supremâ incrassatâ suberosâ! inclusa.

Plantæ *in arenosis maritimis intra tropicos provenientes.* Culmi *repentes, longissimi, vaginati.* Rami *erecti, densè foliati.* Folia *stricta, patula, vaginis imbricatis integris.* Spicæ *terminales,* 1—3 *capituliformes, e spiculis undique imbricatis.* Involucrum *foliaceum, polyphyllum.*

1. R. *pedunculata,* pedunculo communi spicis longiore. (T.) *v. v.*

CLADIUM. *Browne Jam.* 114.

Schœni species. *L.*

Spiculæ undique imbricatæ, 1—2-floræ; *squamis* extimis vacuis. *Setæ squamulæve* hypogynæ nullæ. *Stylus* deciduus, cum ovario inarticulatus. *Nux* calva. *Nucleus* lævis.

Culmi *foliosi v. vaginati.* Inflorescentia *varia, paniculata v. subspicata, spiculis sæpiùs aggregatis.*

1. C. *Mariscus,* paniculâ decompositâ foliosâ, spiculis capitato-glomeratis, culmo tereti lævi folioso, foliorum marginibus carinâque asperis. (J. M. D.) *v. v.*
Schœnus Mariscus. *L.*
Schœnus Cladium. *Sw.*
Schœnus effusus. *Sw.*

2. C. *arti-*

2. C. *articulatum*, paniculâ decompositâ bracteatâ, culmo folioso tereti foliisque articulatis. (M. J.) v. v.

3. C. *teretifolium*, paniculâ subcoarctatâ compositâ, squamis ciliatis, culmo teretiusculo, foliis radicalibus elongatis angulato-teretibus: caulino abbreviato. (J.) v. v.

4. C. *glomeratum*, paniculâ coarctatâ spathaceâ, spiculis capitato-congestis bifloris, nucibus ovalibus, culmo tereti-compresso lævi, foliis radicalibus teretibus elongatis: caulinis distantibus vaginâ brevioribus. (J. M. D.) v. v.

5. C. *junceum*, spicâ indivisâ, spiculis subgeminatis sessilibus unifloris, culmis teretibus exsulcis basi sub apiceque vaginatis, vaginis strictis foliolis brevissimis verticalibus. (J. M. D) v. v.

6. C. *pauciflorum*, spicâ pauciflorâ rarâ, spiculis solitariis subpedunculatis unifloris, squamis mucronatis, culmis teretibus striatis basi medioque vaginatis, vaginarum foliolis setaceis brevissimis. (J.) v. v.

7. C. *decompositum*, paniculâ decompositâ, bracteis aristatis spiculis geminatis duplò longioribus, culmo tereti folioso, foliis convolutis asperrimis. (M.) v. v.

8. C. *radula*, paniculâ compositâ effusâ, spiculis alternis approximatis, squamis acuminatis, culmo tereti folioso, foliis convolutis asperrimis. (M.) v. v.

9. C. *deustum*, paniculâ coarctatâ elongatâ foliaceâ, squamis acuminatis bracteisque margine lanatis, culmo tereti folioso, foliis convolutis asperis: infimorum vaginis barbatis. (M.) v. v.

10. C. *medium*, paniculâ subspicatâ foliatâ, squamis acuminatis bracteisque imberbibus, culmo tereti folioso, foliis canaliculatis setaceis lævibus, vaginis ore lanatis. (M.) v. v.

11. C. *lanigerum*, paniculâ subspicatâ, squamis acutis bracteisque imberbibus, nucibus triquetris, culmo tereti folioso foliis filiformibus lævibus breviore, vaginis ore lanatis. (M.) v. v.

12. C. *filum*, paniculâ coarctatâ elongatâ foliatâ: glomerulis alternis compositis, spiculis subulatis, squamis aristato-acuminatis tetrandris, culmo tereti folioso, foliis involutis elongatis asperis. (M. D.) v. v.
Schœnus filum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 18. *t.* 19.

13. C. *schœnoides*, spicâ subcompositâ, spiculis lanceolatis unifloris,

floris, squamis nudis, culmo aphyllo foliisque radicalibus longioribus compresso, vaginis imberbibus. (J.) *v. v.*
Schœnus acutus. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 18. *t.* 18.

LAMPOCARYA.

Spiculæ undique imbricatæ, unifloræ; *squamis* exterioribus vacuis. *Setæ squamulæ*ve hypogynæ nullæ. *Stamina* 4, (nunc 3—6,) filamentis persistentibus, elongatis. *Stylus* subulatus, trifidus. *Stigmata* indivisa. *Nux* ossea, nitens, basi persistenti styli cuspidata, putamine suprà incrassato, nucleo lævi.

Obs. Medium tenet inter *Cladium* et *Gahniam*: a priore differt filamentis post anthesin elongatis et nuce cuspidatâ; a *Gahniâ* nucleo lævi distincta. Huc pertinet Gahnia schœnoides *Forst.* fide speciminis ab ipso auctore in Herb. Banks.

1. L. *aspera*, tetrandra, spicâ compositâ foliatâ: partialibus subindivisis, spiculis congestis, squamis intimis obtusis lævibus. (J. T.) *v. v.*

2. L. *hexandra*, paniculâ coarctatâ. ramis parùm divisis, spiculis capitato-congestis, squamis omnibus cuspidatis. (D.) †
Gahnia trifida. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 89. *t.* 116.
Obs. An hujus generis?

GAHNIA. *Forst. Labill.*

Spiculæ undique imbricatæ, unifloræ; *squamis* plurimis vacuis. *Setæ squamulæ*ve hypogynæ nullæ. *Stamina* 6, (rarò 3,) filamentis persistentibus, elongatis. *Stylus* trifidus. *Stigmata* bifida, (rarò indivisa.) *Nux* ossea; *nucleo* transversim inciso!

Culmus *foliosus*. Folia *elongata, aspera, involuta*. Panicula *composita, foliata*. Nux *ovata, sæpissimè nitens*.

I. *Stamina* 6. *Stigmata bifida*. Gahniæ veræ.

1. G. *psittacorum*, paniculâ decompositâ, spiculis basi attenuatis, squamis decem pluribus obtusis, nucibus nitentibus papillâ conicâ sphacelatâ, filamentis demùm corrugatis. (D.) *v. v.*
G. psittacorum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 89. *t.* 115. bona.

2. G. *leu-*

2. G. *leucocarpa*, paniculâ decompositâ, spiculis basi attenuatis, squamis (8—12) obtusiusculis, nucibus opacis apice acuto sphacelato. (M.) *v. v.*

3. G. *erythrocarpa*, paniculâ decompositâ, squamis omnibus acutis, nucibus trigonis nitentibus. (J.) *v. v.*

II. *Stamina* 3. *Stigmata indivisa.*

4. G. *melanocarpa*, paniculâ subcoarctatâ compositâ. (J. D.) *v. v*

EVANDRA.

Spiculæ subunifloræ; *squamis* undique imbricatis, plurimis vacuis. *Setæ squamulæve* hypogynæ nullæ. *Stamina* 12! (vel plura.) *Nux* cylindracea, crustacea; *nucleo* lævi.

Plantæ *paludosæ, elatiores*. Spiculæ *turbinatæ, squarrosæ, squamis extùs nigricantibus, superioribus intùs subsericeis; alioqui facie dissimiles.*

Obs. Affinitatem quamdam habere videntur cum Chrysitrichi, cujus tamen structura haud benè intellecta est.

1. E. *aristata*, culmo folioso, spiculis paniculatis axillaribus terminalibusque, squamis aristatis. (M.) *v. v.*

2. E. *pauciflora*, culmo nudo, spiculis lateralibus geminis solitariisve sessilibus, squamis muticis. (M.) *v. v.*

CAUSTIS.

Spiculæ subunifloræ; *squamis* fasciculatis, plurimis vacuis. *Setæ squamulæve* hypogynæ nullæ. *Stamina* 3—5. *Stylus* basi dilatatâ. *Stigmata* 3—4. *Nux* ventricosa basi bulbosâ styli coronata.

Plantæ *rigidæ, in ericetis aridis provenientes*. Culmi *aphylli, vaginis integris, sphacelatis*, (unde nomen,) *hinc in mucronem subulatum, concolorem productis; infrà indivisi, teretes, suprà paniculati, semiteretes, ramulis ultimis subulatis, foliiformibus*. Spiculæ (*in diversis plantis*) *paniculatæ, parvæ*. Nux *ovata, alba, opaca.*

1. C. *flexuosa*, paniculis effusis flexuosis: ramulis ultimis lævibus, spicularum squamis glabris. (J.) *v. v.*

2. C. *dioica*, paniculis flexuosis subcoarctatis: ramulis ultimis margine scabris, spicularum squamis pubescentibus. (M.) *v. v.*

3. C. *pen-*

3. C. *pentandra*, ramis ramulisque strictis, floribus pentandris! (J.) v. v.

SCLERIA. *Berg.*

Flores diclines; squamis fasciculatis, unifloris.
Masc. *Stamina* 1—3.
Fem. in eâdem v. diversâ spiculâ. *Nux* colorata, *squamâ* trilobâ, subcartilagineâ, liberà v. adnatâ basi cincta.

Obs. In plerisque præter squamam trilobam scutellum adest exterius, indivisum, cum spiculâ post lapsum nucis et squamarum persistens.

1. S. *margaritifera*, paniculis axillaribus terminalique: ramis indivisis strictis androgynis, spiculis sexu distinctis, nucibus lævibus, culmo foliisque asperis. (T.) B. v. s.
S. margaritifera. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 312.

2. S. *distans*, fasciculis axillaribus terminalibusque pedunculatis, spiculis androgynis, nucibus scabris mucronulatis. (T.) v. v.

3. S. *capillaris*, paniculâ simplici rarâ nutante: ramis paucifloris, spiculis androgynis, floribus masculis monandris, nucibus lævibus nitidis, culmo foliisque scabriusculis. (T.) v. v.

4. S. *laxa*, glabra, spicis axillaribus pedunculatis paucifloris subnutantibus androgynis, spiculis sexu distinctis subunifloris, nucibus rugosis, culmis foliisque lævibus. (T.) v. v.

5. S. *rugosa*, pubescens diffusa, spicis axillaribus terminalibusque paucifloris androgynis, spiculis sexu distinctis, foliis culmo longioribus. (T.) B. v. s.

6. S. *pygmæa*, pumila glabra lævis, fasciculis axillaribus terminalibusque subcapitatis androgynis, squamis femineis aristato-acuminatis, nucibus rugosis squamâ adnatâ. (T.) B. v. s.

DIPLACRUM.

Fasciculi androgyni.
Masc. laterales, squamis scariosis.
Fem. intermedius. *Perianthium* bivalve, nervosum, æquale, persistens. *Stylus* 1. *Stigmata* 3. *Nux* sphærica, basi esquamatâ, perianthio conniventi tecta.

Planta

Planta *pusilla, in humidis intra tropicos proveniens.* Culmi *foliosi.* Folia *vaginis integris.* Fasciculi *glomerati, axillares et terminales.* Perianthii *valvulæ acuminatæ, arctè conniventes in utriculum bicuspidatum* (unde nomen).

Obs. Genus proximum Scleriæ, et facie omninò S. pygmææ; affinitatem quamdam etiam habet cum Carice, cujus perianthium capsulare, monophyllum, sed quasi e valvulis duabus conflatum, indicante in plerisque ore bifurco.

Diplacrum *caricinum.* (T.) B. *v. s.*

UNCINIA. *Pers. syn. 2. p. 534.*

Flores diclines, spicati : *Squamis* undique imbricatis, unifloris.
Masc. *Perianthium* 0. *Stamina* 3.
Fem. (inferiores in eàdem spicâ.) *Perianthium* monophyllum, capsulare, ore coarctato, subindiviso, persistens. *Arista* hypogyna, exserta, hamata. *Nux* perianthio aucto inclusa.

Obs. A Carice differt solummodò præsentiâ Aristæ; quæ minimè e basi squamæ ortum ducit ut a Cl. Willdenovio et Persoonio descripta, sed verè hypogyna, intra perianthium ad ejusdem latus exterius inserta.

1. U. *compacta,* spicâ oblongâ densâ multiflorâ, squamâ infimâ aristatâ, fructibus densè imbricatis undique glaberrimis, culmo lævi, foliis planis strictis. (D.) *v. v.*

2. U. *riparia,* spicâ filiformi laxiusculâ pauciflorâ, squamâ infimâ conformi, fructibus alternis semiimbricatis lanceolatis nervosis undique glaberrimis, culmi angulis scabris, foliis planis laxis. (D.) *v. v.*

Obs. Uncinia australis differt præsertim spicâ longiori fructibusque apice pubescentibus.

3. U. *tenella,* spicâ filiformi pauciflorâ, squamis deciduis conformibus, fructibus subimbricatis lanceolatis lævibus, culmo angulato-filiformi lævi, foliis subsetaceis flaccidis. (D.) *v. v.*

CAREX. *L.*

Flores diclines, amentacei : *Squamis* undique imbricatis, unifloris.
Masc. *Perianthium* 0. *Stamina* 3.
Fem. (in eàdem v. diversâ spicâ, monoici v. dioici.) *Perianthium*

thium 1-phyllum, capsulare, basi muticum, ore coarctato, persistens. *Stigmata* 2—3. *Nux* perianthio aucto inclusa.

Obs. Genera affinia hujus ordinis præsertim *Diplacrum* et *Kobresia*, naturam veram Nectarii v. Arilli auctorum docent, quæ insuper probata est aristâ interiore Unciniæ et a specimine Caricis acutæ *L.* in Herbario D. Turner viso, in quo nectarium (perianthium a nobis dictum) stamina includit absque vestigio pistilli.

I. *Spica composita, androgyna; spiculis sessilibus.*

1. C. *inversa*, spiculis ovatis approximatis 2—3 involucratis, basi masculis, squamis acuminatis, stigmatibus 2, fructibus plano-convexis: acumine bidentato. (J.) *v. v.*

2. C. *chlorantha*, spicâ oblongâ, spiculis (5—6) approximatis indivisis bracteam scariosam subæquantibus apice masculis, squamis acutis, stigmatibus 2, culmo foliisque scabris. (J.) *v. v.*

3. C. *appressa*, spicâ decompositâ subelongatâ: partialibus appressis: inferioribus distinctis, spiculis ovatis apice masculis, squamis acutis, fructibus ovatis plano-convexis utrinque nervosis: marginibus extrorsùm denticulatis. (J.) *v. v.*

II. *Spicæ androgynæ, pedunculatæ.*

4. C. *gracilis*, spicis numerosis pedunculatis apice masculis: inferioribus 2—3-nisve remotiusculis parùm divisis, fructibus striatis. (J.) *v. v.*

5. C. *longifolia*, spicis cylindraceis pendulis indivisis: pedunculis capillaribus; inferioribus 4—5-nisve; superioribus 1—2-nis solitariisve, fructibus nervosis. (J.) *v. v.*

III. *Spicæ sexu distinctæ, mascula unica. Bracteæ foliaceæ.*

6. C. *breviculmis*, vaginis abbreviatis pedunculos subæquantibus, spicis femineis 2—3 approximatis oblongis, masculâ cylindraceâ gracili, squamis cuspidatis, fructibus ovalibus acuminatis attenuatis pubescentibus, foliis culmo longioribus. (J.) *v. v.*

7. C. *cataractæ*, spicis femineis ovatis: superioribus 2—3 confertis subsessilibus, vaginis abbreviatis: infimæ (dum ternæ) remotæ pedunculo vaginam mediocrem superante, squamis obtusis, fructibus ovatis rostratis nervosis, culmis lævibus, foliis margine scabriusculis. (D.) *v. v.*

8. C. *stria-*

8. C. *striata*, spicis femineis 2—3 cylindricis erectis : tertiæ pedunculo vaginam longam superante, squamis acuminato-aristatis, fructibus globosis multinervibus : rostro brevissimo. (J.) *v. v.*

9. C. *lacistoma*, trigyna, vaginis nullis, spicis femineis 3 cylindraceis erectis : infimâ brevè pedunculatâ, squamis obtusis mucronulatis, fructibus ovalibus ventricosis nervosis : collo brevissimo obtuso ore patulo. (J.) *v. v.*

10. C. *cæspitosa*, digyna, vaginis nullis, spicis sessilibus cylindricis obtusis, bracteis auriculatis, fructibus compressis brevissimè mucronatis, squamis obtusis. (J. D.) *v. v.*
Carex cæspitosa. *L.*

11. C. *pseudocyperus*, vaginis subnullis, spicis cylindricis pedunculatis pendulis multifloris, fructibus patentibus nervosis : rostro bifurco. (J. D.) *v. v.*
C. Pseudo cyperus. *L.*

IV. *Spicæ sexu distinctæ; masculæ unâ plures.*

12. C. *littorea*, spicis femineis oblongis erectis : pedunculo infimæ vaginam mediocrem superante, fructibus ovatis ventricosis lævibus basi striatis : rostro bifurco, culmo teretiusculo. (J. D.) *v. v.*
Carex littorea. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 69. *t.* 219. bona.

RESTIACEÆ.

Juncorum genera. *Juss.*

Perianthium liberum, 2—6-partitum, rarò nullum.

Stamina definita, 1—6, dum 2 v. 3 intra perianthium 4—6-partitum ejusdem laciniis *interioribus* opposita.

Ovarium uni-pluriloculare, loculis monospermis (in Xyride polyspermis) ovulis pendulis.

 Pericarpium

Pericarpium capsulare v. nucamentaceum.
Semina inversa. *Albumen* semini conforme.
Embryo in extremitate inferiore seminis umbilico oppositus, extra albumen situs, lenticularis.
Herbæ v. *Suffrutices* (ferè omnes exoticæ). *Folia* simplicia, angusta v. nulla. *Culmi* nudi sæpiùsve vaginati, vaginis hinc fissis, margine altero equitante. *Flores* sæpissimè aggregati, spicati v. capitati, bracteis distincti, plerumque diclines.

Obs. A Junceis distinguuntur Embryone exserto et umbilico contrario; a Commelineis ejusdem figurâ et albumine non incluso. Genera habitu Cyperacearum ab iisdem optimè dignoscuntur vaginis culmi fissis nec integris. *Xyris* quam huic ordini adjeci a reliquis certè longè distat, præsertim foliolis interioribus perianthii petaloideis, unguibus apice staminiferis, seminibusque numerosis; sed vix aliæ familiæ propinquior.

RESTIO.

Restionis species. *L.*

Flores dioici. *Perianthium* 4—6-glume, squamâ amenti inclusum, ebracteatum.
Masc. *Stamina* 2—3. *Antheræ* simplices, peltatæ.
Fem. *Stylus* 2—3-partitus. *Capsula* 2—3-locularis, 2—3-loba, angulis salientibus dehiscens. *Semina* solitaria.
Rhizoma *squamatum, repens.* Culmi *juncei, aphylli, vaginati, vaginis inde fissis, simplices v. ramosi.* Amenta *solitaria, spicata v. paniculata.*

Obs. In speciebus Novæ Hollandiæ seminis umbilicus nudus; in nonnullis (an pluribus omnibusve?) capensibus strophiolatus. Capensium eliminandi sunt Restio scariosus *Thunb.* spicigerus *Thunb.* dichotomus *Rottb.* et nonnullæ aliæ ineditæ proprium genus sub nomine *Thamnochorti* stabiliendum constituentes; ob stylum indivisum, nucem monospermam basi accretam perianthio cujus foliola exteriora lateralia carinâ alata sunt. De Restione imbricato *Thunb.* et distachyo *Rottb.* vide aliqua sub *Leptocarpo.* Calorophus *Labill.* genuina species Restionis esse videtur, masculi flores enim verè amentacei, et feminei (a nobis nondum visi) fortasse ex abortione tantummodò solitarii.

I. *Cul-*

I. *Culmus simplex.*

1. R. *monocephalus*, culmis teretibus hinc sulcatis monostachyis: medio vaginâ subsolitariâ laxâ, amento ovato, squamis obtusis, perianthiis 6-glumis, stylo bipartito. (D.) v. v.

2. R. *deformis*, culmis (subsimplicibus) teretibus striatis paucifloris, vaginis strictis acuminatis, amentis alternis subpedunculatis ovatis, squamis aristato-acuminatis, perianthiis 5-glumis, stylo bipartito. (M.) v. v.

3. R. *laxus*, culmis teretibus striatis paucifloris, vaginis laxis obtusis, amentis alternis ovatis, squamis aristato-acuminatis, perianthiis 6-glumis, stylo tripartito. (M.) v. v.

4. R. *australis*, culmis teretibus lævissimis, vaginis obtusis laxiusculis, spicâ multiflorâ subsimplici, bracteis vaginiformibus persistentibus amento ovato longioribus, squamis acuminato-aristatis margine lanatis, perianthiis masculis 6-glumis: femineis 4-glumis, stylo bipartito. (D.) v. v.

5. R. *pallens*, culmis teretibus lævibus, vaginis strictis obtusis, spicâ multiflorâ simplici et subramosâ, bracteis amento subgloboso brevioribus, squâmis aristato-acuminatis nudis, perianthiis masculis 6-glumis. (J.) v. v.

6. R. *gracilis*, culmis teretibus lævibus, vaginis strictis obtusis, spicâ multiflorâ subcompositâ, amentis (femineis) cylindraceo-oblongis acutis bracteas superantibus, squamis aristato-acuminatis, perianthiis 4-glumis, stylo bipartito. (J. D.) v. v.

7. R. *complanatus*, culmis compressis, vaginis strictis, racemo subsimplici et ramoso, amentis erectis: masculis ovatis; femineis oblongis; utriusque squamis lanceolatis aristato-acuminatis, perianthiis 4-glumis, stylo bipartito. (J.) v. v.

8. R. *tremulus*, culmis compressis, (sterilibus divisis,) paniculæ ramis umbellatis capillaribus simplicissimis, amentis pendulis globosis, squamis acutiusculis, perianthiis 6-glumis nudis, stylo bipartito. (M.) v. v.

9. R. *compressus*, culmis compressis, paniculâ ramis divisis: masculâ laxâ pendulâ; femineâ congestâ, amentis subglobosis, squamis acutiusculis, perianthiis 6-glumis, stylo tripartito. (M.) v. v.

10. R. *nutans*, culmis teretibus lævibus, paniculâ simplici: pedicel-

pedicellis subumbellatis capillaribus indivisis, amentis nutantibus ovali-oblongis, squamis acutissimis, perianthiis 5-glumis inæqualibus: foliolis 3 interioribus spathulatis obtusis. (M.) *v. v.*

11. R. *cinerascens*, culmis teretibus cinerascentibus, paniculâ simplici paucflorâ: pedicellis tomentosis, amentis pendulis ovalibus, squamis ellipticis mucronulatis, perianthiis 6-glumis: foliolis acutiusculis. (M.) *v. v.*

12. R. *laxus*, culmis teretibus glabris, paniculâ effusâ: ramis divisis, amentis pendulis ovalibus acutis, squamis *inferioribus* ovatis submuticis: superioribus acuminatis, perianthiis 6-glumis: foliolis acutis. (M.) *v. v.*

13. R. *tropicus*, culmis teretibus, paniculâ effusâ: ramis ramulisque alternis, amentis subsessilibus ovalibus, squamis omnibus acuminatis nitentibus, perianthiis *masculis* 5-glumis: foliolis acutis. (T.) *v. v.*

14. R. *microstachys*, culmis (subsimplicibus) teretibus *cinerascentibus*, paniculâ effusâ laxâ: ramis divisis, amentis paucifloris, squamis acuminatis, perianthiis *masculis* 5-glumis acutiusculis. (M.) *v. v.*

II. *Culmus ramosus.*

15. R. *clavatus*, culmis ramosis filiformibus, paniculis effusis tremulis: ramis parùm divisis simplicibusve, amentis pendulis oblongo-clavatis, squamis ovatis acutiusculis, perianthiis 6-glumis. (M.) *v. v.*

16. R. *fastigiatus*, culmis suprà paniculatis fastigiatis: ramulis compressis spiciferis, amentis ovalibus: lateralibus sessilibus bracteis cucullatis, squamis ovatis obtusis, perianthiis (masculis) 6-glumis subæqualibus. (J.) *v. v.*

17. R. *dimorphus*, culmis suprà paniculatis, vaginis laxiusculis mucronulatis, ramulis spicatis, amentis distantibus subsessilibus ovatis, squamis acuminatis margine *pubescentibus*, perianthiis 6-glumis, capsulis trilocularibus. (J.) *v. v.*

18. R. *crispatus*, culmis suprà paniculatis: ramulis flexuosis, amentis alternis subpedunculatis, squamis ovatis mucronulatis nudis, perianthiis (masculis) 6-glumis. (M.) *v. v.*

19. R. *sphacelatus*, culmis paniculatis glabris: ramis compressis flexuosis uncinatisve, vaginis sphacelatis obtusissimis mucronulatis margine ciliatis, amentis terminalibus solitariis

tariis ovatis, squamis ovalibus mucronulatis, perianthiis (masculis) 6-glumis. (M.) *v. v.*

20. R. *pubescens*, culmis ramosis: ramis alternis paniculatis pubescentibus curvatis, amentis terminalibus subaggregatis squamisque ovatis obtusiusculis nudis, perianthiis (masculis) 6-glumis subæqualibus. (M.) *v. v.*

21. R. *fasciculatus*, culmis teretibus vaginis ore barbatis: ramis alternatim fasciculatis simplicissimis strictis: sterilibus subulatis; fertilibus monostachyis, amentis ovalibus paucifloris. (M.) *v. v.*

22. R. *lateriflorus*, culmis ramosis, vaginis mucronatis ore sublanatis, amentis (masculis) sessilibus distantibus paucifloris, squamis mucronatis, perianthiis 6-glumis. (J. D.) *v. v.*
Calorophus elongata. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 7. *t.* 228.

23. R. *flexuosus*, culmis ramosissimis: ramis flexuosis, vaginis mucronatis ore lanatis nunc ramulis sterilibus fasciculatis brevissimis, amentis (masculis) terminalibus paucifloris, squamis mucronatis, perianthiis 6-glumis. (M.) *v. v.*

24. R. *tetraphyllus*, culmis semiteretibus vaginis obtusis: ramulis sterilibus alternatim fasciculatis dichotomis subsetaceis, paniculâ terminali compositâ, amentis pedunculatis globoso-ovatis, squamis acuminatis, perianthiis masculis 6-glumis: femineis 4-glumis. (J. D.) *v. v.*
Restio tetraphyllus. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 77. *t.* 226. et 227.

LEPYRODIA.

Flores dioici v. hermaphroditi. *Perianthium* 6-glume; subæquale, exsertum, intra squamam spicæ 1—2-bracteatum.
Masc. *Stamina* 3. *Antheræ* simplices, peltatæ. *Rudimentum* pistilli.
Fem. *Styli* 3. *Capsula* trilocularis, triloba, angulis salientibus dehiscens. *Semina* solitaria.

Obs. Genus proximum Elegiæ, diversum perianthiis bracteatis, masculis femineo conformibus foliolisque subæqualibus, vaginis culmi persistentibus, nec juxta basin solubilibus, denique spathis minoribus.
Calorophus *Labill. l. c.* charactere ferè respondet, at ipsa planta diversissima.

1. L. *gracilis*, culmis subramosis, vaginis strictis, spicæ compositæ

positæ ramis inferioribus remotiusculis, perianthii foliolis exterioribus brevioribus. (J.) *v. v.*

2. L. *stricta,* culmis simplicissimis, vaginis strictis, spicæ compositæ ramis subapproximatis, perianthiis subæqualibus. (M.) *v. v.*

3. L. *scariosa,* culmis simplicissimis, vaginis laxis, spicæ compositæ ramis imbricatis divisis, perianthii foliolis interioribus minoribus. (J.) *v. v.*

4. L. *hermaphrodita,* culmis simplicissimis, vaginis laxis, spicis subsimplicibus, floribus hermaphroditis. (M.) *v. v.*

LYGINIA.

Flores dioici. *Perianthium* sexglume.

Masc. *Filamenta* longitudinaliter connata! *Antheræ* 3, didymæ! utrinque bifidæ.

Fem. *Stylus* tripartitus. *Capsula* trilocularis, triloba, angulis salientibus dehiscens. *Semina* solitaria.

Rhizoma *squamatum, repens, fibris lanatis.* Culmi *simplices, teretes, aphylli, vaginati, ad articulos facilè solubiles.* Spica *terminalis, e fasciculis approximatis, singulis spathâ vaginiformi subtensis, femineis quandoque solitariis et unifloris.*

Obs. Schœnodum tenax *Labill. l. c.* e duobus generibus confectum est, tutiùs igitur duxi nomen omninò rejicere, quam, vel huic vel femineæ retinendo errorem aliquo modo propagare.

1. L. *imberbis,* vaginis spathisque imberbibus, fasciculis masculis femineisque multifloris. (M.) *v. v.*
   Schœnodum tenax mas. *Labill. nov. holl.* 2. *t.* 229.

2. L. *barbata,* vaginis spathisque ore barbatis, fasciculis masculis paucifloris, femineis unifloris subsolitariis. (M.) *v. v.*

ANARTHRIA.

Flores dioici. *Perianthium* 6-glume, subæquale.

Masc. *Filamenta* 3, distincta. *Antheræ* didymæ! utrinque bifidæ.

Fem. *Styli* 3. *Capsula* trilocularis, triloba. *Semina* solitaria.

Radix *perennis.* Culmi *compressi, simplices, quandoque prolifero-ramosi; dum simplices enodes, vaginis nullis, basi foliis*

foliis distichis, verticalibus, equitantibus. Spicæ *terminales, compositæ, ramis bracteâ spathaceâ, caducâ, subtensis; nunc simplices, floresve solitarii.* Capsula *in quibusdam nucamentacea et vix dehiscens.*

Obs. Structurâ floris et fructûs Elegiæ proxima est, sed defectu vaginarum culmi, foliisque equitantibus verticalibus diversissima: cum Lyginiâ convenit antheris didymis, habitu tamen toto cælo recedit.

1. A. *scabra*, culmis simplicissimis planis foliisque margine scabris, perianthii masculi foliolis linearibus: feminei interioribus minoribus. (M.) *v. v.*

2. A. *lævis*, culmis simplicissimis planiusculis foliisque margine lævibus, perianthii masculi foliolis ovali-lanceolatis: feminei subæqualibus. (M.) *v. v.*

3. A. *gracilis*, culmis simplicissimis compresso-filiformibus foliisque conformibus margine lævibus, spicâ racemosâ divisâ, perianthii foliolis subæqualibus lanceolatis carinatis. (M.) *v. v.*

4. A. *pauciflora*, culmis simplicibus ancipiti-filiformibus folioque subconformi lævibus, racemo paucifloro raro, pedunculis geminatis inæqualibus bracteâ spathaceâ brevioribus. (M.) *v. v.* masc.

5. A. *prolifera*, culmis prolifero-ramosis ancipitibus foliosis, floribus subspicatis solitariisve. (M.) *v. v.*

LOXOCARYA.

Flores dioici.

Masc. - - - - -

Fem. solitarii, bibracteati. *Perianthium* 4-glume. *Ovarium* monospermum. *Stylus* subulatus, indivisus. *Stigma* 1. *Folliculus* cartilagineus, margine convexo dehiscens.

Culmi *aphylli, vaginati, pubescentes, cinerei, infrà simplices, teretes, suprà paniculati, ramulis flexuosis, filiformibus; vaginæ hinc fissæ altero margine equitante.* Flores *ramulos terminantes, solitarii; bracteis mucronatis, pubescentulis; perianthiis muticis: nulla rudimenta staminum.*

Obs. Restioni affinitate proxima, ab eodem diversa stylo indiviso et ovario monospermo.

1. L. *cinerea.* (M.) *v. v.*

LEPTOCARPUS.

Flores dioici, fasciculati v. amentacei. *Perianthium* 6-glume.
Masc. *Stamina* 3. *Antheræ* simplices, peltatæ.
Fem. *Ovarium* 1-spermum. *Stylus* 1. *Stigmata* 2—3. *Utriculus* v. *Nux* crustacea, basi styli coronata.
Culmi *aphylli, vaginati, vaginis hinc fissis, plerumque simplicissimi.* Fasciculi v. Amenta *subspicata.*

Obs. Species fasciculatæ ab amentaceis (ad quas referendi Restio imbricatus *Thunb.* distachyos *Rottb.* et forsan nonnulli alii capenses) posthac separandæ.

1. L. *aristatus,* fasciculis alternis: superioribus aggregatis, squamis subbifloris, perianthii feminei foliolis 3 exterioribus subulatis cartilagineis: interioribus brevioribus muticis lineari-oblongis, culmo simplicissimo. (M.) *v. v.*

2. L. *simplex,* fasciculis alternis: femineis superioribus aggregatis, perianthii glumis lanceolatis: exterioribus mucronatis, culmo simplicissimo. (D.) *v. v.*
Restio simplex. *Forst. prod. n.* 367. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 722.

3. L. *elatior,* paniculæ ramis divisis, fasciculis capitato-spicatis, bracteis ovatis acuminatis, perianthiis femineis subæqualibus margine tenuissimè pubescentibus, culmo tereti simplici. (T.) *v. v.*

4. L *ramosus,* paniculæ ramis divisis, fasciculis capitatis, perianthii foliolis interioribus margine densè lanatis, culmo ramoso. (T.) B. *v. s.*

5. L. *spathaceus,* spicis parùm divisis paniculatisve, perianthii foliolis mucronatis nudis, pericarpiis nucamentaceis, culmis subramosis teretiusculis, vaginis subulato-mucronatis. (T.) *v. v.*

6. L. *scariosus,* paniculâ coarctatâ simplici, amentis spicatis subimbricatis ovatis, squamis acuminatis: axillis barbatis, perianthii glumis interioribus margine lanatis, culmo simplicissimo. (M.) *v. v.*

7. L. *tenax,* spicâ divisâ, amentis oblongis subsquarrosis, squamis cartilagineis acuminatis: axillis perianthiisque nudis, culmo simplici. (M. J. D.) *v. v.*
Schœnodum tenax femina. *Labill. nov. holl.* 2. *t.* 229.

CHÆTAN-

CHÆTANTHUS.

Flores dioici, fasciculati.

Masc. - - - - -

Fem. *Perianthium* 6-glume, nanum, glumis 3 interioribus minutissimis, setaceis. *Ovarium* monospermum. *Stylus* 1. *Stigma* indivisum. *Nux* monosperma, perianthio parùm aucto cincta.

Obs. Habitus Leptocarpi, a quo differt stylo indiviso et perianthii nani glumis interioribus setaceis; a Thamnochorto perianthio et habitu.

1. C. *Leptocarpoides*. (M.) *v. v.*

HYPOLÆNA.

Flores dioici. *Perianthium* 6-glume.

Masc. amentacei. *Stamina* 3. *Antheræ* simplices, peltatæ.

Fem. *Stylus* 2—3-partitus, deciduus. *Nux* ossea, calva, monosperma, basi perianthio breviore cincta, spicam imbricatam, unifloram, terminans.

Obs. Habitus Restionis nec masculi flores ullo modo distinguendi, ideoque, et ob defectum corpusculi lobati perianthium extus munientis, separavi a Willdenoviâ, in quâ pericarpium simile, sed inflorescentia mascula (a Thunbergio haud benè descripta), et habitus diversus.

1. H. *fastigiata*, culmis ramosis teretibus striatis cinerascentibus: ramis subfastigiatis, perianthii fructiferi glumis ovalibus. (J. M. D.) *v. v.*

2. H. *exsulca*, culmis ramosis teretibus lævibus: ramis alternis simplicissimis, perianthii fructiferi glumis subrotundis. (J. M. D.) *v. v.*

APHELIA.

Squamæ spicæ distichæ unifloræ. *Gluma* univalvis, interior. *Stamen* unicum. *Anthera* simplex. *Ovarium* 1-spermum. *Stylus* 1. *Stigma* 1. *Utriculus* hinc longitudinaliter dehiscens.

Herba *pusilla, cæspitosa.* (Scirpi Cyperive *minoris facie.*) Radix *fibrosa.* Folia *radicalia filiformia, basi vaginanti.* Scapi *nudi, filiformes, indivisi.* Spica *unica, terminalis:* Squamis *hispidis, acuminatis, infimis quandoque sterilibus et longioribus.*

Obs. Affinitate proxima Devauxiæ, diversa pistillo simplici, spicâ distichâ, et glumâ univalvi interiori.

1. A. *cyperoides.* (M.) *v. v.*

DEVAUXIA.

Centrolepis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 7. *t.* 1.

Spatha bivalvis, floribus indefinitis. *Gluma* bivalvis. *Stamen* unicum. *Anthera* simplex. *Ovaria* plura, (3—12) axi communi adnata, monosperma. *Styli* totidem, distincti, v. basi connati. *Utriculi* extùs longitudinaliter dehiscentes.

Herbæ *pusillæ, cæspitosæ.* (Scirpi *minoris facie.*) Radix *fasciculato-fibrosa.* Folia *radicalia, setacea, basi semivaginanti.* Scapi *filiformes, indivisi, nudi.* Spatha *unica, terminalis, valvulis approximato-alternis, muticis, v. aristatis, nunc pauciflora.* Glumæ *squamâ minori v. nullâ distinctæ.*

Dixi in honorem D. DESVAUX auctoris dissertationum de Juncearum familiâ (in *Journal de Botanique*).

Obs. Nomen Cel. Labillardiere l. c. structuram a suprà datâ valdè diversam indicans, mutare necessarium fuit.

I. *Receptaculum paleaceum.*

1. D. *pulvinata,* receptaculo paleaceo, stylis 6—7 distinctis, spathis muticis: valvulâ inferiore hispidiusculâ; superiori glabrâ, foliis scapos subæquantibus. (D.) *v. v.*

2. D. *Patersoni,* receptaculo paleaceo, stylis 8—9 distinctis, spathis mucronatis multifloris: valvulâ superiori glabriusculâ; inferiori hispidâ, scapo adulto foliisque triplò brevioribus piloso. (J.) *v. v.*

3. D. *strigosa,* receptaculo paleaceo, stylis 5—7 distinctis, spathis mucronatis: valvulis ambabus hispidis, scapo adulto glabro foliis hispidulis triplo longiore. (M.) *v. v.*

II. *Receptaculum epaleatum. Spathæ hispidæ.*

4. D. *tenuior,* receptaculo epaleato, stylis 4—5 basi connatis, spathis submuticis foliisque hispidis, scapo pilosiusculo. (D.) *v. v.*

5. D. *Billardieri,* receptaculo epaleato, stylis 2—3 basi connatis, spathis hispidis: aristis valvulas subæquantibus, foliis pilosiusculis, scapo glabro. (J. D.) *v. v.*
Centrolepis fascicularis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 7. *t.* 1.

6. D. *ex-*

6. D. *exserta*, receptaculo epaleato, stylis 7—10 distinctis, spathis muticis hispidis, flosculis apice exsertis, scapis foliisque pubescentibus. (T.) *v. v.*

III. *Receptaculum epaleatum. Spathæ glabræ.*

7. D. *Banksii*, receptaculo epaleato, stylis 8—10, spathis muticis glaberrimis multifloris margine membranaceis, scapo foliis 3—4-plo longiore. (T.) B. *v. s.*

8. D. *pusilla*, receptaculo epaleato, stylis 6—7, spathis muticis glaberrimis paucifloris margine membranaceis, scapis folia subæquantibus utrisque glabris. (T.) *v. v.*

9. D. *aristata*, receptaculo epaleato, stylis 6—7 basi connatis, spathis elongato-aristatis glabris, scapo ancipiti. (M.) *v. v.*

ALEPYRUM.

Spatha bivalvis, uni- v. pauciflora. *Glumæ* nullæ. *Stamen* unicum. *Anthera* simplex. *Ovaria* plura, (6—18,) axi communi adnata, unilateralia. *Styli* totidem, basi connati. *Utriculi* hinc longitudinaliter dehiscentes.

Herbæ *pusillæ, facie et structurâ* Devauxiæ; *diversæ tantummodo defectu glumarum et spathis sæpiùs unifloris: an ideo jure separatæ?*

1. A. *polygynum*, spathis unifloris: valvulâ exteriori foliaceo-aristatâ, ovariis 15—18, scapo foliis 2—3-plove longiore. (M.) *v. v.*

2. A. *pumilio*, spathis unifloris: valvulâ exteriori foliaceo-aristatâ, ovariis 6—9, scapo folia æquante. (M.) *v. v.*

3. A. *muticum*, spathis paucifloris: valvulâ exteriori mucronatâ. (M.) *v. v.*

ERIOCAULON. *L.*

Capitulum androgynum: *Squamis* unifloris, extimis sæpiùs vacuis involucrantibus. *Perianthium* duplici serie 4—6-phyllum.

Masc. in disco capituli. *Perianthium* foliolis interioribus infrà connatis altiúsve insertis. *Stamina* 4—6. *Antheræ* biloculares.

Fem. in ambitu capituli. *Perianthium* foliolis interioribus distinctis. *Stylus* 1. *Stigmata* 2—3. *Capsula* 2—3-locularis, 2—3-loba, angulis salientibus dehiscens. *Semina* solitaria.

Herbæ

Herbæ *paludosæ v. lacustres.* Radix *fasciculato-fibrosa.* Folia *radicalia numerosa, linearia, acuta, succulenta, quandoque fistulosa.* Caules *nulli v. brevissimi, densè foliati.* Scapi *indivisi, basi vaginâ integrâ inclusi.* Capitulum *unicum, subglobosum, pilis brevibus, crassiusculis, opacis palearum sæpè incanum.* Squamæ *extimæ in plurimis vacuæ, in quibusdam floriferæ.* Species *pleræque floribus 6-fidis, 6-andris, capsulâ 3-loculari; aliquæ floribus 4-fidis, 4-andris, capsulâ 2-loculari; in ambarum pluribus foliola interiora perianthii in medio disco corpusculo nigricanti soluto rariùsve adnato instructa.*

I. *Flores 6-fidi. Stamina 6 (rarò 3). Caps. 3-loc.*

1. E. *australe,* scapo septangulo (sesquipedali) foliis planis pilosiusculis duplò longiore, capituli squamis involucrantibus imbricatis glabris, paleis dorso pulvereo-dealbatis, perianthii foliolis exterioribus lateralibus carinâ alatâ erosâ: interioribus barbatis nigro-maculatis, floribus 3—6-andris. (J.) *v. v.*

2. E. *Smithii,* scapo angulato striato (5—8-unciali) foliis glabris planis multoties longiore, capitulo florido globoso, squamis involucrantibus paleisque imberbibus, perianthiis obsoletè barbatis. (J.) *v. v.*

3. E. *pallidum,* scapo angulato (1—2-unciali) foliis planis latiusculis parùm longiore, capitulo convexo, paleis imberbibus, perianthio femineo 5-partito: foliolis 2 exterioribus angustissimis; 3 interioribus ciliatis, masculo triandro: exteriori diphyllo; interioris laciniis obsoletis. (T.) B. *v. s.*

4. E. *nigricans,* scapo striato setaceo (sesquiunciali) foliis planis glabris longiore, capitulo nigricanti: florido globoso; fructifero subovato, squamis paleisque imberbibus subovatis, perianthio femineo subtriphyllo: masculo interiori obsoleto, receptaculo lanato. (T.) *v. v.*

5. E. *nanum,* scapo striato (semunciali) foliis glabris vix longiore, capitulo convexo nigricanti, squamis paleisque nudis subovatis, perianthio femineo hexaphyllo immaculato, masculo exteriori spathaceo: interiori obsoleto. (T.) *v. v.*

6. E. *cinereum,* scapis capillaribus striatis (9—15-lin.) vaginâ 3—4-plo longioribus, capitulo convexo cinereo, squamis paleisque imberbibus hyalinis lanceolatis, perianthio masculo interiori ciliato maculato, antheris albicantibus. (T.) *v. v.*

7. E. *pusillum,* scapis setaceis striatis (4—6-lin.) vaginâ laxâ vix

vix duplò longioribus, squamis involucrantibus oblongis scariosis albis capitulum turbinatum pauciflorum superantibus, antheris nigris. (T.) B. *v. s.*

II. *Flores 4-fidi. Stamina 4. Capsulæ 2-loculares.*

8. E. *scariosum*, scapo multistriato (spithameo) foliis planiusculis longiore, capitulo florido subgloboso scarioso pallido, squamis exterioribus vacuis obtusis, paleis mucronatis imberbibus, perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus falcatis carinâ alatâ. (T.) *v. v.*

9. E. *fistulosum*, scapo multistriato (spithameo) foliis fistulosis compressis longiore, capitulo florido convexo nigricanti, squamis exterioribus vacuis obtusis paleisque conformibus imberbibus, perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus carinâ dilatato-alatâ. (T.) B. *v. s.*

10. E. *depressum*, scapo multistriato (spithameo) foliis fistulosis compressis longiore, capitulo florido depresso, squamis omnibus floriferis imberbibus: extimis rotundatis, perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus carinâ dilatato-alatâ. (T.) *v. v.*

11. E. *deustum*, scapo angulato-striato (sesquiunciali) foliis compresso-fistulosis vix longiore, capitulo depresso, squamis ferè omnibus floriferis: extimis rotundatis; reliquis mucronulatis; utrisque imberbibus, perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus carinâ dilatato-alatâ. (T.) *v. v.*

XYRIS. *L.*

Perianthium duplici ordine 6-phyllum: *exterius* glumaceum, trivalve, valvulâ exteriore calyptriformi caducâ, lateralibus navicularibus persistentibus: *interius* corollinum; *petalis* 3, unguiculatis, unguibus apice staminiferis. *Parapetala* 3, petalis alternantia, penicillata. (stamina sterilia?) *Stylus* trifidus. *Stigmata* obtusa. (multifida v. indivisa.) *Capsula* unilocularis, trivalvis, polysperma, placentis parietalibus.

Herbæ *perennes*. Radix *fibrosa*. Folia *radicalia, numerosa ensiformia v. filiformia, basibus dilatatis, equitantibus, scariosis*. Scapus *simplicissimus, basi vaginâ inclusus*. Capitulum *terminale, solitarium, squamis arctè imbricatis, scariosis, unifloris, exterioribus quandoque vacuis et dissimilibus*. Antheræ *posticæ*.

I. *Cap-*

I. *Capsulæ uniloculares, placentis basi distinctis.*

1. X. *complanata,* culmo plano-compresso (sesquilineam lato) strictiusculo: marginibus cartilagineis scabris; quadruplò longiore foliis ensiformibus strictis marginatis scabriusculis, spicâ oblongâ v. cylindraceâ, squamis orbiculatis ventricosis. (T.) *v. v.*

2. X. *scabra,* culmo ancipiti tortili (vix lineam lato): angulis acutioribus scabris, foliis linearibus scabriusculis, capitulo ovato v. oblongo. (T.) *v. v.*

3. X. *lævis,* culmo ancipiti (15—18 unc.): foliisque lævibus angusto-linearibus, capitulo subovato, squamis undique imbricatis, glumarum carinâ ciliatâ. (J. T.) *v. v.*

4. X. *pusilla,* culmo ancipiti (2—6 unc.) foliisque lævibus ensiformibus abbreviatis, capitulo subgloboso-ancipiti paucifloro, squamis nitidis. (T.) *v. v.*

5. X. *denticulata,* culmo teretiusculo lævi (2—6 unc.), foliis abbreviatis linearibus margine denticulato-scabris, capitulo globoso, squamis subrotundis nitentibus. (T.) B. *v. s.*

6. X. *paludosa,* culmo teretiusculo lævi suprà angulato, foliis subfistulosis: caulino vaginâ longiore, capitulo subgloboso, squamis undique imbricatis orbiculatis nitidis. (T.) B. *v. s.*

7. X. *pauciflora,* culmo tetragono scabriusculo (1—5-unc.), foliis linearibus margine denticulato-scabris, capitulo subgloboso paucifloro, squamis subrotundis. (T.) B. *v. s.*
Xyris pauciflora. *Willd. phytogr.* 1. *p.* 2.* *t.* 1. *f.* 1. *Vahl. enum.* 2. *p.* 207.*

8. X. *bracteata,* culmo (sesquipedali) trigono: angulo acutiore scabriusculo, foliis linearibus marginibus carinâque baseos scabris, capitulo subgloboso, squamis medio discoloribus: extimis vacuis longioribus scariosis. (J.) *v. v.*

9. X. *juncea,* culmo (8—10 unc.) tereti-compresso subflexuoso foliisque lævibus subulatis, capitulo globoso, squamis undique imbricatis ovatis integris: disco concolori, stigmatibus multifidis. (J.) *v. v.*

10. X. *gracilis,* culmo (sesquipedali) filiformi lævi parùm tortili, foliis angusto-linearibus strictis margine scabris, capitulo ovali paucifloro, squamis undique imbricatis: centro discolori, stigmatibus indivisis. (M. D.) *v. v.*

11. X. *flexifolia,* culmo (6—12 unc.) filiformi tortili, foliisque lævibus

lævibus flexuosis compresso-filiformibus, capitulo ovali paucifloro, stigmatibus indivisis. (M.) *v. v.*

12. X. *teretifolia*, culmo (sesquipedali) foliisque teretibus strictis scabriusculis, capitulo ovato multifloro, squamis undique imbricatis lacero-multifidis. (M.) *v. v.*

13. X. *lacera*, culmo tereti lævi, capitulo subgloboso multifloro, squamis undique imbricatis lacero-multifidis. (M.) *v. v.*

II. *Capsulæ semitriloculares, placentis basi unitis.*

14. X. *operculata*, culmo tereti, foliis filiformibus, capitulo obovato, squamis quinquefariis imberbibus; inferioribus vacuis sensim minoribus. (J. D.) *v. v.*
Xyris operculata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 14.* *t.* 10.

15. X. *lanata*, culmo tereti lævi, foliis angusto-linearibus, capitulo subgloboso, squamis quinquefariis apice lanatis: inferioribus vacuis sensim minoribus. (M.) *v. v.*

JUNCEÆ. *Decandolle.*

Juncorum genera. *Juss.*

Flores hermaphroditi v. diclines.
Perianthium liberum, 6-divisum, subglumaceum.
Stamina 6, basi laciniarum perianthii inserta; nunc 3 et laciniis exterioribus opposita. *Antheræ* biloculares.
Ovarium 1, 3-loculare, 1-polyspermum, v. 1-loculare 3-spermum. *Stylus* 1. *Stigmata* sæpius 3, quandoque unicum.
Pericarpium capsulare, 3-valve, valvis medio septiferis, nunc evalve et abortione monospermum.
Semina testâ nec atrâ nec crustaceâ.
Albumen densè carnosum v. cartilagineum. *Embryo* inclusus.

 OBS.

Obs. Ordo medium tenet inter Restiaceas et Asphodeleas: ab illis Embryone incluso sæpiùsque radiculâ centripetâ, et staminibus dum tribus foliolis exterioribus perianthii oppositis: ab Asphodeleis integumenti seminis perianthiique texturâ, et habitu diversus.

JUNCUS. *Mich. Adans. Decand.*

Junci species. *Linn. Juss.* Cephaloxys, Marsippospermum, Rostkovia. *Desvaux in journ. de botan.* 1. *p.* 321. et seq.

Perianthium 6-partitum, glumaceum, bibracteatum. *Stamina* 6, v. 3. *Stylus* brevis. *Stigmata* 3. *Capsula* 3-locularis, (rarò subunilocularis) 3-valvis, polysperma.

Folia *glabra, cylindracea v. carinata, nunc plana adversa, quandoque planò-compressa verticalia.*

Obs. A Junco haud separandæ sint species triandræ, quia invicem dissimiles habitu et capsulæ dissepimentis completis v. semicompletis obsoletisve. Nec secernendæ eæ seminibus scobiformibus, testâ nempe, quæ in pluribus utrinque laxa, in his valdè elongata: inter se enim capsularum structurâ pariter diversæ sunt. Genus autem his characteribus commodè distribui posset in phalanges, ad quarum posteriorem inter Europæas pertinent Juncus triglumis *L.* biglumis *L.* castaneus *Smith.* horum omnium folia aversa plus minus compressa, ideoque duplici notâ Narthecio *Huds.* conveniunt, et transitum ad Asphodeleas facilem reddunt.

1. J. *maritimus*, culmo nudo foliisque radicalibus teretibus, paniculâ pseudolaterali corymbosâ: ramis umbellatis, floribus capitatis, involucro culmo breviore, capsulis ovalibus obtusis longitudine perianthii. (J. M. D.) *v. v.*
Juncus maritimus. *Lam. encyc. botan.* 3. *p.* 264. *Smith. flor. brit.* 1. *p.* 375.

2. J. *pallidus*, culmo nudo tereti, paniculâ pseudolaterali: ramis inæqualibus divisis: ramulis congestis, floribus alternis subimbricatis, capsulis ovalibus perianthio acuto paulò longioribus. (M.) *v. v.*

3. J. *vaginatus*, culmo tereti aphyllo basi vaginato, paniculâ pseudolaterali subumbellatâ, umbellis compositis, floribus aggregatis, capsulis ovalibus obtusis perianthium acutum æquantibus. (J.) *v. v.*

4. J. *effusus*, culmo tereti nudo, paniculâ pseudolaterali effusâ, floribus

floribus distinctis, capsulis obovatis perianthium subæquantibus. (J. M. D.) *v. v.*

Juncus effusus. *L.*

5. J. *pauciflorus*, culmo tereti filiformi nudo basi vaginato, paniculâ pseudolaterali pauciflorâ, capsulis ovalibus obtusis perianthio acuto longioribus. (J. M. D.) *v. v.*

6. J. *planifolius*, culmo nudo, foliis radicalibus planis linearibus, cymâ terminali compositâ et decompositâ, floribus capitatis triandris, capsulis triquetris mucronatis basi trilocularibus perianthium acutum vix æquantibus, involucro communi subdiphyllo plano. (J. D.) *v. v.*

7. J. *Holoschœnus*, culmo unifolio tereti, folio involucroque monophyllo articulato teretiusculo, cymâ terminali, capitulis multifloris hexandris, capsulis prismaticis perianthium acutum æquantibus, seminibus striatis. (J.) *v. v.*

8. J. *prismatocarpus*, culmo compresso, foliis alternis verticalibus, cymâ terminali nudâ effusâ, capitulis multifloris triandris, capsulis prismaticis: maturis unilocularibus perianthio subulato longioribus, seminibus obsoletè striatis. (J.) *v. v.*

9. J. *plebeius*, culmo teretiusculo simplici basi folioso, foliis angustissimè linearibus carinatis, cymâ terminali dichotomâ involucrum diphyllum vix æquante, floribus 2-3-nisve subulatis. (J.) *v. v.*

Obs. Facies J. bufonii *L.* cfr. etiam J. bicornem *Mich. flor. bor.-amer.* 1. *p.* 191.

10. J. *gracilis*, culmo repente, ramis filiformibus basi foliatis, foliis subsetaceis, umbellâ terminali simplici et semicompositâ involucrum unifolium superante, floribus capitatis hexandris. (M.) *v. v.*

11. J. *revolutus*, radice repente, culmo compressiusculo basi foliato, foliis angustissimè linearibus margine recurvis, corymbo terminali paucifloro, floribus hexandris, capsulis ovali-oblongis apice depresso perianthium acutum æquantibus. (D.) *v. v.*

XEROTES.

Lomandra. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 92.

Flores dioici. *Perianthium* sexpartitum, subcoloratum.

Masc. *Perianthii* foliola interiora v. omnia basi cohærentia.

 Stamina

Stamina 6, perianthio inserta. *Antheræ* peltatæ. *Rudimentum Pistilli.*

Fem. *Perianthii* foliola distincta, persistentia. *Stamina* cassa. *Ovarium* 3-loculare, loculis 1-spermis. *Styli* 3, basi connati. *Capsula* cartilaginea, 3-locularis, 3-valvis, valvis medio septiferis. *Semina* peltata.

Herbæ *perennes, rigidæ, aridæ, facie peculiari, ad* Juncearum *v.* Cyperacearum *accedenti.* Radix *fibrosa.* Caulis *nullus v. brevis; quandoque divisus, vestitus.* Folia *graminea, linearia, plana v. canaliculata rariùsve filiformia; basibus dilatatis scariosis semivaginantibus; apice quandoque dentato.* Flores *scapum caulemve terminantes, paniculati, racemosi, spicati, v. capitati;* Perianthii *foliolis interioribus consistentiâ v. magnitudine sæpè dissimilibus: dum sessiles bracteis scariosis imbricati; masculi nunc pedicellati, ebracteati.* Capsula *cortice demùm separabili, quandoque subbaccato.* Seminis *testa in quibusdam laxè adhærens arillum æmulans.* Embryo *longitudinalis, rectus, in basi albuminis cartilaginei.*

Obs. Affinitate ad Palmas accedit.

I. *Flores Feminei capitati, (capitulo solitario). Folia apice integerrima.*

1. X. *flexifolia,* caule subramoso, foliis ramo brevioribus distichis flexis margine denticulatis scabris: apice acuto tabescenti, spicâ masculâ indivisâ v. subramosâ foliis longiore. (J.) *v. v.*

Dracæna obliqua. *Thunb. diss. de Dracæna, n.* 17. *f.* 2.

2. X. *mucronata,* caule subramoso, foliis ramo brevioribus spicâ masculâ longioribus distichis strictis parùmve flexis: apice tabescenti mucronato; marginibus minutè denticulatis scabriusculis; basi dilatatâ integrâ. (J.) *v. v.*

3. X. *collina,* foliis caule longioribus angustè linearibus strictis: marginibus denticulatis scabris; apice tabescenti acutissimo; basibus dilatatis laceris, capitulo femineo sessili. (M.) *v. v.*

4. X. *glauca,* foliis caule longioribus angustè linearibus strictis: apice tabescenti obtusiusculo; marginibus denticulatis scabris; basibus dilatatis laceris, spicæ masculæ glomerulis sessilibus. (M.) *v. v.*

5. X. *leucocephala,* floribus masculis femineisque capitatis, receptaculo lanato, foliis angusto-linearibus margine lævibus

scapo

scapo simplicissimo 1-2-cephalo longioribus, caule abbreviato. (T.) *v. v.*

II. *Flores Feminei racemosi v. spicati. Masculi racemosi v. paniculati, pedicellis sparsis, perianthiis nutantibus.*

6. X. *pauciflora*, racemo masculo paucifloro: verticillis distantibus, foliis angustissimè linearibus acutis lævibus: basi dilatatâ integrâ; caule diviso brevioribus. (J.) *v. v.*

7. X. *filiformis*, foliis filiformibus semiteretibus elongatis anticè planis margine scabris posticè tenuissimè striatis: apice tereti, racemo masculo subsimplici, caule abbreviato.

Dracæna filiformis. *Thunb. diss. de Dracæna, n.* 1. *fig.* maris.

α. Perianthia mascula subglobosa, pedicello duplò longiora. (J.) *v. v.*

β. Perianthia mascula subglobosa. Pedicelli calyce bracteisve longiores. (J.) *v. v.*

γ. Perianthia mascula turbinata. Pedicelli calyce bracteisve breviores. (J.) *v. v.*

8. X. *tenuifolia*, foliis filiformibus elongatis anticè canaliculatis subtùs sulcato-striatis, racemis masculis parùm divisis: ramis alternis, caule abbreviato. (M.) *v. v.*

9. X. *gracilis*, foliis longissimis angustissimè linearibus canaliculatis subtùs striatis: apice plano integro, paniculis masculis raris: ramis alternis: pedicellis solitariis, caule abbreviato. (J.) *v. v.*

10. X. *denticulata*, foliis elongatis compresso-filiformibus canaliculatis apice 2-3-dentatis, racemis masculis subsimplicibus divisisque, caule abbreviato. (J.) *v. v.*

11. X. *laxa*, foliis elongatis linearibus planis apice integris, paniculis masculis effusis: ramis verticillatis: racemis raris: pedicellis solitariis perianthio subgloboso brevioribus bracteolâ longioribus. (J.) *v. v.*

III. *Flores spicati v. paniculati, ramis glomerulisve oppositis, v. verticillatis. Perianthia mascula sessilia, bracteis imbricata. Capsula lævis. Folia apice denticulata.*

12. X. *rigida*, scapis spicisque abbreviatis, foliis distichis cartilagineis subtùs convexis: apice bidentato semi-truncato; marginibus lævibus; basibus dilatatis integris, caule brevissimo. (M.) *v. v.*

Lomandra rigida. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 93. *t.* 120.

13. X. *mon-*

13. X. *montana*, acaulis, foliis elongatis linearibus planis membranaceis margine lævibus: apicis acuti denticulis lateralibus brevissimis, spicâ femineâ indivisâ scapo aliquoties breviore. (J.) *v. v.*

14. X. *fluviatilis*, acaulis, foliis elongatis angusto-linearibus canaliculatis margine lævibus apice 2-3-dentatis sinu acuto, spicis femineis simplicibus v. divisis, bracteis rigidulis glomerulo duplò longioribus. (J.) *v. v.*

15. X. *longifolia*, acaulis, foliis elongatis linearibus coriaceis strictis apice eroso-dentatis: marginibus scabris, paniculis lanceolatis subcoarctatis: ramis oppositis, scapo planiusculo. (J. D.) *v. v.*
Lomandra longifolia. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 92. *t.* 119.

16. X. *Hystrix*, acaulis, foliis elongatis linearibus laxis: marginibus lævibus: apice subdentato, scapo utrinque convexiusculo, paniculis masculis supradecompositis: ramis verticillatis (4—8), bracteis foliaceis rigidis. (J.) *v. v.*

17. X. *arenaria*, acaulis, foliis elongatis linearibus margine lævibus apice eroso-dentatis, paniculâ masculâ simplici: ramis oppositis; glomerulis globosis, bracteis subulatis reflexis, floribus obtusis. (T.) *v. v.*

IV. *Panicula mascula verticillata, floribus pedicellatis glomeratis nutantibus; Capsula rugosa; Folia apice integra.*

18. X. *distans*, acaulis, foliis longissimis canaliculatis margine scaberrimis, paniculæ masculæ (pedalis) ramis indivisis glomerulisque distantibus: pedicellis perianthio (sesquilineari) brevioribus. (T.) *v. v.*

19. X. *media*, acaulis, foliis longissimis canaliculatis margine lævibus, paniculæ masculæ (semipedalis) ramis indivisis: glomerulis 5-6-floris; pedicellis perianthium (⅓ lin.) vix æquantibus, spicâ femineâ infrà divisâ: ramis monocephalis. (T.) *v. v.*

20. X. *decomposita*, acaulis, foliis longissimis canaliculatis margine lævibus, paniculæ masculæ (pedalis) decompositæ glomerulis paucifloris: pedicellis perianthia vix æquantibus. (T.) *v. v.*

21. X. *multiflora*, acaulis, foliis longissimis canaliculatis dorso marginibusque lævibus, paniculæ masculæ ramis indivisis 1-3-glomeratis: glomerulis multifloris; pedicellis perianthio longioribus. (T.) *v. v.*

22. X. *æmula*, acaulis, foliis longissimis canaliculatis strictis

dorso

dorso marginibusque scabris, paniculæ masculæ ramis indivisis 1-3-glomeratis: glomerulis multifloris; pedicellis perianthio longioribus. (J.) *v. v.*

23. X. *Banksii*, caulescens, foliis distichis planis margine scabris, thyrso femineo scapum ancipitem subæquante: ramis 4-gonis brevissimis. (T.) B. *v. s.*

V. *Flores utriusque sexûs in spicâ cylindraceâ amentiformi.*

24. X. *hastilis*, acaulis, spicâ longissimâ, scapo tereti, foliis elongatis. (M.) *v. v.*

DASYPOGON.

Perianthium duplex; *exterius* tubulosum, trifidum; *interius* triphyllum, foliolis semipetaloideis cochleariformibus. *Stamina* 6, imo perianthio inserta. *Filamenta* juxta apicem incrassata. *Antheræ* versatiles. *Ovarium* 1-loc. 3-spermum: ovulis erectis. *Stylus* subulatus. *Stigma* 1. *Utriculus* monospermus, tubo indurato perianthii exterioris inclusus.

Planta *suffruticosa, habitu peculiari, ad* Xerotem *aliquatenùs accedenti.* Caulis *simplicissimus, teres, foliatus, pilis strictis, denticulatis, reversis, tectus.* Folia *graminea; radicalia conferta, caulina sparsa, breviora, sessilia; omnia mucronata, glabra, marginibus denticulato-asperis.* Capitulum *terminale, solitarium, globosum, bracteis subulatis, patulis, involucratum.* Flores *sessiles, paleis lanceolatis distincti, aliisque angustioribus intermistis.*

Obs. Ad *Junceas* retuli ob analogiam quandam cum *Xerote.*

D. *bromeliifolius.* (M.) *v. v.*

CALECTASIA.

Perianthium inferum, tubulosum, hypocrateriforme, limbo petaloideo, sexpartito. *Stamina* 6, fauci inserta. *Antheræ* conniventes, lineares, basi insertæ. *Ovarium* 1-loc. 3-spermum: ovulis erectis. *Stylus* filiformis. *Stigma* simplex. *Utriculus* monospermus, tubo indurato perianthii inclusus.

Fruticulus *erectus, ramosissimus, foliis acerosis, basi vaginantibus, vestitus.* Flores *ramulos breves terminantes, solitarii.* Perianthii Tubus *foliorum vaginis inclusus.* Limbus *pulcherrimè stellatus,* (unde nomen,) *azurcus, æqualis, laciniis* 3 *exterioribus disco extùs pubescentibus.*

Obs.

Obs. Pulcherrimum genus, nulli cognito arctè affine, similitudinem quamdam cum *Aphyllanthi* habet, structura tamen diversissima et *Dasypogonis* aliquo modo accedens.

C. *cyanea*. (M.) *v. v.*

GENERA DUBIÆ AFFINITATIS.

FLAGELLARIA. *L.*

Perianthium inferum, sexpartitum, subæquale, coloratum, persistens. *Stamina* sex, hypogyna. *Ovarium* 3-loc. loculis 1-spermis. *Stigmata* 3, sessilia, filiformia, patula. *Drupa* pisiformis, monosperma. *Embryo* lenticularis, foveolâ baseos Albuminis farinacei semiimmersus.

Obs. *Planta dubiæ affinitatis, magis tamen* Junceis *quam* Asparagoideis *conveniens.*

F. *indica*. *L.* (T. J.) *v. v.*

PHILYDRUM. *Banks. Gært.*

Perianthium diphyllum, coloratum, marcescens. *Stamina.* *Filamenta* 3, infrà connata, basi folioli exterioris perianthii inserta, lateralia petaloidea sterilia. *Anthera* loculis distinctis. *Ovarium* liberum. *Stylus* simplex. *Stigma* capitatum. *Capsula* 3-loc. 3-valv. valvis medio septiferis. *Semina* numerosa, minuta.

Herbæ *in paludibus humidisve nascentes.* Radix *fasciculato-fibrosa.* Caules *erecti, simplices, foliati.* Folia *ensiformia, subcellulosa, basibus semivaginantibus, equitantibus, caulina minora.* Spicæ *terminales, simplices v. divisæ.* Flores *alterni, solitarii, sessiles, bracteâ spathaceâ persistenti subtensi, flavi, inodori.*

Obs. I. Filamenta lateralia quandoque distincta, rarissimè antherifera. In priori specie lobi antheræ spirales; placentæ angulis interioribus dissepimentorum adnatæ, bilobæ, lobis recurvis margine exteriore seminiferis; semina striis spiralibus insignita, apiceque pileolata. In alterâ lobi antheræ reniformes, stricti; placenta centralis, filiformis, demùm libera; semina lævia, apice simplici.

Obs. II. Ad calcem *Juncearum* non sine hesitatione posui genus structurâ floris ab omnibus distinctissimum, aliquam tamen analogiam cum Xyridi et fortè Burmanniâ habens. Singularis

Singularis est convenientia quædam in structurâ seminum et staminis cum Orchideis alioqui diversissimis.

1. P. *lanuginosum*, spicâ cum perianthiis capsulisque lanatis, antheræ lobis spiralibus. (J. T.) *v. v.*
Philydrum lanuginosum. *Banks in Gært. sem.* 1. *p.* 62.
Garciana cochinchinensis. *Lour.* (fide specim. ab auctore in Herb. Banks.)

2. P. *pygmæum*, spicâ cum perianthiis capsulisque glabris, antheræ lobis reniformibus. (M.) *v. v.*

BURMANNIA. *L.*

Perianthium superum, petaloideum, tubulosum. *Limbo* 6-fido, laciniis interioribus minoribus; *Tubo* ovarioque trialatis. *Stamina* 3, fauci inserta, laciniis interioribus opposita. *Filamenta* brevissima, medio affixa. *Antheræ* lateribus filamenti adnatæ, lobis discretis, transversim dehiscentibus. *Stylus* 1. *Stigmata* 3, dilatata, biloba. *Capsula* trialata, calyce coronata, 3-loc. *Semina* plurima, minutissima.

Herbæ *pulchellæ, in paludosis provenientes.* Radix *fasciculato-fibrosa.* Caulis *simplex, passim bifidus, foliatus.* Folia *radicalia ensiformia, caulina breviora basi semivaginanti.* Flores *cærulei, terminales, nunc bini nunc in spicâ duplice, bracteis oppositifloris, persistentibus.*

Obs. Genus flore, fructu et inflorescentiâ distinctissimum nec ulli cognito affine, at tamen Xyridi et Philydro propiùs accedens quàm Bromeliis v. Hypoxidi.

1. B. *distachya*, spicâ geminâ, bracteis oppositifloris, foliis radicalibus ensiformibus. (J.) *v. s.*
Burmannia disticha. *L.* (auctoritate specim. in Herb. Hermanni.)

2. B. *juncea*, floribus 2—3, alis semiovatis apice rotundatis. (T.) B. *v. s.*
Burmannia juncea. *Soland. inscr. nov. holl.*
Obs. B. *biflora* differt alis semicuneatis apice truncatis.

PALMÆ.

Flores hermaphroditi v. sæpè polygami.
Perianthium duplici serie 6-divisum persistens, laciniis 3 exterioribus sæpè minoribus; interioribus quandoque altiùs connatis.
Stamina imo perianthio inserta, sæpiùs definita, laciniis opposita et numero æqualia, rarò tria; nunc (in polygamis quibusdam) indefinita.
Ovarium 1, triloculare v. alte trilobum, lobis loculisve monospermis, ovulo erecto; rarò monospermum. Stylus 1. Stigmata 1—3.
Pericarpium baccatum v. fibroso-drupaceum.
Albumen cartilagineum, et vel ruminatum v. cavitate centrali rariùsve ventrali donatum.
Embryo in lectulo proprio albuminis inclusus, sæpiùs ab umbilico remotus, dorsalis et papillâ indicatus, teres v. trochlearis; plumula inclusa ægrè conspicua; extremitate cotyledonea germinatione aucta et cavitatem præexistentem vel liquefactione medii albuminis formatam, replente.
Caudex arboreus simplex, rarò fruticosus ramosus, basibus dilatatis semivaginantibus petiolorum earumve cicatricibus scaber. *Folia* terminalia, conferta, maxima, pinnata v. flabelliformia vernatione plicata. *Spadix* terminalis, sæpiùs ramosus, spathâ 1-multivalvi inclusus. *Flores* parvi, bracteolati. *Fructus* quandoque maximus.

Obs. I. Germinatio Palmarum ab eâ Liliacearum vix differt nisi majore quasi perfectione Cotyledonis subvegetatione plurimùm auctæ et vasculosæ, cujus progressus optimè illustratus ab Iconibus descriptioneque Illust. Malpighii (Opera posth. p. 72.) et paulo antea observatus fuit a Schelhammer. (Ephem. acad. nat. cur. dec. 2. an. 7. p. 91.) In Cocos similis

milis œconomia in Hort. Malab. v. 1. *t.* 4. exhibetur, quam et nuper observavimus in Arecâ catechu.

Obs. II. A Gramineis certè longè distant Palmæ, majoremque affinitatem cum Junceis, mediantibus Xerote et Flagellariâ, habere videntur.

Sect. I. Frondes pinnatæ.

SEAFORTHIA.

Flores polygami monoici. *Perianthium* duplex, utrumque tripartitum.

Herm. Mas. *Stamina* numerosa. *Ovarium* monospermum. *Stylus* 1. *Stigma* obtusum.

Fem. solitarii inter duos hermaphrodito masculos. *Stamina* nulla. *Ovarium* monospermum! *Stylus* nullus. *Stigmata* 3. obtusa. *Bacca* ovalis. *Semen* striatum. *Albumen* ruminatum. *Embryo* basilaris.

Frondes *magnæ, pinnis reduplicatis, apice erosis.*

Obs. Affinitate proxima *Caryotæ,* sed abundè differt structurâ ovarii situque embryonis

Dixi in honorem viri nobilis Francisci Domini de Seaforth, Botanices periti cultoris et fautoris.

S. *elegans.* (T.) *v. v.*

Sect. II. Frondes palmatæ.

CORYPHA. *L. Gært.*

Flores hermaphroditi. *Perianthium* duplex, utrumque tripartitum. *Stamina* sex, filamentis distinctis basi dilatatis. *Ovaria* tria, intùs cohærentia. *Styli* connati. *Stigma* indivisum. *Bacca* unica maturescens, globosa, monosperma. *Albumen* cavum. *Embryo* basilaris.

Obs. Character e Coryphâ australi in quâ cavitas albuminis ventralis substantiâ suberosâ semirepleta, ideoque forsan Livistonæ affinior quàm Coryphæ umbraculiferæ.

1. C. *australis,* frondibus flabellato-palmatis filis nullis interjectis, petiolis spinulosis, perianthio exteriore trifido acuto. (J.) *v. v.*

LIVISTONA.

Flores hermaphroditi. *Perianthium* duplex, utrumque tripar-

 titum.

titum. *Stamina* sex, filamentis distinctis infrà dilatatis. *Ovaria* 3, intùs cohærentia. *Styli* connati. *Stigma* indivisum. *Bacca* (unica maturescens) monosperma. *Albumen* cavitate ventrali. *Embryo* dorsalis.

Frondes *pinnato-palmatæ, laciniis apice bifidis.*

Obs. Genus inter Corypham et Chamærops locandum, ad quod Latania chinensis *Jacq. frag. p.* 16. *t.* 11. *f.* 1. pertinere videtur.

Dixi in memoriam viri nobilis Patricii Murray Baronis de Livistone : *Balfourii* amici ; qui Hortum Botanicum in Prædio suo suprà mille Plantis instruxerat, Edinensem tunc conditum ditavit : Galiam universam Botanices causa peragravit, ubi febre correptus succubuit. Plura de viro sui temporis meritissimo vide in Sibbaldi Memor. Balfour. p. 69, et seq.

1. L. *inermis*, frondis laciniis filis interjectis, stipitibus inermibus, caudice 14-30-pedali. (T.) *v. v.*

2. L. *humilis*, frondis laciniis filis interjectis, stipitibus spinosis, caudice 4-6-pedali. (T.) *v. v.*

COMMELINEÆ.

Ephemerarum major pars. *Batch. tab. affin.* 125.

Perianthium duplici serie 6-divisum ; *exterius* tripartitum, semicalycinum : *interius* petaloideum, petalorum unguibus nunc connatis.

Stamina 6 v. pauciora, hypogyna, aliqua sæpè castrata vel *Antheris* difformibus.

Ovarium 3-loc. loculis oligospermis. *Stylus* 1. *Stigma* 1.

Capsula 2-3-locularis, 2-3-valvis, valvis medio septiferis.

Semina sæpiùs bina, angulo interno loculi inserta.

Embryo

Embryo trochlearis, in cavitate albuminis densè carnosi umbilico oppositâ immersus.

Herbæ. Folia basi sæpissimè vaginantia.

Obs. Huc præter genera infrà descripta pertinet *Tradescantia*, a quâ segreganda *Callisia* ob stamina tria v. pauciora: nec non species unguibus petalorum connatis scilicet Trad. axillaris, cristata, aliæque ineditæ quæ insuper diversæ sunt seminum collateralium altero erecto, altero pendulo, umbilico basilari, embryone in extremitate oppositâ, ideoque distinctum genus efformantes.

A Junceis veris valdè diversæ sunt Commelineæ et habitu et structurâ; ad Restiaceas situ embryonis foliisque vaginantibus magis conveniunt, alioqui tamen distinctissimæ: cum Palmis vix ullam affinitatem nisi Embryone trochleari, ab umbilico remoto, papillâque pariter indicato, habent.

COMMELINA.

Commelinæ species. *L. Juss.*

Perianthium sexpartitum, inæquale; foliola 3 *exteriora* extùs calycina, persistentia: *interiora* petaloidea, unguiculata, decidua, tertio quandoque dissimili v. abortiente. *Stamina* sex (v. 5.) *Antherarum* 3, (nunc 2—4) dissimiles: vix polliniferæ. *Involucrum* monophyllum, conduplicatum v. cucullatum, persistens capsulas includens.

Herbæ *sæpè diffusæ*. Folia *vaginâ integrâ*. Pedunculus *apice fasciculatim multiflorus, floribus hermaphroditis: altero exteriore unifloro masculo sæpiùs stipatus.*

I. *Involucrum conduplicatum.*

1. C. *cyanea*, corollis subæqualibus, foliis lanceolatis subpetiolatis, vaginâ pilosiusculâ ciliatâ pedunculis breviore, caule decumbente geniculato, filamentis 5, antheris duabus dissimilibus. (J. T.) *v. v.*

2. C. *lanceolata*, corollis inæqualibus? involucris apice attenuatis, pedunculo vaginâ longiore, foliis lanceolato-linearibus elongatis suprà margineque scabriusculis. (T.) *v. v.*

II. *Involucrum cucullatum, baseos marginibus connatis.*

3. C. *ensifolia*, corollis inæqualibus, pedicello exteriore nullo, foliis lanceolato-linearibus elongatis utrinque lævibus, caule procumbente. (T.) *v. v.*

4. C. *un-*

4. C. *undulata*, corollis inæqualibus, pedicello exteriore nullo, foliis lanceolatis undulatis utrinque lævibus, antherarum fertilium tertiâ majore. (T.) *v. v.*

ANEILEMA.

Commelinæ sp. *L.*

Perianthium 6-partitum inæquale: foliola 3 *exteriora calycina*, persistentia: *interiora* petaloidea, decidua. *Stamina* 6. *Antheræ* 3 (v. 2—4) dissimiles, vix polliniferæ. *Involucrum* nullum.

Herbæ *diffusæ v. erectæ.* Foliorum *vaginæ integræ.* Inflorescentia *vaga, subpaniculata.*

I. *Filamenta imberbia.*

1. A. *biflora*, glabra, caule repente, foliis lanceolatis, pedunculis bifloris. (J.) *v. v.*

2. A. *siliculosa*, caule adscendente, foliis ensiformibus sessilibus suprà scabris: superioribus nanis distantibus, paniculæ ramis apice paucifloris: infrà bracteolis cucullatis sterilibus. (T.) *v. v.*

3. A. *acuminata*, caule adscendente, foliis lanceolatis breviter acuminatis subpetiolatis suprà lævibus margine scabris: superioribus similibus confertis, paniculæ ramis apice paucifloris infrà bracteolatis. (J.) *v. v.*

4. A. *laxa*, caule adscendente, foliis ellipticis acutis sub-acuminatisve petiolatis suprà scabris: summis minoribus distinctis, paniculæ ramis apice paucifloris: infrà bracteolatis. (T.) B. *v. s.*

5. A. *macrophylla*, glabra, caule erecto, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis lævibus petiolatis, vaginis distinctis collo simplici, racemo vix diviso: pedunculis paucifloris: bracteis superiorum coloratis. (T.) *v. v.*

6. A. *crispata*, glabra, caule erecto, foliis elongato-lanceolatis acuminatis subpetiolatis lævibus, vaginis superioribus imbricatis collo crispato, paniculâ racemosâ: ramis paucifloris, bracteis omnibus foliaceis. (J.) *v. v.*

II. *Filamenta aliqua v. omnia barbata.*

7. A. *graminea*, erecta pilosiuscula, caule semitereti glabro lævi, foliis gramineis subciliatis, filamentis omnibus barbatis: tribus fertilibus. (J.) *v. v.*

8. A. *af-*

8. A. *affinis*, erecta glabra, caule angulis scabris, foliis linearibus, paniculâ terminali, filamentis omnibus barbatis: tribus fertilibus. (J.) *v. v.*

9. A. *anthericoides*, erecta pubescens, caule teretiusculo, foliisque pubescentibus linearibus, paniculâ terminali, filamentis omnibus barbatis: tribus fertilibus. (T.) *v. v.*

10. A. *gigantea*, erecta glabra, foliis linearibus elongatis, paniculâ terminali e racemis 2—4: floribus secundis, staminibus tribus fertilibus: sterilibus imberbibus. (T.) *v. v.*
Commelina gigantea. *Vahl. enum.* 2. p. 177.
Obs. Hujus generis sunt Commelina vaginata, nudiflora spirata, medica, *Vahl. enum.* An huc etiam Pollia *Thunb*, quæ habitu et inflorescentiâ similis: sed ex Thunbergio stamina sex æqualia et fructus baccatus: in hujus specimine vetusto (in Coll Banks. viso) ab ipso Thunbergio misso: situm Embryonis haud determinare licuit.

CARTONEMA.

Perianthium 6-partitum, inæquale, persistens: foliola 3 *exteriora* calycina; *interiora* petaloidea, minora. *Stamina* 6, æqualia, persistentia. *Filamenta* imberbia (nunc scabriuscula). *Antheræ* basi insertæ, oblongæ. *Stylus* persistens. *Stigma* barbatum. *Capsula* perianthio brevior, 3-loc. 3-valv. valvis medio septiferis. *Semina* subbina. *Embryo* dorsalis.
Herba *perennis, pubescens pilis laxis, facie ferè* Philydri. Radix *infra fibras tuberosa.* Caulis *simplex, v. parùm ramosus, foliatus.* Folia *linearia, elongata, amplexicaulia.* Spica *multiflora, terminalis.* Flores *flavi, sessiles, bibracteati.* Bractea *altera subtendens, altera interior lateralis, minor: utraque foliacea, persistens.*

Obs. A Tradescantiâ notis supra datis et inflorescentiâ diversum an reverâ ulla affinitas cum Philydro? suadente facie et genitalium persistentiâ.

Cartonema *spicatum* (T.) *v. v.*

MELANTHACEÆ.

Melanthia. *Batch. tab. aff.* Colchicaceæ. *Decandolle.*
Juncorum gen. *Juss.*

Perianthium liberum, petaloideum, sexpartitum, ungui-
busve coalitis tubulosum, laciniis æstivatione sæpè
involutis.
Stamina sex. *Antheræ* sæpiùs posticæ.
Ovarium 3-loc. polyspermum. *Stylus* trifidus v. tripar-
titus, stigmata indivisa.
Capsula sæpiùs tripartibilis, nunc valvis medio septiferis.
Semina testâ membranaceâ (nec atrâ nec crustaceâ), Al-
bumen densè carnosum.

Inter Junceas et Asphodeleas locandus est ordo cujus diagnosin, fatendum est, nondum detegere licuit. Genera etiam complectitur primo aspectu valdè diversa. Æstivatio involuta Perianthii, Antheræque posticæ generum subsequentium aliorumque nonnullorum, optimæ sunt notæ, at in omnibus haud obtinentes. Anguillaria et Schelhammera, quamvis dehiscentiâ capsulæ a reliquis pluribus recedunt, minimè removendæ: nec ordini adjicienda est Blandfordia ob capsulam tripartibilem.

BURCHARDIA.

Perianthium 6-phyllum, petaloideum, stellato-patens, æquale: unguibus foveolâ nectariferâ: deciduum. *Stamina 6*, basi foliolorum inserta. *Antheræ* peltatæ, posticæ. *Ovarium* 3-gonum: loculis duplice serie polyspermis. *Stylus* 3-partitus. *Stigmata* acuta. *Capsula* tripartibilis, segmentis navicularibus, intùs dehiscentibus, polyspermis.

Herba *glabra*. Radix *e fibris crassis fasciculatis*. Caulis *simplex*. Folia *linearia, vaginâ integrâ, suprema semivaginantia*. Umbella *simplex, pedicellis inarticulatis, basi unibracteatis*. Flores *albi*. Antheræ *purpureæ*.

Dixi in memoriam Io. Henrici Burchard, M.D. auctoris

ris epistolæ celebris ad *Leibnitzium* de charactere naturali plantarum.

B. *umbellata*. (J.) *v. v.*

ANGUILLARIA.

Perianthium 6-phyllum, petaloideum, unguiculatum, stellato-patens, æquale, deciduum. *Stamina* 6, basi foliolorum inserta. *Antheræ* posticæ. *Ovarium* 3-loc. polyspermum. *Styli* 3. *Stigmata* acuta. *Capsula* nuda, 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* numerosa, subglobosa.

Herbæ, *facie penitùs* Melanthiorum capensium, Radicibus Foliisque *similibus*. Floribus *quandoque dioicis v. polygamis*. Perianthii *unguibus nunc glandulâ duplici insignitis*. Ang. indica *habitu, colore florum, perianthio penitùs deciduo et fortè Embryonis situ, a reliquis differt; an proprii generis?*

Genus Ornithoglosso *Salisb. parad.* proximum, in memoriam dixi Aloysii Anguillariæ Bot. Prof. Patav. botanici sui seculi eximii, de quo vide judicium Halleri in *Biblioth. bot.* 1. *p.* 329. Anguillaria *Gært.* idem genus ac Ardisia est.

1. A. *dioica*, floribus dioicis spicatis, perianthii unguibus apice subvittatis. (J. D.) *v. v.*

2. A. *biglandulosa*, floribus hermaphroditis, spicis paucifloris, perianthii unguibus apice biglandulosis. (J.) *v. v.*

3. A. *uniflora*, caule unifloro, vaginis cucullatis, foliis laxis. (D.) *v. s.*

4. A. *indica*, caule uni- v. paucifloro, pedunculis flore longioribus: lateralibus bracteâ collaterali foliaceâ, vaginis foliisque strictis. (T.) *v. v.*
Melanthium indicum. *L.*

SCHELHAMMERA.

Perianthium 6-phyllum, petaloideum, campanulatum, æquale, deciduum; foliola unguiculata, æstivatione involuta, stamina segregantia. *Stamina* 6, basi foliolorum inserta. *Antheræ* posticæ. *Ovarium* 3-loc., loculis polyspermis. *Stylus* 1. *Stigmata* 3, recurva. *Capsula* 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* nonnulla, ventricosa.

Herbæ *perennes*. Radix *fibrosa*. Caulis *basi suffruticosus simplex v. divisus, angulatus, foliatus*. Folia *latiuscula, nervosa, amplexicaulia v. subpetiolata*. Flores *terminales, solitarii*

solitarii v. aggregati, erecti, purpurei v. albi. Pedunculi *uniflori, ebracteati, cum flore inarticulati.* Antheræ *purpureæ.*

Obs. Genus proximum *Uvulariæ* cujus fructus examen ulterius requirit. Uvularia chinensis *Ker. in Bot. Mag. 916.* proprium genus constituere videtur, medium inter Uvulariam et Schelhammeram, ob perianthii foliola calcarato-saccata, stamina eorum basibus inserta simulque decidua, et ovarii loculos dispermos.

Dixi in memoriam Guntheri Christoph. Schelhammer, Prof. Jenens. auctoris dissertationum plurium botanici argumenti: qui primus in germinatione Phœnicis mutationem cotyledonis vidit ut jam diximus.

1. S. *undulata,* foliis amplexicaulibus ovatis undulatis, floribus subsolitariis, caule diviso, petalorum unguibus foveolatis. (J.) *v. v.*

2. S. *multiflora,* foliis brevissimè petiolatis aversis ellipticis acuminatis planis, pedunculis aggregatis: fructiferis recurvis, caule simplici flexuoso. (T.) B. *v. s.*

Obs. Species a præcedenti valdè diversa et forsan generis distincti.

ASPHODELEÆ,

Asphodeli et Asparagi plerique, *Juss. gen.*

Perianthium sexpartitum v. sexfidum, petaloideum, regulare.

Stamina sex, perianthio inserta v. hypogyna: tria foliolis exterioribus opposita quandoque dissimilia v. nulla.

Ovarium liberum, 3-loculare, loculis polyspermis, rarò dispermis.

trispermis. *Stylus* 1. *Stigma* indivisum v. breviter 3-lobum.

Pericarpium in plerisque *Capsula* 3-loc., 3-valv. valvis medio septiferis: nunc *Bacca* indivisa, rariùsve tripartita.

Semina testâ atrâ, crustaceâ, fragili: *Albumine* carnoso: *Embryone* incluso.

Obs. Diagnosin absolutam hujus ordinis, (si places sectionis Liliacearum,) verè naturalis, frustra quæsivi; nec ullam notam omnibus communem et a plerisque confinium secernentem hactenus invenire licuit, nisi *Testam* seminis atram crustaceam fragilem et a membranâ propriâ tenuissimâ facilè separandam: ideoque ad calcem familiæ adjeci *Hypoxidem* et *Curculiginem*, testâ simili præditas quamvis ovario infero donatas; et ob eandem causam amandavi *Blandfordiam* non solùm integumentis seminis, sed capsulæ dehiscentiâ, aliisque notis præterea diversam.

Genera baccata a capsularibus certè non removenda, nec omnia Liliacearum baccata ovario supero in unum ordinem coacervari debent.

Articulus medii apicisve pedunculi in hâc familiâ adeo frequens, in confinibus vix occurrit, nisi in quibusdam Aneilemis et in Sansivierâ.

ANTHERICUM. *Juss.*

Antherici species. *L.*

Perianthium sexpartitum, patens, æquale, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* (omnia v. interiora) barbata. *Antheræ* versatiles. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* subpapulosum. *Capsula* subglobosa, 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* pauca, angulata, umbilico nudo.

Herbæ *sæpè annuæ*. Radix *fasciculato-fibrosa, rariùsve tuberosa*. Folia *linearia, canaliculata, sæpè carnosa*. Racemi *simplices*. Pedunculi *solitarii, cum calyce articulati*. Flores *erecti, flavi*. Stamina *sæpè declinata*. Filamentorum *barba laxa*. Embryo *in quibusdam rectus*.

1. A. *bulbosum*, bulbo depresso, filamentis declinatis omnibus barbatis. (J.) *v. v.*

2. A. *semibarbatum*, radicibus fibrosis, filamentis declinatis: exterioribus imberbibus. (J. D. M.) *v. v.*

ARTHROPODIUM.

Perianthium sexpartitum, patens, laciniis interioribus margine undulatis v. fimbriatis: deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* barbata. *Antheræ* basi emarginatæ insertæ. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* hispidulum. *Capsula* subglobosa, 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* pauca, subangulata, umbilico nudo. *Embryo* curvatus.

Herbæ *glabræ*. Radix *fasciculata, e bulbis nunc pedicellatis fibrisve crassis*. Folia *linearia, flaccida*. Racemi *laxi*. Pedicelli *aggregati v. solitarii, medio articulati*. Flores *penduli, purpurascentes v. albi: perianthio post anthesin conniventi et longè ante fructûs maturitatem deciduo, basi cyathiformi émarcidâ remanente*. Antheræ *purpureæ v. albicantes*.

Obs. Antherico proximum genus.

1. A. *paniculatum*, racemo diviso: pedicellis aggregatis, perianthii foliolis interioribus crenulatis, capsulis pendulis, bulbis pedicellatis. (J.) *v. v.*
   Anthericum paniculatum. *And. repos.* 395.
   Anthericum milleflorum. *Red. lil.* 58.

2. A. *strictum*, racemo subsimplici multifloro: pedicellis solitariis, capsulis erectis. (D.) *v. v.* absque floribus.

3. A. *minus*, racemo simplici paucifloro: pedicellis solitariis, bulbis sessilibus. (J.) *v. v.*

4. A. *fimbriatum*, racemo simplici: pedicellis inferioribus geminis, filamentis infrà imberbibus: apice strumoso stuposo, antheris linearibus, foliolis perianthii interioribus fimbriatis. (J.) *v. v.*
   Obs. A reliquis structurâ staminum multò differt: an proprii generis?

CHLOROPHYTUM. *Ker in bot. mag.*

Perianthium 6-partitum, patens, æquale, persistens. *Stamina* 6. *Filamenta* filiformia, glabra. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* 1. *Capsula* altè triloba, lobis compressis, venosis, 3-locularis, 3-valvis. *Semina* pauca, compressa, umbilico nudo.

Herbæ *glabræ*. Radix *fasciculata, fibris nunc carnosis*. Folia *radicalia, nervosa, linearia, quandoque latiora*. Flores *racemosi, albi, pedicellis medio articulatis*.

Obs.

Obs. Proximum genus *Phalangio* Juss. diversum perianthio persistenti, capsulâ altè trilobâ, lobis compressis venosis. Huc Anthericum elatum *Hort. Kew.* et altera species capensis nondum descripta.

1. C. *laxum*, acaule, racemis raris elongatis indivisis bifidisve: pedicellis geminis solitariisque, foliis linearibus racemum subæquantibus. (P.) *v. v.*

CÆSIA.

Perianthium 6-partitum, patens, æquale, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* imberbia, utrinque angustata. *Antheræ* basi emarginatæ insertæ. *Ovarium* 3-loc. loculis dispermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* 1. *Capsula* vix valvata: apice toroso-lobata v. clavata. *Semina* ventricosa, umbilico strophiolato.

Herbæ *sæpiùs annuæ, glabræ.* Radix *fasciculata, e fibris crassiusculis tuberibusve oblongis.* Folia *graminea.* Racemi *divisi, v. simplices, pedicellis aggregatis solitariisve, cum perianthio articulatis.* Flores *albicantes v. cærulei, erecti, rarò nutantes.* Perianthium *defloratum spirale, mox totum deciduum.* Antheræ *flavæ.*

C. *lateriflora* a reliquis valde diversa habitu, inflorescentiâ, filamentis hispidulis, capsulâque clavatâ monospermâ.

Genus Phalangio *Juss.* proximum: ovarii seminumque structurâ abunde diversum.

Obs. Dixi in memoriam Friderici Cæsii ab anno 1603 Lynceorum institutoris; de cujus meritis conf. Hall bibl. bot. 1. p. 420.

1. C. *vittata*, floribus nutantibus, staminibus propendentibus: filamentis vittatis, racemis divisis simplicibusve, foliis planiusculis, bulbis fasciculatis. (J. D.) *v. v.*

2. C. *parviflora*, floribus erectis, filamentis concoloribus, racemis paniculatis, radicibus fibrosis. (J. D.) *v. v.*

3. C. *occidentalis*, floribus erectis, filamentis concoloribus, racemis parùm divisis, foliis filiformibus canaliculatis. (M.) *v. v.*

4. C. *corymbosa*, scapo simplici, corymbo paucifloro, foliis planiusculis. (M. D.) *v. s.*

5. C. *lateriflora*, caule ramosissimo stipulato, floribus lateralibus subsolitariis nutantibus: pericarpiis clavatis pendulis submonospermis. (T.) *v. v.*

TRICORYNE.

Perianthium 6-partitum, patens, æquale, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* penicillatim barbata. *Antheræ* basi emarginatæ insertæ. *Ovarium* tripartitum, lobis dispermis, basi stylo filiformi connexis. *Stigma* simplex. *Pericarpia* 3, clavata, evalvia, monosperma.

Herbæ. Radix *fibrosa, sæpiùs perennis.* Folia *graminea, angusta.* Rami, *dum adsint, basi stipulâ interiore instructi.* Flores *umbellati, erecti, flavi, pedicellis cum perianthio articulatis.* Perianthium *defloratum spirale, mox totum deciduum.* Pericarpia *nuces corticatas simulantia, abortione quandoque bina rariùsve solitaria.*

Obs. In serie naturali inter *Anthericum* et *Cæsiam* locanda.

1. T. *simplex*, caule integro, foliis planis margine scabriusculis, umbellâ solitariâ 10—16-florâ, pedicellis involucro triplò longioribus. (J.) *v. v.*

2. T. *elatior*, caule tereti folioso ramisque lævibus paniculatis angulato-striatis, foliis planis, umbellis 5—7-floris. (J.) *v. v.*

3. T. *scabra*, caule tereti hispido folioso, ramis paniculatis angulato-striatis scabris, foliis planis margine denticulatis, umbellis 5—7-floris. (T.) *v. v.*

4. T. *tenella*, caule filiformi tereti dichotomò lævi aphyllo stipulato, umbellis 2—3-floris. (M.) *v. v.*

5. T. *anceps*, caule ramosissimo aphyllo stipulato angulato lævi, ramis ancipitibus, umbellis paucifloris. (T.) B. *v. s.*

STYPANDRA.

Perianthium 6-partitum, æquale, patens, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* infrà attenuata, curvata, glabra, suprà stuposo-barbata. *Antheræ* basi emarginatæ insertæ. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* simplex. *Capsula* 3-loc. 3-valv. *Semina* pauca, ovalia, lævia umbilico nudo. *Embryo* rectus.

Plantæ *perennes.* Rhizoma *repens, fibris fasciculatis, filiformibus.* Folia *lineari-ensiformia, stricta; caulina nunc numerosa, disticha, vaginis integris strictis; nunc pauciora basi semivaginanti.* Flores *paniculato-corymbosi, pedicellis subumbellatis, cum perianthio articulatis, cærulei v. albicantes.* Antheræ *defloratæ revolutæ, filamentorumque barbæ flavæ.*

Obs.

Obs. Genus posthac forsàn dividendum, hinc Dianellæ inde Antherico affine, cui pertinere videntur Anthericum coarctatum et cæruleum *Flor. peruv. et chil.* 3. *p.* 67. *t.* 299.

I. Flores *nutantes, pedicellis ebracteatis*. Folia *caulina disticha, vaginis integris*. Semina *opaca*.

1. S. *glauca*, foliis omnibus distinctis aversis: baseos margine altero reflexo. (J.) *v. v.*

2. S. *imbricata*, foliis imbricatis: baseos marginibus simplicibus. (M.) *v. v.*

II. Flores *erecti, pedicellis basi bracteolatis*. Folia *caulina alterna, basi semivaginantia, radicalia disticha, basibus equitantibus*. Semina *splendentia*.

3. S. *cæspitosa*, foliis radicalibus (9-12-unc.) ensiformibus complicatis planisve margine scabris: caulinis abbreviatis lævibus infrà divisuram 1—2, corymbi ramis inæqualibus: pedicellis 3—5 umbellatis perianthiisque lævibus. (J.) *v. v.*

4. S. *umbellata*, foliis radicalibus (4-8-unc.) angusto-linearibus margine lævibus, corymbi ramis alternis: pedicellis 2—3 umbellatis perianthiisque glabris. (J.) *v. v.*

5. S. *scabra*, foliis radicalibus linearibus complicatis planisve: caulinis 3—5 subsimilibus, corymbi pedicellis alternis perianthiisque hispidulis. (M.) *v. v.*

DIANELLA. *Lamarck.*

Perianthium 6-partitum, æquale, patens, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* curvata, apice incrassata stuposa. *Antheræ* lineares, strictæ, basi insertæ. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* simplex. *Bacca* globosa, polysperma. *Semina* ovalia, umbilico nudo.

Herbæ *perennes*. Radix *fibrosa*. Folia *graminea, elongata basibus semivaginantibus*. Flores *paniculati*; Pedicellis *juxta apicem articulatis, basi bracteolâ unilaterali stipatis: nutantes, cærulei, antheris apicibusque stuposis filamentorum flavis*. Baccæ *cæruleæ*. Semina *splendentia*.

1. D. *cærulea*, foliis caulinis numerosis elongatis ensiformibus (semunciam latis): marginibus carinâque asperis, paniculæ ramis brevibus parùm divisis strictis, pedicellis confertis perianthio brevioribus. (J.) *v. v.*

Dianella cærulea. *Sims bot. mag.* 505. *Red. lil.* 79.

2. D. con-

2. D. *congesta*, foliis caulinis numerosis alternis ensiformibus (semunciam latis): marginibus lævibus: carinâ baseos complicatæ scabrâ, vaginâ alatâ subdecurrenti; floribus alternatim congestis. (T.) *v. v.*

3. D. *longifolia*, foliis radicalibus ensiformibus elongatis (semunciam latis) margine carinâque lævibus, paniculæ ramis strictis parùm divisis: pedicellis racemosis perianthio brevioribus bracteâ scariosâ duplò longioribus. (J.) *v. v.*

4. D. *lævis*, foliis radicalibus ensiformibus planis caule brevioribus: marginibus carinâque vix elevatâ lævibus: caulinis paucis distantibus, paniculâ subsimplici: pedicellis racemosis. (J.) *v. v.*

5. D. *revoluta*, foliis radicalibus linearibus strictis: marginibus revolutis carinâque lævibus; caulinis paucis articulo brevioribus, paniculæ ramis brevibus vix divisis paucifloris pedicellisque arcuatis. (J. T.) *v. v.*

6. D. *divaricata*, foliis radicalibus lineari-ensiformibus: carinâ marginibusque lævibus, paniculâ decompositâ ramis ramulisque divaricatis: ultimis flexuosis: pedicellis laxè racemosis perianthio longioribus, bracteis minutissimis. (M.) *v. v.*

7. D. *rara*, foliis radicalibus linearibus planis caule brevioribus: carinâ marginibusque lævibus, paniculâ erectâ effusâ: ramis simplicibus bifidisve patentibus strictiusculis; pedicellis laxè racemosis perianthio longioribus. (T.) *v. v.*

CORDYLINE. *Commers.*

Dracænæ species. *L.*

Perianthium campanulatum, 6-fidum, æquale, deciduum. *Stamina* 6, fauci inserta. *Filamenta* subulata, glabra. *Antheræ* versatiles, basi bifidæ. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* 1. *Stigma* parvum, 3-lobum. *Bacca* globosa, trilocularis. *Semina* plura, (v. abortione solitaria,) umbilico strophiolato. *Embryo* axilis, radiculâ centripetâ.

Caudex *fruticosus*. Folia *elongato-lanceolata, nervoso-striata*. Panicula *terminalis, e spicis alternis multifloris*. Flores *bibracteati, bracteâ alterâ interiore*. Pedicelli *dum adsint cum perianthio articulati.*

1. C. *Cannæfolia*, fruticosa, foliis lanceolatis petiolatis subacuminatis, racemis divisis, bracteis exterioribus acutis, interiore pedicellum vix æquante duplò majoribus. (T.) *v. v.*

ASPA-

ASPARAGUS. L.

Perianthium 6-partitum, patens, basi connivens, æquale, deciduum. *Stamina* 6, basi laciniarum inserta. *Filamenta* subulata, glabra. *Antheræ* peltatæ, erectæ. *Ovarium* loculis dispermis. *Stylus* brevis, 3-sulcus. *Stigma* 3-lobum. *Bacca* globosa, 1-3-locularis, oligosperma. *Semina* subglobosa. *Embryo* excentricus. *Radicula* vaga.

1. A. *fasciculatus*, aculeis solitariis divaricatis, foliis fasciculatis filiformibus, floribus racemosis, caule decumbente ramosissimo. (T.) *v. v.*

EUSTREPHUS.

Perianthium 6-partitum, patens, foliolis interioribus fimbriatis: deciduum. *Stamina* 6, hypogyna. *Filamenta* brevissima, plana, nunc coalita. *Antheræ* erectæ. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* filiformis *Stigma* trigonum. *Capsula* baccata, 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis: *Semina* plura, umbilico strophiolato. *Embryo* excentricus. *Radicula* centrifuga.

Suffrutices, *facie* Medeolæ asparagoidis, *volubiles.* Folia *nervosa.* Pedicelli *axillares et terminales, aggregati, medio articulati.* Flores *dilutè purpurascentes.* Capsula *subglobosa, flava.* Semina *majuscula, atra.*

Obs. Affinitate proximum genus Luzuriagæ *Flor. peruv.* 3. *p.* 68. *t* 298.

1. E. *latifolius,* foliis ovatis v. elliptico-lanceolatis, pedicellis aggregatis, filamentis basi connatis, antheris defloratis apice tortilibus. (J. T.) *v. v.*

2. E. *angustifolius,* foliis linearibus v. lineari-lanceolatis, pedicellis geminis solitariisve, filamentis distinctis, antheris defloratis apice strictis. (T.) *v. v.*

LUZURIAGA. *Ruiz. et Pavon. flor. peruv.*

Perianthium 6-partitum, patens, æquale, imberbe, deciduum. *Stamina* 6, basi laciniarum inserta. *Filamenta* filiformia, glabra, apice curvata. *Antheræ* conniventes, sagittatæ, filamentis longiores. *Ovarium* loculis oligospermis. *Stylus* filiformis, 3-sulcus. *Stigma* simplex. *Bacca* oligosperma. *Semina* subglobosa.

 Suffru-

Suffrutices, *habitu penitùs* Eustrephi, *cui affinitate proximi*. Flores *cymosi v. umbellati, terminales et axillares.* Pedicelli *cum perianthii basi subattenuatâ articulati.* Bacca *nigra, quandoque monosperma.*

Obs. Forsan a plantâ peruvianâ genere diversa?

1. L. *cymosa*, cymis terminalibus bipartitis, ramis teretibus, ramulis striatis lævibus. (J. T.) *v. v.*

2. L. *montana*, umbellis axillaribus pedunculatis, ramis striatis ramulisque scabris. (J.) *v. v.*

THYSANOTUS.

Chlamysporum. *Salisb. parad.* 103.

Perianthium 6-partitum, patens, persistens; foliolis *interioribus* latioribus, limbo utrinque colorato, marginibus *fimbriatis* ciliis articulatis. *Stamina* 6, (rarò 3,) imo perianthio inserta, v. hypogyna, declinata. *Filamenta* glabra, brevia. *Antheræ* lineares emarginaturæ baseos insertæ, 3 interiores sæpiùs elongatæ reclinatæ. *Ovarium* loculis dispermis. *Stylus* filiformis, declinatus. *Stigma* parvum. *Capsula* 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* bina, altero erecto, altero pendulo, strophiolata.

Herbæ *perennes.* Radix *fibrosa, v. e bulbis fasciculatis carnosis.* Folia *angustè linearia, sæpiùs canaliculata, quandoque filiformia, v. abbreviata.* Flores *terminales, umbellati, rarò sparsi, pedicellis medio articulatis.* Perianthii *foliola intùs cærulea, extùs calycina.* Antheræ *purpureæ, loculorum valvulâ exteriore productiore, exteriores quandoque albicantes, in triandris deficientes.* Capsula *perianthio emarcido tecta.* Semina *atra, margini interiori (sæpè in pedicelli speciem attenuatæ) strophiolæ albæ cyathiformis vasculosæ inserta.* Albumen *densè carnosum.* Embryo *excentricus?*

Obs. Affinitate propiùs Arthropodio, ideoque Antherico, quàm Asparagoideis.

Nomen meum, in Herbario Banksiano receptum et D. Salisburio benè cognitum cum Chlamysporum suum in publicâ luce emisit, retinui et eo magis quòd illius icon, quamvis in Paradiso Londinensi locum obtinuit, ad exsiccatum exemplar facta esse videtur; talis enim expansio floris vel antherarum situs minimè in hâc specie nec in ullâ generis observatur.

I. *Hexandri.*

1. T. *tuberosus*, bulbis fasciculatis pedicellatis, foliis radicalibus canaliculatis

canaliculatis laxis glabris caule tereti lævi suprà paniculato parùm brevioribus, umbellis 2-3-floris, antheris inæqualibus. (J.) *v. v.*

2. T. *Banksii,* bulbis fasciculatis, foliis radicalibus canaliculatis laxis glabris caulem teretem simplicem lævem æquantibus, umbellis alternis 5-8-floris, antheris inæqualibus. (T.) B. *v. s.*

α. Umbellæ sessiles.

β. ——— pedunculatæ: an distincta species?

3. T. *Baueri,* bulbis - - - ? foliis radicalibus caule tereti lævi indiviso multoties brevioribus laxis glabris, umbellis alternis sessilibus paucifloris, antheris inæqualibus. (M.) *v. s.*

4. T. *elatior,* bulbis - - - ? foliis radicalibus canaliculatis laxis glabris caule tereti lævi (pedali-sesquipedali) parùm brevioribus, ramis alternis subsimplicibus, umbellis 2-3-floris, pedicelli articulo inferiori involucris duplò longiore, antheris inæqualibus. (J.) *v. v.*

5. T. *paniculatus,* bulbis fasciculatis, foliis radicalibus canaliculatis laxis glabris caule tereti lævi infrà simplici suprà paniculato parùm brevioribus, pedicellis solitariis, antheris inæqualibus. (T.) *v. v.*

6. T. *isantherus,* bulbis fasciculatis, foliis radicalibus canaliculatis caulem teretem lævem subsimplicem ferè æquantibus, umbellis 4-5-floris, antheris æqualibus. (M.) D. Bauer. *v. s.*

7. T. *gracilis,* radicibus fibrosis: rhizomate incrassato, caulibus subramosis filiformibus lævibus, ramis suprà striato-angulatis, stipulis caulinis filiformibus, floribus solitariis geminisve, antheris æqualibus. (M.) *v. v.*

8. T. *elongatus,* caule ramosissimo lævi multistriato: ramulis tetragonis subunifloris, stipulis caulinis scariosis, pedicellis perianthio brevioribus. (M.) *v. v.*

9. T. *junceus,* radicibus fibrosis, caulibus ramosis diffusis teretibus striatis: ramulis subangulatis, foliis radicalibus abbreviatis caulinisque strictis patenti-erectis, umbellis paucifloris, antheris inæqualibus. (J.) *v. v.*
Chlamysporum juncifolium *Salisb. parad.* 103. benè si ex sicco, pessimè si ex recenti: fructus forsan T. *Banksii.*

10. T. *sparteus,* radicibus fibrosis: rhizomate perenni incras-

 sato,

sato, caule tereti subtilissimè striato stricto apice paniculato, stipulis adpressis scariosis distantibus, umbellis paucifloris, antheris inæqualibus. (M.) *v. v.*

11. T. *deformis*, radicibus - - - ? caule tereti striato lævi ramoso: ramis falcatis flexuosisve, umbellis 2-3-floris, antheris inæqualibus. (M.) *v. v.*

12. T. *volubilis*, radicibus - - - ? caule volubili sulcato: ramis simplicibus angulatis strictis, umbellis paucifloris, antheris inæqualibus. (M.) D. Bauer. *v. s.*

13. T. *divaricatus*, radicibus fibrosis, foliis radicalibus cauleque (vix semipedali) striato hispidulis, ramis dichotomis divaricatis striato-angulatis glabris, floribus subsolitariis. (M.) *v. v.*

Obs. An sequentis varietas?

14. T. *dichotomus*, radicibus fibrosis, foliis radicalibus hispidulis, caule (sesquipedali) suprà dichotomo tereti striato: ramulis modicè patentibus, floribus 1—3, antheris inæqualibus? (M.) † e desc. et ic. D. Labillar.

Ornithogalum dichotomum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 83. *t.* 109.

15. T. *flexuosus*, radicibus fibrosis, foliis radicalibus compresso-filiformibus hispidulis, caulibus a basi dichotomis ramosissimis divaricatis: ramis inferioribus striato-angulatis scabriusculis; mediis 4-gonis ultimisque lævibus ancipitibus, floribus solitariis, antheris inæqualibus. (M.) *v. v.*

16. T. *Menzeisii*, radicibus - - - ? caule infrà simplici striato basi attenuato lævi suprà paniculato volubili, ramis ramulisque tetragonis: ultimis brevissimis, floribus solitariis, bracteis pedicellum subæquantibus. (M.) D. Menzies. *v. s.*

17. T. *Patersoni*, bulbis fasciculatis sessilibus, caule infrà simplici rectiusculo striato basi attenuato lævi suprà volubili angulato dichotomo, floribus solitariis, pedicello bracteis obtusis duplò longiore. (D.) D. Paterson. *v. s.*

II. *Triandri.*

18. T. *triandrus*, radicibus fibrosis, foliis linearibus longitudinaliter ciliatis scapum lævem simplicissimum æquantibus, umbellâ multiflorâ, pedicellorum articulo inferiore bracteis aliquoties longiore. (M.) † e fig. et desc. D. Labill.

Ornithogalum triandrum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 84. *t.* 110.

19. T. *mul-*

19. T. *multiflorus*, radicibus fibrosis, foliis radicalibus linearibus planiusculis scapum simplicissimum teretem lævem subæquantibus: marginibus apice scabriusculis, umbellâ multiflorâ, pedicellorum articulo inferiore vix longitudine bractearum. (M.) *v. v.*

20. T. *pauciflorus*, radicibus fibrosis, foliis radicalibus compresso-filiformibus, scapum teretem simplicissimum subæquantibus: marginibus, longitudinaliter lævibus; involucro 1-4-floro. (M.) *v. v.*

21. T. *hispidulus*, radicibus fibrosis, foliis radicalibus compresso-filiformibus undique hispidulis scapo scabriusculo simplicissimo (unciali) longioribus, umbellâ pauciflorâ. (M.) *v. v.*

SOWERBÆA. *Smith, in linn. trans.* 4. *p.* 218.

Perianthium 6-partitum, æquale, patens, persistens. *Stamina* imo calyci inserta, tria foliolis interioribus opposita fertilia, *Antherarum* lobis distinctis: tria reliqua sterilia. *Ovarium* 3-locul. loculis dispermis. *Stylus* filiformis, persistens. *Stigma* simplex. *Capsula* perianthio persistenti inclusa, trilocularis, trivalvis, valvis medio septiferis. *Semina* subsolitaria, peltata.

Herba *perennis*. Radix *fasciculato-fibrosa*. Scapus *simplicissimus, nudus*. Folia *radicalia, filiformia, basibus dilatatis scariosis distichè equitantibus et suprà in stipulam intrafoliaceam, solutam, Graminearum instar, productis*. Umbella *congesta, capituliformis, bracteis membranaceis, exterioribus integris, subsericeis, interioribus lacero-multifidis, pedicellis sensim erumpentibus, apice cum* Perianthio *roseo glaberrimo articulatis*.

Obs. Affinitate haud longè ab Allio distat, non obstante articulatione apicis pedicelli, quæ Asphodeleis Asparagoideisque *Juss.* communis est.

S. *juncea*. (J.) *v. v.*

Sowerbea juncea. *Smith. in linn. trans.* 5. *p.* 159. *t.* 6. *And. repos.* 81. *Ker, in bot. mag.* 1104.

LAXMANNIA.

Perianthium 6-partitum, coloratum, basi connivens, persistens. *Stamina* 6. *Filamenta* subulata, glabra, laciniis inserta. *Antheræ* peltatæ, subrotundæ. *Ovarium* loculis oligospermis. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum. *Capsula* calyce persistenti inclusa, 3-locul., 3-valv., valvis medio septiferis.

Semina

Semina subbina, peltata, umbilico nudo. *Embryo* dorsalis, umbilico parallelus.

Herbæ *perennes*, (*facie* Polycarpææ!) Radix *fibrosa*, Caules *ramosi*, *filiformes*, *foliati*. Folia *aceroso-filiformia*, *radicalia conferta*; *caulina alterna*, *medio quasi vaginæ brevis scariosæ margine lanatæ apice fissæ inserta*, *minorum fasciculis axillaribus*. Capitulum *pedunculo scapiformi terminali insidens*, *parvum*. Flores *subsessiles*, *unibracteati*, *parvi*, *purpurascentes v. albi*, [illegible].

Obs. Affinis Sowerbeæ et Aphyllanthi, ab utrâque verò satis distincta. Laxmannia *Forst.* species Bidentis est.

1. L. *gracilis*, perianthii foliolis interioribus longioribus, bracteis margine lanatis, stipulis lanceolatis: apice semibifido. (J.) *v. v.*

2. L. *minor*, perianthii foliolis interioribus brevioribus; bracteis margine nudis, stipulis bipartitis: laciniis capillaribus. (M.) *v. v.*

BORYA. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 81. *t.* 107.

Perianthium tubulosum, infundibuliforme, limbo 6-partito æquali; marcescens, bibracteatum. *Stamina* 6, fauci coarctatæ inserta. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtusum. *Capsula* bracteis persistentibus inclusa, 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* (abortione) pauca.

Herbæ *perennes*, *aridæ*. Radices *fibrosæ*, *fibris longis tenacibus*, *subnitentibus*. Caules *simplices v. divisi et repentes*: *vestiti*. Folia *acerosa*, *confertissima*, *mucronata*, *basibus dilatatis*, *scariosis*, *semivaginantibus*. Scapus *terminalis*, *simplex*. Capitulum *subglobosum*, *bracteis nonnullis foliaceis brevibus involucratum*. Squamæ *florales scariosæ*, *glabræ*: *exteriore includente interiorem angustiorem perianthium amplexantem*.

Obs. Genus nulli cognito arctè affine nisi *Johnsoniæ* et forte *XanthorrhϾ*. Habitu quidem *Junceis* quibusdam accedit, sed ab iisdem differt testâ seminis crustaceâ nigrâ, et albumine carnoso molli suboleoso.

1. B. *nitida*, caule ramosissimo radicante: fibris simplicissimis nitidis, scapo ramis adscendentibus breviore, capitulo ovato. (M.) *v. v.*

2. B. *sphærocephala*, caulibus simplicibus erectiusculis scapo brevioribus, capitulo globoso. (M.) *v. v.*

JOHN-

JOHNSONIA.

Perianthium 6-partitum, æquale, petaloideum, marcescens, deciduum. *Stamina* 3. *Filamenta* basi laciniarum interiorum inserta, infrà dilatata connata. *Ovarium* loculis 2-spermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtusum. *Capsula* 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* bina, altero pendulo, apice columnæ centralis gracilis capsulâ brevioris, affixa: umbilico strophiolato.

Herba *perennis.* Radix *fibrosa.* Folia *disticha, aversa, linearia, basibus semivaginantibus, dilatatis.* Scapus *simplicissimus, juxta apicem monostachyus.* Spica (lupulina) *oblonga.* Bracteæ *undique imbricatæ, coloratæ, infimæ nanæ steriles, reliquæ uniflorœ, persistentes.* Flores *parvi, sessiles, bracteolâ interiore laterali stipati.*

Obs. Prope Boryam posui plantam, habitu, inflorescentiâ et floris structurâ peculiarem, sed notis haud paucis ad eandem accedentem.

Dixi in memoriam Thomæ Johnson, auctoris Mercurii Botanici aliorumque opusculorum Floram Angliæ illustrantium, necnon *Gerardi emaculati* editoris.

J. *lupulina.* (M.) *v. v.*

XANTHORRHŒA. *Smith. in linn. trans.* 4. *p.* 219.

Perianthium 6-partitum, subæquale, persistens: foliola interiora concava: basi conniventia. *Stamina* 6, imo calyci inserta. *Filamenta* linearia, glabra, exserta. *Antheræ* versatiles. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* cylindraceus, 3-sulcus. *Stigma* simplex. *Capsula* ovata, lignea, 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* 1—2, compressa, umbilico basilari nudo. *Embryo* transversus.

Plantæ *habitu proprio et ubi abundant characterem regioni peculiarem imponentes.* Caudex *sæpè resiniferus, nunc elevatus et sæpè divisus, crassus, nunc brevissimus v. subnullus.* Folia *longissima, angusta, graminea, linearia, subtriquetra v. ancipitia: confertissima, undique patula apicibusve recurvis; basibus dilatatis semivaginantibus.* Scapus *terminalis, simplicissimus, teres, sæpè longissimus.* Spica *terminalis, cylindraceus, amentiformis, scapum quandoque æquans.* Flores *sessiles, confertissimi, albi, parvi, multibracteati.* Bracteæ *numero indeterminatæ, imbricatæ, unguiculatæ, interiores sensim minores.* Capsulæ *exsertæ, obtusè triquetræ, nitidæ. cartilagineo-ligneæ.* Semina *atra, albumine carnoso, molli.*

Obs.

Obs. Structurâ seminum cum Boryâ convenit, nec genera valdè dissimilia foliatione et inflorescentiâ; utrumque ad calcem hujus ordinis posui propter albumen carnosum, et testam seminis atram crustaceam.

1. X. *arborea*, caudice arborescenti, foliis ancipitibus extra medium triquetris anticèque striatis, scapo amentum longissimum vix æquante, bracteis perianthiisque imberbibus. (J.) *v v.*

2. X. *australis*, caudice arborescenti, foliis longitudinaliter ancipitibus, scapis amento elongato brevioribus, bracteis fasciculos subtendentibus elongatis. (D.) *v. v.*

3. X. *hastile*, caudice brevissimo, foliis longitudinaliter ancipitibus scapo longissimo amentum (sesquipedalem) aliquoties superante, bracteis foliolisque exterioribus perianthii apice tomentosis. (J.) *v. v.*

4. X. *media*, caudice abbreviato, foliis (longitudinaliter ?) ancipitibus, scapo longissimo amentum (sesquipedalem) aliquoties superante, bracteis perianthiisque imberbibus. (J.) *v. v.*

Obs. Nimis forsan affinis X. *hastili.*

5. X. *minor*, acaulis, foliis triquetris anticè planis extra medium concaviusculis, scapo amentum (5—8 unciale) aliquoties superante, bracteis fasciculorum flore vix longioribus: omnibus perianthiisque imberbibus. (J.) *v. v.*

6. X. *bracteata*, acaulis, foliis triquetris infra medium anticè parùm elevatis supra medium concaviusculis, scapo amento (3—6 unciale) aliquoties longiore, bracteis fasciculos subtendentibus flore duplo-triplo longioribus lanceolatis divaricatis: omnibus perianthiisque imberbibus. (J.) *v. v.*

7. X. *pumilio*, acaulis, foliis infra medium planiusculis axi utrinque parùm elevatis extra medium triquetris canaliculatis, scapo (pedali) amentum subovatum multoties superante, bracteis subæqualibus perianthiisque imberbibus. (T.) *v. v.*

Genera inter Asphodeleas et Amaryllideas media.

HYPOXIS. *L.*

Perianthium superum, 6-partitum, patens, æquale, persistens. *Stamina* sex. *Ovarium* loculis polyspermis. *Stylus* 1. *Stigmata*

Stigmata 3, angulis styli adnata (v. distincta). *Capsula* 3-loc., evalvis, polysperma. *Semina* subglobosa, umbilico laterali rostelliformi.

Obs. Genus posthac fortè dividendum, fructu in omnibus probè examinato.

Umbilicus lateralis rostellatus, in speciebus 3 prioribus Novæ Hollandiæ et in nonnullis capensibus observatus, necnon Embryo axilis et seminis testa crustacea atra, summam affinitatem monstrant cum Curculigine: in utroque genere albumen carnosum, molle, cum testâ crustaceâ atrâ arctiorem nexum indicare videntur cum Asphodeleis, mediante Ornithogalo luteo *L.* (Gagea *Salisb.*), quam Amaryllideis.

1. H. *pratensis*, umbellis 2—4-floris, pedunculis subinæqualibus, foliis linearibus elongatis margine simplicibus cum scapo floribusque pilosis, capsulis globoso-turbinatis. (J.) *v. v.*

2. H. *hygrometrica*, scapo unifloro foliisque pilosis angusto-linearibus margine simplicibus, capsulis turbinatis basi attenuatis perianthiisque glabris. (J. D.) *v. v.*
Hypoxis hygrometrica. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 82. *t.* 108.

3. H. *marginata*, foliis linearibus longissimis margine cum costâ incrassatis scapoque unifloro bibracteolato pilosiusculis, capsulâ cylindraceâ basi attenuatâ perianthioque villoso. (T.) *v. v.*

4. H. *glabella*, glaberrima, foliis lineari-subulatis canaliculatis scapo unifloro medio bibracteolato longioribus, stylo brevissimo, stigmatibus distinctis. (M.) *v. v.*

CURCULIGO. *Gært.*

Perianthium superum; *Tubus* stylo accretus, persistens: *Limbus* 6-partitus, planus, deciduus. *Stamina* 6. *Ovarium* 3-loculare, loculis polyspermis. *Stylus* 1. *Stigmata* 3, angulis styli adnata. (v. rarò distincta.) *Bacca* oblonga, tubo perianthii coronata. *Semina* pulpâ carnosâ (strophiolis ?) distincta, umbilico laterali rostelliformi.

Obs. I. Hypoxidi, nec Gethyllidi, proximum genus. Processus lateralis *Gærtneri* est umbilicus verus; sinus inter quem et seminis extremitatem superiorem, ubi radicula papillâ indicata, existit, repletus est carne albo, ab axi pericarpii ortum ducente et pro strophiolâ umbilicali habendo. Hæc structura in Curculigine ensifolia *nob.* et brevifolia *Dryand. in Hort. Kew. ed.* ii. observata; reliquas species Indiæ orientalis

 nondum

nondum examini subjeci. In Curculigine plicatâ (*Hypoxis plicata Linn. Suppl.*) umbilicus quoque lateralis esse videtur: sed superiori extremitati magis approximatus, et adpressus sive rostrum efficiens.

OBS. II. In Gethyllidi, quæ ad sectionem secundam Amaryllidearum transferri debet, structura fructûs et seminum valdè diversa est: in G. *spirali* et *verticillatâ* observavi semina subglobosa, in pulpâ gelatinosâ nidulantia, et alterâ extremitate umbilico simplici donata; horum membrana duplex, exterior laxa, hyalina, facillimè separanda, interior arctè adhærens; Albumen semini conforme, carnosum, graveolens, includit Embryonem rectum, longitudinalem; quo dissecto apparet corpusculum interius, cylindraceum, ferè dimidio brevius et ad extremitatem umbilicum seminis spectantem ubi radicula, existit, cum pariete externo conferruminatum, cæterùm solutum et laminulè tectum, ideòque pro Plumulâ evolutâ habendum.

1. C. *ensifolia*, foliis lanceolato-ensiformibus pilosiusculis marginatis petiolatis, tubo hirsuto perianthii baccâ longiore. (T.) *v. v.*

CAMPYNEMA. *Labill.*

Perianthium superum, 6-partitum, persistens. *Stamina* filamentis recurvis. *Styli* 3, recurvi. *Capsula* 3-loc., tripartibilis. *Semina* numerosa, depressa, testâ spongiosâ.

Herba *glabra*. Radix *fasciculata*, *fusiformis*. Folia *graminea*, *caulina semiamplexicaulia*. Flores *terminales*, 1—4. Perianthii *foliola elliptico-lanceolata*. Antheræ *versatiles*, *basi semibifidæ*. Styli *subulati*. Stigmata *simplicia*. Capsulæ *segmenta intùs dehiscentia*. Semina *simplici serie suturæ affixa*.

OBS. Genus à D. Labillardiere omninò mutuatum, dubiæ affinitatis nobis esse videtur: ab Hypoxidi et Curculigine longè recedit, et Amaryllideis vix associari possit; forsan Melanthaceis, ovarium quamvis inferum, propiùs accedit, non solùm propter habitum haud dissimilem, stylum partitum, et capsulam tripartibilem; sed, quantum ex icone Labillardieri judicari liceat, perianthii æstivationem.

C. *linearis*. (D.) †
Campynema linearis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 93. *t.* 121.

GENUS

GENUS INTER ASPHODELEAS ET JUNCEAS.

ASTELIA. *Banks. et Soland.*

Flores polygami-dioici.

Herm.—Masc. *Perianthium* sexpartitum, semiglumaceum. *Stamina* 6, imo perianthio inserta. *Pistillum* imperfectum.

Herm.—Fem. *Perianthium* ut in masculo, persistens. *Stamina* imperfecta. *Ovarium* triloculare; v. uniloculare placentis tribus parietalibus; polyspermum. *Stylus* 0. *Stigmata* 3, obtusa. *Bacca* 1—3-loc., polysperma.

Herbæ *habitu ferè* Tillandsiæ, *et pariter suprà arborum truncos vivos v. emortuos quandoque parasiticæ.* Radix *fibrosa.* Folia *radicalia trifariam imbricata, lanceolato-linearia v. ensiformia, carinata, villis adpressis, compressis, utrinque subtùsve instructa, basibus sericeo-lanatis.* Caulis *nullus v. brevis, paucifolius.* Flores *racemosi v. paniculati, rarò subsolitarii, pedicellis inarticulatis, basi unibracteatis; parvi, extùs sericei.*

OBS. Genus nulli arctè affine, Tillandsiæ quodammodo accedit. *Asteliæ* Banksii et Solandri ab Illustr. viris in Novâ Zelandiâ detectæ et descriptæ discrepant a plantâ insulæ Diemen baccâ triloculari: duæ species insuper habent perianthium urceolatum 6-fidum quod in alterâ baccatum; an itaque genus dividendum? Melanthium pumilum *Forst. goett.* 9. *p.* 30. *t.* 6. Asteliæ species esse videtur.

1. A. *alpina,* foliis strictis utrinque sericeis, racemo infrà diviso: racemulis paucifloris, baccis ovalibus unilocularibus, perianthiis sexpartitis. (D.) *v. v.*

SMILACEÆ.

Asparagorum gen. *Juss.*

Flores hermaphroditi v. dioici.
Perianthium liberum, petaloideum, sexpartitum.
Stamina 6, laciniis juxta basin inserta, rarò hypogyna.
Ovarium 3-loc., loculis 1-polyspermis. *Stylus* sæpiùs 3-fidus. *Stigmata* totidem.
Bacca globosa.
Semina testâ membranaceâ (nec atrâ nec crustaceâ). *Albumen* carnoso-cartilagineum. *Embryo* sæpè ab umbilico remotus.

Obs. I. Huc pertinent Trillium, Paris, Medeola (exclusis speciebus capensibus), Convallaria et Streptopus.
Obs. II. Ordo prope Asphodeleas locandus, a cujus generibus baccatis charactere haud multùm differt, nisi stylo sæpiùs diviso et seminum integumentis: habitu magis recedit.

DRYMOPHILA.

Perianthium 6-phyllum, petaloideum, patens, æquale, deciduum. *Stamina* 6, hypogyna. *Ovarium* 3-loc. loculis polyspermis. *Stylus* tripartitus. *Stigmata* revoluta. *Bacca* subglobosa, 3-loc., polysperma.

Herba *perennis*. Radix *repens, nodulosa*. Caulis *infrà simplex, erectus, aphyllus, stipulis semivaginantibus distantibus; suprà foliatus, porrectus, nunc divisus*. Folia *disticha, sessilia, e torsione baseos coarctatæ resupinata*. Pedunculi *axillares v. terminales, solitarii, uniflori, ebracteati, inarticulati*. Flores *albi*. Baccæ *pendulæ, cæruleæ*. Seminum *testa membranacea*. Albumen *densè carnosum*. Embryo *longitudinalis*. Radicula *centripeta*.

Obs. Affinitate prope Convallariam et Streptopum.

D. *cyanocarpa*. (D.) *v. v.*

RIPOGO-

RIPOGONUM. *Forst. gen.*

Perianthium sexpartitum, æquale, patens, bibracteatum, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* subulata, glabra. *Antheræ* longiores, emarginaturæ baseos insertæ. *Ovarium* 3-loc. loculis monospermis. *Stylus* brevissimus. *Stigma* 3-lobum, obtusum. *Bacca* 1-2-sperma. *Semen* subglobosum. *Albumen* cartilagineum. *Embryo* excentricus. *Radicula* vaga.

Frutices *volubiles, caule quandoque aculeato, ramulis inermibus.* Folia *opposita v. subopposita, quandoque verticillata vel alterna, triplinervia, reticulato-venosa, petiolis tortis non cirrhiferis.* Racemi *axillares et terminales, simplices et divisi, pedicellis basi ebracteatis.*

Obs. A Smilaci, cui proximum, abundè differt, floribus hermaphroditis bibracteatis et inflorescentiâ racemosâ.

1. R. *album,* caule aculeato, ramulis inermibus, foliis alternis v. oppositis ternisve, racemis indivisis, perianthio antheris parùm longiore. (J.) *v. v.*

Obs. Planta Forsteri (Ripogonum parviflorum *Nob.*) distincta, caule inermi, foliis oppositis, racemis divisis, perianthio antheris 5—6-ies breviore.

SMILAX. *L.*

Dioica. *Perianthium* 6-partitum, subæquale, patens.

Masc. *Stamina* 6. *Antheræ* erectæ.

Fem. *Perianthium* persistens. *Ovarium* 3-locul.; loculis monospermis. *Stylus* brevissimus. *Stigmata* 3. *Bacca* 1—3-sperma. *Semina* subglobosa. *Albumen* cartilagineum. *Embryo* ab umbilico remotus.

1. S. *australis,* caulibus aculeatis teretibus, foliis oblongis acutis inermibus 5-nervibus glabris, petiolis cirrhiferis. (J.) *v. v.*

2. S. *glyciphylla,* caulibus inermibus teretibus, foliis oblongo-lanceolatis acutis trinervibus glabris margine subrecurvis subtùs glaucis, petiolis cirrhiferis. (J.) *v. v.*
Smilax? glyciphylla. *Smith in White's voy.* 230.

3. S. *elliptica,* caulibus inermibus, ramulis tereti-striatis, foliis elliptico-ovatis subacuminatis 5-nervibus glabris: basi acutiusculâ, petiolis cirrhiferis. (T.) *v. v.*

4. S. *latifolia,* caulibus inermibus angulatis, foliis ovatis 5-nervibus glabris basi subcordatis obtusisve, petiolis cirrhiferis. (T.) *v. v.*

DIOSCOREÆ.

Flores dioici.
Perianthium superum, 6-partitum.
Masc. *Stamina* 6, basi laciniarum perianthii inserta.
Fem. *Ovarium* 3-loculare, loculis 1—2-spermis. *Stylus* profundè trifidus. *Stigmata* indivisa.
Capsula foliaceo-compressa, loculis 2 quandoque abortientibus. *Semina* plano-compressa. *Embryo* parvus, in regione umbilici, cavitate majore *albuminis* cartilaginei inclusus.
Frutices volubiles. *Folia* alterna, in quibusdam opposita, ut plurimùm reticulato-venosa. *Flores* spicati, parvi, 1—3-bracteati.

Obs. Dioscorea et Rajania, genera invicem arctè affinia, parvam constituunt familiam Smilaceis structurâ et habitu proximam, at cum iis vix conjungendam, ob triplicem characterem, nempe, perianthium adhærens, fructum capsularem, et albumen amplâ cavitate exsculptum. Inter has tamen ambigit *Tamus*, fructu baccato Smilaceis, infero Dioscoreis conveniens.

DIOSCOREA. *L.*

Capsula 3-locularis, 3-latera, valvulis angulo saliente dehiscentibus. *Semina* bina, margine membranaceo cincta.

1. D. *punctata*, glaberrima, foliis oppositis alternisque cordatis acuminatis puncticulatis 5-nervibus: nervis extimis bipartitis: venulis reticulatis, spicis masculis fasciculatis raris: femineis subsolitariis. (T.) *v. v.*

2. D. *bulbifera*, glaberrima, foliis alternis profundè cordatis acuminatis 7-nervibus: nervis extimis bifidis: venis subtransversis venulis reticulatis, axillis passim bulbiferis, spicis masculis fasciculatis raris. (T.) *v. v.*

Dioscorea bulbifera. *L.*

D. tamnifolia. *Salisb. parad.* 17.

3. D. *transversa*, glaberrima, foliis alternis truncato-cordatis nitidis puncticulatis acuminatis 5-nervibus; nervis extimis bifidis; venulis undique anastomozantibus. (J.) *v. v.*

4. D. *lucida*, glaberrima, foliis alternis cordatis nitidis acuminatis 9-nervibus; venulis parallelis subsimplicibus, ramulis angulato-striatis. (T.) R. *v. c.* absque fructific.

HEMEROCALLIDEÆ.

Narcissorum sectio I. *Juss.* exclusâ Gethyllide.

Perianthium tubulosum, coloratum, limbo 6-diviso.
Stamina 6, tubo basibusve laciniarum inserta.
Ovarium liberum, 3-loculare, loculis polyspermis.
Stylus 1. *Stigma* 3-lobum, v. simplex.
Capsula (rarò Bacca) 3-loc., 3-valvis.
Semina testâ nec atrâ nec crustaceâ sæpè spongiosâ et dilatatâ v. alatâ. *Albumen* carnosum.

Obs. Sectio forsan potiùs quàm ordo Liliacearum et iisdem strictè sic dictis (Liliis *Juss.*) vix diversa nisi perianthio tubuloso.

Huc referenda nonnulla (nec omnia) genera Asphodelorum *Juss.* perianthio tubuloso.

BLANDFORDIA. *Smith.*

Perianthium tubulosum, ore 6-lobo, marcescens. *Stamina* tubo imposita. *Antheræ* basi extinctoriiformi affixæ. *Ovarium* pedicellatum. *Stylus* subulatus. *Stigma* simplex. *Capsula* prismatica, tripartibilis, partialibus angulo interno dehis-

dehiscentibus. *Semina* biseriata, marginibus suturæ inserta, testâ laxâ pubescenti.

Herbæ *perennes*. Radix *fibrosa*. Folia *radicalia linearia elongata, basibus dilatatis semivaginantibus; caulina distantia, abbreviata*. Caulis *teres, simplex*. Racemus *terminalis, indivisus*. Pedicelli *floriferi recurvi, fructiferi erecti; basi bibracteati, bracteâ alterâ interiore laterali minore*.

Obs. Affinitate proximè accedit Hemerocallidi cæruleæ in cujus seminibus *semper* observavimus Embryones 6—10! teretes, breves, inæquales, (unico forsan adolescenti,) ad umbilicum sitos, albuminis unicâ cavitate inclusos et à basi communi oriundos.

1. B. *nobilis*, bracteis pedunculo florifero duplò brevioribus, foliis angusto-linearibus. (J.) *v. v.*
Blandfordia nobilis. *Smith exot. bot.* 1. *p.* 5. *t.* 4.

2. B. *grandiflora*, bracteis pedunculum floriferum subæquantibus: interiore triplò minore. (J.) *v. v.*
Aletris punicea. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 85. *t.* 111?

AMARYLLIDEÆ.

Narcissorum sectio II. *Juss.*

Perianthium superum, sexdivisum, regulare, æstivatione imbricatâ, laciniis 3 exterioribus interiores equitantibus.

Stamina 6, imis laciniis inserta: *filamenta* nunc basi connata: *antheræ* anticæ.

Ovarium 3-loculare, loculis polyspermis, nunc (in baccatis) 1—2-spermis. *Stylus* 1. *Stigma* 3-lobum.

Pericarpium vel *Capsula* 3-loc. 3-valv., polysperma, valvis medio septiferis; nunc *Bacca* 1—3-sperma.

Semina

Semina testâ nec atrâ nec crustaceâ. *Albumen* carnosum. *Embryo* rectiusculus; *Radiculâ* umbilicum spectante.

Sect. I. *Radix* bulbosa. *Flores* spathacei, umbellati, rarò solitarii.

CRINUM. *L.*

Perianthium superum, tubulosum, limbo sexpartito, regulari, patulo v. reflexo. *Stamina* sex, fauci inserta, distincta, patentia. *Antheræ* versatiles. *Ovarium* 3-loc., loculis polyspermis. *Stylus* 1. *Stigma* obtusum. *Capsula* oligosperma, v. monosperma. *Semina* magna, bulbiformia.

Obs. Semina bulbiformia Crini, Amaryllidis, Calostemmatis, constant substantiâ carnosâ, organicâ, ad ambitum sæpè virescente, e texturâ cellulosâ absque vasis spiralibus conflatâ, et utpote organicâ atque intussusceptione crescenti albumen vix denominandâ, in hâc Embryo monocotyledoneus, teres, albus, vasis spiralibus instructus, quæ in Cotyledone et Radiculâ pauciora in Plumulâ (quæ ante radiculæ protrusionem conspicua) ut in aliis obtinet magis copiosa.

1. C. *pedunculatum*, foliis margine lævibus, pedicellis ovario parùm longioribus, staminibus lacinias lineari-lanceolatas subæquantibus stylo longioribus, antheris dimidium filamenti superantibus. (J.) *v. v.*

2. C. *angustifolium*, foliis margine scabris, ovariis subsessilibus, staminibus laciniis lanceolatis stylove ½ brevioribus, filamentis antherâ 5—6-ies longioribus. (T.) *v. v.*

3. C. *venosum*, foliis - - - ? ovariis subsessilibus, tubo laciniis elliptico-lanceolatis venosis duplò longiore, staminibus limbi dimidio brevioribus, antheris filamenta æquantibus, stylo incluso. (T.) *v. v.*

CALOSTEMMA.

Perianthium superum, petaloideum, infundibuliforme, limbo sexpartito. *Corona* faucis tubulosa, ore 12-dentato, dentibus alternis subulatis, antheriferis. *Antheræ* versatiles. *Ovarium* uniloculare, 2—3-spermum. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtusum. *Bacca* sphærica, 1—2-sperma.

OBS. Pancratio *quam maximè affine, diversum, præcipuè structurâ ovarii et pericarpii.* Flores *parvi (unciâ breviores), albi v. purpurei.* Semina *in baccis germinantia.* Pancratium amboinense *quod habitu* Calostemmati *accedit, a congeneribus differt loculis ovarii dispermis, et coronæ structurâ cujus laciniæ intùs ad basin usque distinctæ, apice 3-dentatæ dente medio elongato antherifero.*

1. C. *album,* foliis oblongo-ellipticis subsolitariis, coronæ dentibus sterilibus linearibus emarginatis. (T.) *v. v.*

2. C. *purpureum,* scapo florido foliis - - - præcociore, coronæ dentibus sterilibus triangularibus. (M.) *v. v.*

Sect. II. *Radix* fibrosa. *Flores* subspicati v. corymbosi.

DORYANTHES. *Correa.*

Perianthium superum, coloratum, sexpartitum, infundibuliforme, deciduum. *Stamina* 6. *Filamenta* subulata, basi laciniis adnata. *Antheræ* basi cavæ extinctoriiformi affixæ, erectæ, 4-gonæ. *Stylus* 3-sulcus. *Stigma* trigonum. *Capsula* 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis. *Semina* biseriata, depressa, nucleo unilaterali.

Radix *fasciculata.* Caulis *excelsus (12—18 pedalis), teres foliosus.* Folia *radicalia latè ensiformia, caulina multoties minora.* Capitulum *compositum spicis subappositis, confertis, paucifloris.* Flores *alterni, punicei, breviter pedunculati, bracteis semivaginantibus pedunculisque coloratis.*

D. *excelsa. Correa in Linn. trans. 6. p. 213. t. 23 et 24.* (J.) *v. v.*

HÆMO-

HÆMODORACEÆ.

Perianthium superum (rarò inferum) sexpartitum.
Stamina perianthio inserta, sex, vel tria et laciniis interioribus opposita. *Antheræ* anticæ.
Ovarium loculis 1-2- v. polyspermis. *Stylus* simplex. *Stigma* indivisum.
Pericarpium capsulare, valvata, rarò evalve, subnucamentaceum.
Semina definita et peltata, v. indefinita.
Folia equitantia.

Obs. Ab Irideis (Ensatis *L.*) abundè diversæ, præsertim staminibus sex v. dum tribus laciniis interioribus perianthii oppositis, antherisque anticis: neque habitu similes.

Huc pertinent Dilatris, Lanaria, Heritiera *Mich.* nec excludenda sit Wachendorfia ob ovarium liberum; de Xiphidio autem cujus fructus nunquam videre contigit dubius hæreo.

Philydrum quod Cel. Salisburius huc retulit, longo certè intervallo distat.

Conostylis et Anigozanthos a reliquis diversæ sunt seminibus numero indefinitis. Phlebocarya ovario uniloculari, et pericarpio nucamentaceo singularis.

Sect. I. *Semina* definita, peltata. *Stamina* 3.

HÆMODORUM. *Smith. in Linn. trans.* 4. *p.* 213.

Perianthium superum, 6-partitum, persistens, glabrum. *Stamina* 3, basi foliolorum interiorum perianthii imposita. *Ovarium* 3-loc. loculis dispermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* 1. *Capsula* semisupera, triloba, 3-loc., loculis dispermis. *Semina* peltata, compressa, marginata.

Herbæ *glabræ*. Radix *e tuberibus fasciculatis, fusiformibus, coccineis*. Caules *simplices, foliati*. Folia *aversa, plana,* v. *tere-*

nondum examini subjeci. In Curculigine plicatâ (*Hypoxis plicata* *Linn. Suppl.*) umbilicus quoque lateralis esse videtur: sed superiori extremitati magis approximatus, et adpressus nec rostrum efficiens.

Obs. II. In Gethyllidi, quæ ad sectionem secundam Amaryllidearum transferri debet, structura fructûs et seminum valdè diversa est: in G. *spirali* et *verticillatâ* observavi semina subglobosa, in pulpâ gelatinosâ nidulantia, et alterâ extremitate umbilico simplici donata; horum membrana duplex, exterior laxa, hyalina, facillimè separanda, interior arctè adhærens; Albumen semini conforme, carnosum, graveolens, includit Embryonem rectum, longitudinalem; quo dissecto apparet corpusculum interius, cylindraceum, ferè dimidio brevius et ad extremitatem umbilicum seminis spectantem ubi radicula, existit, cum pariete externo conferruminatum, cæterùm solutum et laxiusculè tectum, ideoque pro Plumulâ evolutâ habendum.

1. C. *ensifolia*, foliis lanceolato-ensiformibus pilosiusculis marginatis petiolatis, tubo hirsuto perianthii baccâ longiore. (T.) *v. v.*

CAMPYNEMA. *Labill.*

Perianthium superum, 6-partitum, persistens. *Stamina* filamentis recurvis. *Styli* 3, recurvi. *Capsula* 3-loc., tripartibilis. *Semina* numerosa, depressa, testâ spongiosâ.

Herba *glabra*. Radix *fasciculata, fusiformis*. Folia *graminea, caulina semiamplexicaulia*. Flores *terminales*, 1—4. Perianthii *foliola elliptico-lanceolata*. Antheræ *versatiles, basi semibifidæ*. Styli *subulati*. Stigmata *simplicia*. Capsulæ *segmenta intùs dehiscentia*. Semina *simplici serie suturæ affixa*.

Obs. Genus à D. Labillardiere omninò mutuatum, dubiæ affinitatis nobis esse videtur: ab Hypoxidi et Curculigine longè recedit, et Amaryllideis vix associari possit; forsan Melanthaceis, ovarium quamvis inferum, propiùs accedit, non solùm propter habitum haud dissimilem, stylum partitum, et capsulam tripartibilem; sed, quantum ex icone Labillardieri judicari liceat, perianthii æstivationem.

C. *linearis*. (D.) †
Campynema linearis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 93. *t.* 121.

Genus

GENUS INTER ASPHODELEAS ET JUNCEAS.

ASTELIA. *Banks. et Soland.*

Flores polygami-dioici.

Herm.—Masc. *Perianthium* sexpartitum, semiglumaceum. *Stamina* 6, imo perianthio inserta. *Pistillum* imperfectum.

Herm.—Fem. *Perianthium* ut in masculo, persistens. *Stamina* imperfecta. *Ovarium* triloculare; v. uniloculare, placentis tribus parietalibus; polyspermum. *Stylus* 0. *Stigmata* 3, obtusa. *Bacca* 1—3-loc., polysperma.

Herbæ *habitu ferè* Tillandsiæ, *et pariter suprà arborum truncos vivos v. emortuos quandoque parasiticæ.* Radix *fibrosa.* Folia *radicalia trifariam imbricata, lanceolato-linearia v. ensiformia, carinata, villis adpressis, compressis, utrinque subtusve instructa, basibus sericeo-lanatis.* Caulis *nullus v. brevis, paucifolius.* Flores *racemosi v. paniculati, rarò subsolitarii, pedicellis inarticulatis, basi unibracteatis; parvi, extùs sericei.*

OBS. Genus nulli arctè affine, Tillandsiæ quodammodo accedit. *Asteliæ* Banksii et Solandri ab Illustr. viris in Novâ Zelandiâ detectæ et descriptæ discrepant a plantâ Insulæ Diemen baccâ triloculari: duæ species insuper habent perianthium urceolatum 6-fidum quod in alterâ baccatum; an itaque genus dividendum? Melanthium pumilum *Forst. goett.* 9. *p.* 30. *t.* 6. Asteliæ species esse videtur.

1. A. *alpina*, foliis strictis utrinque sericeis, racemo infrà diviso: racemulis paucifloris, baccis ovalibus unilocularibus, perianthiis sexpartitis. (D.) *v. v.*

IRIDEÆ. *Juss.*

Ensatæ *L.* Gawler (nunc Ker) in Ann. of bot. 1. p. 219.

Perianthium superum, petaloideum, 6-divisum, (partitum v. tubulosum,) nunc irregulare, laciniis 3 interioribus quandoque nanis, deciduum.

Stamina 3, basi laciniarum exteriorum imposita. *Filamenta* distincta v. connata. *Antheræ* posticæ, basi affixæ, biloculares, longitudinaliter dehiscentes.

Ovarium 3-loculare, loculis polyspermis. *Stylus* 1. *Stigmata* 3, sæpè lamellato- v. petaloideo-dilatata, rarò bilabiata, nunc obsoletè 3-lobum.

Capsula 3-loc., 3-valv., valvis medio septiferis.

Semina angulo interno loculi, nunc columnulæ centrali demum liberæ, affixa. *Albumen* corneum v. densè carnosum. *Embryo* inclusus.

Herbæ (rarò Suffrutices) sæpiùs glabræ, pube dum adsit simplici. *Radix* tuberosa v. fibrosa. *Folia* aversa, equitantia, disticha (excepto Croco). *Inflorescentia* terminalis, spicata, corymbosa, subpaniculata v. sæpè congesta. *Spatha* communis bivalvis, subfoliacea ; partiales sæpiùs scariosæ. *Perianthium* utrinque coloratum, laciniis exterioribus rarò semicalycinis.

Obs. Ordinis diagnosis posita est in Perianthio supero 6-diviso, staminibus 3, laciniis exterioribus oppositis, Antherisque posticis.

Burmannia itaque quæ primo aspectu similis et foliis equitantibus aversis, perianthio colorato supero triandro, stigmatibusque 3 dilatatis convenit, haud conjungenda, propter stamina fertilia laciniis interioribus perianthii opposita, cum sterilibus totidem alternantia, antherarum loculos transversim dehiscentes, et ob seminum structuram. In Xyride

ride quoque aliqua cum hoc ordine similitudo existit, præsertim foliorum dispositione, floribus triandris, et antheris posticis, at longè recedit perianthio libero, foliolis exterioribus glumaceis, interioribus distinctis petaloideis, unguibus apice staminiferis, staminibus 3 sterilibus alternantibus, et præcipue seminum structurâ.

PATERSONIA.

Genosiris. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 9? charactere autem minimè respondenti.

Perianthium petaloideum, hypocrateriforme, regulare; Tubo gracili; Limbo sexpartito, laciniis interioribus minutis. *Filamenta* connata. *Stylus* capillaris apice sæpissimè tumido. *Stigmata* 3, laminæformia, indivisa. *Capsula* prismatica. *Semina* numerosa.

Plantæ *perennes*. Radix *fibrosa*. Caulis *nullus v. simplex, brevis, quandoque ramosus*. Folia *angusto-ensiformia, compacta*. Scapus *radicalis caulemve terminans simplex ebracteatus*. Spatha *communis bivalvis, includens partiales nonnullas, confertas, unifloras*. Flores *sensim erumpentes, speciosi, cærulei, immaculati, fugacissimi*. Antheræ *stigmataque flava*. Styli *apex tumidus, plerumque medio constrictus*. Stigma *deflexum*. Capsulæ *spathis tectæ*. Semina *sæpiùs angulo interno loculi, nunc columnæ centrali affixa*.

Obs. Dixi in honorem viri amicissimi Gulielmi Paterson peregrinatoris celebris, legionis tribuni in Novâ Cambriâ Australi, cujus regionis Floram summo cum ardore per plures annos investigavit.

1. P. *sericea*, stigmate deflexo, scapo extra medium spathisque sericeis, foliis ensiformibus strictis striatis striis alternis subtilissimis: marginibus tenuissimè pubescentibus; carinâ baseos lanatâ. (J. T.) *v. v.*
Patersonia sericea. *Bot. mag.* 1041.

2. P. *lanata*, stigmate - - - , scapo folia subæquante tereti striato longitudinaliter spathisque lanatis, foliis ensiformibus plano-convexiusculis tenuissimè striatis striis æqualibus: marginibus carinâque baseos lanatis. (M.) *v. v.*

3. P. *longifolia*, stigmate deflexo, spathis scapoque longitudinaliter sericeis, foliis angustè linearibus scapo 4—6-ies longioribus infra medium ciliatis pilis patentibus v. inflexis. (J.) *v. v.*

4. P. mo-

4. P. *media*, stigmate deflexo, laciniis interioribus perianthii tubo stamineo quadruplo brevioribus, spathâ communi sericeâ, scapo glabro caule longiore, foliorum carinâ baseos lanatâ. (J.) v. v.

5. P. *glabrata*, stigmate deflexo, perianthii laciniis interioribus dimidium tubi staminei æquantibus, scapo caule longiore spathisque glaberrimis nitidis, foliorum carinâ baseos lanatâ. (J.) *v. v.*

6. P. *glauca*, stigmate erecto, styli apice parum incrassato inarticulato, spathis subtrifloris striatis scapoque filiformi ferè dimidio breviore glabris, foliis linearibus convexiusculis: marginibus carinâque baseos nudis. (J. D.) *v. v.*
Genosiris fragilis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 13. *t.* 9.

7. P. *occidentalis*, stigmate erecto, stylo apice filiformi æquali, spathis 4—5-floris lævibus scapoque æquante glaberrimo folia ensiformia: marginibus carinâque baseos nudis. (M.) *v. v.*

DIPLARRHENA.

Diplarrena. *Labill.*

Perianthium petaloideum, sexpartitum, laciniis interioribus minoribus, superiore dissimili fornicatâ. *Stamina* distincta, duo sub superiore laciniarum interiorum conniventia, tertium castratum. *Stigma* tripartitum, bilabiatum. *Capsula* oblonga, trigona. *Semina* plano-depressa, simplici serie inserta.

Herba *perennis, glabra*. Radix *fibrosa*. Caulis *foliatus, simplex*. Folia *ensiformia, caulina alterna, breviora, vaginantia*. Spatha *communis bivalvis foliacea, partiales inclusæ, confertæ, scariosæ*. Flores *pedunculati, albi, laciniis interioribus pictis*.

D. *moræa*. (D.) *v. v.*
Diplarrena moræa. *Labill. voy.* 1. *p.* 157. *t.* 15. *Nov. holl.* 2. *p.* 117.
Moræa diandra. *Vahl. enum.* 2. *p.* 154.

SISYRINCHIUM. *L.*

Perianthium sexpartitum, regulare. *Filamenta* infra connata, v. distincta. *Stylus* 3-fidus. *Stigmata* simplicia. *Capsula* subglobosa.

Obs. Species Novæ Hollandiæ et tertia in Nova Zelandia lecta

lecta ab Illust. Banks, genus proprium fortè constituere merentur, præsertim ob spathas paniculatas, et lacinias interiores perianthii latiores.

1. S. *paniculatum*, caule paniculato, foliis margine scabris, perianthii laciniis exterioribus lineari-lanceolatis: interioribus oblongo-obovatis, filamentis ad medium connatis. (J.) *v. v.*

2. S. *pulchellum*, caule subsimplici, foliis margine lævibus, perianthii laciniis exterioribus ovali-oblongis: interioribus obovatis subunguiculatis, filamentis distinctis. (J.) *v. v.*

SCITAMINEÆ.

Perianthium superum, duplex! utrumque tubulosum: *exterius* (accessorium?) brevius, ore subtrilobo: *interius* limbo duplici; *exteriore* tripartito subæquali laciniâve anticâ (resupinatione sæpè posticâ) diversiformi: *interiore* dissimili, 3-partito, *laciniâ majore* (labello) inter laterales exteriorum insertâ, sæpè 2—3-lobâ; *lateralibus* minoribus, quandoque nanis denticuliformibus, obsoletisve.

Stamen unicum, fauci intra laciniam anticam exteriorum insertum (labello itaque obversum). *Filamentum* sæpiùs dilatatum et petaloideum, nunc ultra antheram productum, processu lobato v. indiviso. *Anthera* filamento adnata, biloba, lobis distinctis, parallelis, bilocularibus, per axin longitudinalem dehiscentibus, suturæ marginibus inflexis dissepimento, demum obsoleto, insertis; basi sæpè solutis, nunc calcaratis. *Pollen* globosum, læve.

Corpuscula 2. (Stamina sterilia) parva, teretiuscula, basin styli stipantia, quandoque connata, raró deficientia.

Ovarium 3-loculare, septis quandoque incompletis, loculis polyspermis, ovulis angulo interno gemino ordine affixis,

affixis. *Stylus* filiformis, sulco filamenti receptus. *Stigma* dilatatum, cavum.

Capsula 3 locularis, 3-valvis, polysperma nunc baccata. *Dissepimenta* sæpissimè centralia, axi valvularum inserta, demùm ab iisdem sæpè libera, substantiâque diversa.

Semina subrotunda, mutuo pressione sæpiùs angulata, arillata v. denudata. *Albumen* farinaceum, substantiâ radiatâ, ad umbilicum deficiens. *Vitellus* carnosus, subinfundibuliformis, umbilico contrarius, basi, pro transmissione radiculæ, sæpiùs (forsan semper) perforatus.

Embryo vitello vaginatus nec illo cohærens, monocotyledoneus, teretiusculus. *Radicula* ferè ad umbilicum attingens, sæpiùsque nuda, nec vitello nec albumine inclusa.

Herbæ aromaticæ, habitu subpeculiari, intra tropicos præsertim provenientes, vix 34° lat. attingentes. *Radix* perennis, sæpiùs tuberosa, repens. *Caulis* simplex, quandoque abbreviatus. *Folia* simplicia, uninervia, venis acutangulis, creberrimis, simplicissimis; petiolo vaginanti, vaginâ hinc fissili, orâ inde in ligulam (*Graminearum* instar) productâ v. nudâ, nunc integrâ et supra folii insertionem ocream formante. *Inflorescentia* v. densè spicata, v. racemosa, nunc subpaniculata, scapum caulemve terminans, rarò lateralis, modò scapo abbreviato quasi radicalis. *Bracteæ* communes persistentes v. caducæ; partiales spathaceæ, cucullatæ, sæpissimè bifloræ, altero flore præcociore, altero quandoque abortiente.

Obs. I. Diagnosis ordinis posita est in perianthio duplici; stamine unico; antherâ bilobâ; seminibus Vitello instructis.

Obs. II. Existentia Vitelli in seminibus equidem denegata est a Cel. Correa et Smith; sed cum in Scitamineis substantia adest inter Albumen et Embryonem sita, et ab utroque distincta, illam proprio nomine designare planè necessarium est, et quoniam cum Embryone nullo puncto cohæret, nec pro ejusdem radiculæ processu cum D. Correa, nec pro cotyledone cum D. Smith haberi possit. Exempla quoque dantur analogæ substantiæ præsentiæ in aliis familiis, ut

ut in Nymphæâ et Nenuphar, in quibus non solùm planè existit, sed proprio integumento ab albumine segregata est.

Obs. III. A Scitamineis separavi Cannearum parvam familiam, complectentem Cannam, Marantam, Thaliam, Phrynium, et forsan Myrosmam. Antherâ simplici, Vitelli defectu, aromateque debiliori v. nullo diversam. Semina evitellosa a b. *Gærtnero* in Cannâ descripta, in Marantæ specie et in Thaliâ dealbatâ *Smith.* quoque observavi.

Obs. IV. Cel. Roscoe, in tentamine suo ingenioso de Scitaminearum dispositione, in errorem lapsus est de fructu Thaliæ, cui adscribit Capsulam bilocularem "seminibus duobus splendentibus," sunt autem ferè verba Burmanni, et nescio quâ auctoritate proposita, cùm nulla mentio splendoris seminum, seu in charactere Plumierii, seu in descriptionibus auctorum, ad Thaliam geniculatam perperàm equidem a Burmanno citatorum, occurrit. Ast in Thaliâ dealbatâ structura longè diversa obtinet; hujus enim Bacca monosperma, substantiâ parcâ; Seminis integumentum simplex, adnatum *albumini* magno corneo, in cujus medio inclusus est *Embryo* longitudinalis, carneus, curvatus, altero crure umbilicum attingente, altero breviore; ad hujus utrumque latus eique parallela, cavitas existit, lectulo Embryonis conformis, sed semper vacua paulòque brevior; hinc si sectio transversa juxta apicem albuminis ducta, duæ tantùm cavitates obviæ sint, (crura nempe Embryonis,) et quales in figurâ Plumierii exhibitæ; sin verò per medium albuminis sectio ducta, sex cavitates in conspectum venient, nempe crura ipsius Embryonis et lectulorum duorum lateralium abortientium. Hæc e propriis observationibus didici, necnon ex optimâ figurâ ineditâ *D. Ferdinandi Bauer*; sed causa erroris *Plumierii* jamdudum indicata fuit ab *Illust. Adanson.* (*in fam.* 2. *p.* 65.) qui tamen veram naturam partium fructus haud intellexit, et albumen pro nuce perperàm habuit; ovarium enim, saltem in Thaliâ dealbatâ, certè monospermum est. Cùm itaque structura huic omninò similis, hactenus absque exemplo, nec ulla analoga (nempe Embryones plures in distinctis cavitatibus ejusdem albuminis,) nisi in Cycade et nonnunquam in Visco, cognita sit; rem memorari dignam esse credidi, quamvis a proprio scopo libelli alienam.

HELLENIA. *Willd.*

Heritiera. *Retz.* Alpiniæ species. *Roscoe in linn. trans.* 8. *p.* 346.

Perianthii limbus interior unilabiatus, basi utrinque denticulo

 auctus.

auctus. *Filamentum* lineare, ultra antheram marginalem productum, lobulo brevissimo, rotundato, integro v. bilobo. *Capsula* crustacea. *Semina* arillata. *Inflorescentia* paniculata v. laxè racemosa, caulem terminans.

Foliorum *vagina fissa, ligulata.*

Obs. Helleniæ proxima est *Alpinia,* quæ differt filamento ultra antheram non producto, et capsulæ texturâ.

Amomum diversum est inflorescentiâ spicatâ, scapum radicalem terminante, et Filamenti processu trilobo; hujus enim appendices baseos a Roscoe, Smith, et Sims. descriptæ, rudimenta laciniarum lateralium limbi interioris esse videantur, in Alpiniâ et Helleniâ quoque occurrunt, et forsan in omni genere cujus limbus interior pariter unilabiatus est, uti in Elettari *Rheed.* quæ Amomum repens *Sonnerat*, hæc, fide speciminis a Sonnerati in Herb. Banks., ab Alpiniâ distinguitur tantummodo inflorescentiâ, qua de causa autem olim, nec immeritò, separata fuit ab Adanson.

Curcuma diversa est inflorescentiâ, limbi interioris laciniis lateralibus majoribus, (a D. Roscoe, forsan pro appendicibus filamenti habitis,) et antheris calcaratis. (vide observ. Cel. Salisburii in *Parad. lond.*)

Zingiber differt, inflorescentiâ, et processu subulato filamenti.

Costus, inflorescentiâ, filamento petaloideo ultra antheram intramarginalem longiùs latiùsque producto, et potissimùm structurâ vaginæ, quæ supra folii insertionem ocreæ speciem efformat; quâ notâ ab omnibus Scitamineis, primo aspectu vel absque fructificatione, distingui possit.

1. H. *cærulea* labello emarginato, foliis integerrimis capsulâque coloratâ glabris, stylo hirsuto. (T. J !) *v. v.*

ORCHIDEÆ.

ORCHIDEÆ.

DIAGNOSIS. *Perianthium* superum. *Genitalia* basi v. longitudinaliter connata. *Pollen* (Antheræ 1—2,) in massas figuræ determinatæ coacervatum. *Capsula* unilocularis, placentis tribus polyspermis axi valvularum adnatis. *Semina* minuta, albuminosa, evitellosa.

DESCRIPTIO. *Perianthium* superum, petaloideum, sexdivisum, irregulare ringens v. patens, rarò æquale; marcescens (in Vanillâ cum ovario articulatum et deciduum): foliola duplici ordine disposita, distincta v. variè connata: *exteriora* 3, quorum *anticum* (dorsale *Auct.*) torsione ovarii v. pedicelli in flore expanso sæpiùs posticum, sæpè fornicatum, rarò basi calcaratum: *duo posteriora* (antica v. lateralia *Auct.*) invicem æqualia; ab antico figurâ plerumque dissimilia, quandoque infrà connata, in quibusdam nana: *interiora* 3, horum *duo lateralia* cum antico exteriorum sæpè adscendentia v. conniventia v. basi coalita, quandoque nana: *tertium* (Labellum) antico exteriorum obversum, in plerisque dissimile, et sæpè basi columnæ fructificationis accretum, indivisum v. lobatum, basi sæpè unicalcaratum rariùs bicalcaratum, apice quandoque saccatum v. calcaratum, intùs quandoque cristatum v. barbatum, nunc appendice auctum, in quibusdam unguiculatum, laminâ cum ungue articulatâ, geniculo rarò sub-irritabili. *Stamina. Filamenta* tria, invicem et stylo plus minus connata, intra laciniam anticam exteriorum, labello obversa; *lateralia* sæpissimè sterilia et sæpiùs abbreviata v. obsoleta, nunc (in Cypripedio) antherifera; *intermedium* antheriferum, rarò (et tunc lateralia antherifera) sterile.

Anthera

Anthera ditheca, lobis vel discretis et lateribus columnæ sæpè ultra productæ adnatis; vel approximatis in antheram, modò stigmati soluto parallelam immobilem persistentem, modò columnam terminantem sæpiùsque mobilem operculiformem deciduam: sæpissimè septo longitudinali unico, raró triplici intùs divisis.

Pollen e granulis simplicibus v. sæpe e sphærulis quaternis conflatis; ad anthesin coeuntibus in massas determinatæ figuræ, numero loculorum, nunc (dum Anthera adnata rariùsve terminalis mobilis) formatas e lobulis numerosis, angulatis, materiâ glutinosâ elasticâ cohærentibus; nunc (dum Anthera stigmati parallela, rariùsve terminalis) subpulvereas, lamelliformes, granulis facile solubilibus; nunc denique (dum Anthera terminalis opercularis) ceréaceas, homogeneas, læves: post dehiscentiam loculorum alterâ extremitate, sæpiùs attenuatâ, stigmati affixas, vel immediatè, vel ope processus filiformis elastici, modò ab ipsâ massâ oriundi, modò a stigmate derivati.

Ovarium subrotundum—cylindraceum, costatum, costis 3 eminentioribus, foliolis perianthii extérioribus oppositis, uniloculare, placentis 3 parietalibus polyspermis, foliolis interioribus perianthii oppositis.

Stylus cum stamine basi longitudinaliterve connatus, nunc brevissimus. *Stigma* obliquum, labellum sæpiùs spectans, concavum, secernens, quandoque juxta basin columnæ subhorizontale; apice lateribusve glandulâ unicâ v. duplici nudâ v. cucullo proprio v. communi inclusâ pollen affigenti, instructum.

Capsula ovata—cylindracea, trivalvis, sæpè fenestrata, costis 3 eminentioribus post lapsum valvularum persistentibus, et basi et apice cohærentibus.

Semina plurima, minutissima, plerumque arillo (testa ?) utrinque subulato instructa; in Vanillâ nuda.

Albumen semini conforme *Gært.*

Embryo minutus, monocotyledoneus axilis: Radicula in regione umbilici, ideoque centrifuga.

Herbæ v. *Suffrutices*. *Radix* tuberosa, v. fibrosa. *Caulis* simplex, raró divisus, foliatus, v. vaginatus. *Folia* simplicia,

simplicia, integerrima, basi vaginanti. *Flores* spicati, racemosi, corymbosi, v. solitarii, rarò paniculati; unibracteati. Pubes, dum adsit, simplex, acuta, nunc glanduloso-capitata.

Obs. I. Auctores omnes flores Orchidearum resupinatos nuncupant cum reverâ recti sunt. Labellum enim ante floris expansionem interius seu posticum, mox in pluribus, torsione pedicelli baseosve ovarii, anticum evadit.

Obs. II. Cel. Swartz. de hâc familiâ præcipuè auctor meritissimus, laciniam mediam labii inferioris Satyrii *Thunb.* pro labello descripsit, perperàm, nam galea bicalcarata hujus generis verum est labellum, seu foliolum posticum seriei interioris, ut patet ex ejusdem positione relativâ cum stamine et ovarii placentis.

Obs. III. Quoniam in Cypripedio habemus columnæ lobos laterales antheriferos intermediumque sterilem, fas est reliquorum generum lobos laterales, in pluribus manifestos, in nonnullis rarò antheriferos, in vix ullis omninò deficientes, uti stamina sterilia contemplare. Hæc structuræ conceptio haud levem accipit confirmationem ex analogiâ *Philydri* jam descripti, quod etsi in multis ab Orchideis longissimè recedit, attamen structurâ staminis et seminum iisdem apprimè convenit.

Obs. IV. Textura massarum Pollinis magni valoris esse videtur in methodo naturali. Hinc quatuor Swartzianis quintam sectionem adjecimus, adhucdum parvulam, cui præter Gastrodiam pertinet Epipogium *Gmel.* perperàm cum Limodoris associatum.

Simplicitas v. compositio granulorum pollinis in pluribus generibus determinanda. In sectione primâ compositæ sunt, penitùs ut in Apocineis (non Asclepiadeis) comosis plerisque, in secundâ et tertiâ quantum examini subjecimus, simplicia, etiam ad lentem multò augentem, observavimus.

Obs. V. Cel. Salisburius in tentamine (*in Linn. trans.* 7. *p.* 29.) de germinatione hujus ordinis, præcocem formationem tuberis monstravit, quod verò quoque obtinet in aliis monocotyledonibus radice bulbosâ donatis: illius iconibus autem, quarum series incompleta, defectus cotyledonis minimè probatus est; nam harum *secunda* (a dextro numerata) exhibet semen adhucdum arillo inclusum, et germinatione vix inceptâ, formatum albumine magno, ad cujus alteram extremitatem Embryo existit, exiguus, radiculâ minutâ parùm exsertâ: in *tertiâ* autem albumen jam absorptum est, radicula in tuberem conversa, plumula diphylla: etsi auctor aliter figuras suas nunc explicare, et punctum acutum exsertum

sertum pro principio plumulæ habere cupiat, legem infringit, si ullam in carpologiâ, universalem, secundum quam *Radicula embryonis in axi albuminis inclusi semper ejusdem peripheriam spectat et approximata est.*

Sect. I. Monandræ. *Anthera* lobis discretis, columnæ juxta apicem adnatis. *Pollinis* massæ e lobulis numerosis, elasticâ materiâ cohærentibus, in granulis (compositis) ægrè solubilibus. *Herbæ Terrestres.*

HABENARIA. *Willd. sp. pl.*

Orchidis species. *Sw. et Willd.*

Perianthium ringens, foliolis 3. v. 5. in galeam conniventibus. *Labellum* basi subtùs calcaratum v. subsaccatum. *Anthera* terminalis, loculis adnatis, basibus quandoque solutis elongatis. *Massæ Pollinis* pedicellatæ, pedicellis singulis basi glandulæ respondenti nudæ insertis.

Obs. Vastum genus *Orchidis* aliâ ratione quam Cel. Willdenovius subdivisi, illius nomen tamen retinui.

Habenaria commodè dividi possit in duas phalanges, ad priorem *loculis antherarum longitudinaliter adnatis* pertinent Orchis bifolia, hyperborea, aphylla, flava, cordata, cubitalis, albida, viridis, fimbriata, secunda, hispidula, Burmanniana, aliæque plures nondum descriptæ: ad alteram *loculis antherarum basi solutis sæpiusque elongatis* referendæ sint Orchis Susannæ, ciliaris, cristata *Mich.* habenaria, monorrhiza *Sw.* lacera *Mich.* Roxburgii *Sw.* viridiflora *Sw.* fissa *Willd.* aliæque, præsertim ex Indiâ orientali et Americâ septentrionali, præter duas subsequentes Novæ Hollandiæ.

Species capenses, a reliquis habitu diversæ sunt; sed quamvis harum plures, vel recentes vel exsiccatas, examini subjeci, discrimen nullum certum in fructificatione hactenus detegere licuit.

Orchis, quæ nec intra tropicos, nec in hemisphærio australi, et vix quidem extra Europam, occurrit, ab Habenariâ differt pedicellis pollinis basi insertis vel glandulâ unicâ v. duplici, sed semper in uno eodemque processu cuculliformi stigmatis inclusis. Sequentes species huic characteri respondenti sunt determinatæ: Orchis morio *L.* mascula *L.* palustris

palustris *Jacq.* ustulata *L.* militaris *L.* fusca *Jacq.* papilionacea *L.*? pallens *Jacq.* coriophora *L.*? odoratissima *L.* spectabilis *L.* sambucina *L.*? pyramidalis *L.* hircina *Sw.* globosa *L.* latifolia *L.* maculata *L.* in harum tribus ultimis, (forsan in plurimis,) glandula duplex, in nonnullis uti in O. hircinâ et pyramidali, unica existit. Aliæ species europææ, præcipuè floribus purpureis, sine dubio ad hoc genus pertinent: sed Orchis conopsea *L.* characterem parùm infirmat, quippe in hâc (quæ habitû certè meliùs convenit Orchidi quàm Habenariâ,) pedicelli massarum glandulis duabus approximatis linearibus nudis inserti sunt: an ideo genere distinguenda? cum Habenariis enim vix associari posset.

Ophrydis character optimus a *D. Francisco Bauer* primùm detectus, positus est in pedicellis massarum distinctis, singulis cucullo proprio inclusis, quâ notâ ab omnibus primo intuitu dignoscitur. Species genuinæ a nobis determinatæ sunt Op. myodes, apifera *Sw.* aranifera *Sw.* vespifera *Brot.* vernixia *Brot.* cum charactere autem proposito procul dubio insuper convenient Tournefortianæ nuperrimè a *Desfontaines* evulgatæ, necnon Hispanicæ *Cavanillesii.*

Ophrys monorchis *L.* et alpina *L.* glandulis pedicellorum distinctis nudis Habenariæ similes, ab eâdem diversæ labello haud calcarato, et vix basi saccato. Ophrys anthropophora *L.* structurâ antherarum Orchidi respondet, pedicellis insertis glandulis distinctis sed cucullo communi inclusis.

Serapias quæ Ophrydi aliquo modo et facie et columnæ structurâ accedit, pedicellis ambobus in eâdem glandulâ, cucullo inclusâ insertis, abundè differt.

1. H. *ochroleuca,* labello tripartito: lobis integris: intermedio compresso-filiformi lateralibus lanceolatis acutissimis parùm longiore, calcari clavato ovarium subæquante. (T.) *v. v.*

2. H. *elongata,* labello tripartito: lobis integris: intermedio dimidio breviore, calcaribus ovario duplò longioribus, foliolis interioribus perianthii indivisis. (T.) *v. v.*

Sect. II. MONANDRÆ. *Anthera* stigmati parallela, persistens, loculis approximatis. *Pollinis massæ* pulvereæ, in granulos (simplices) facilè solvendæ, apice affixæ filo a stigmatis glandulâ ortum ducenti. *Herbæ Terrestres.*

THELYMITRA. *Forst. Swartz. Smith.*

Perianthium regulare, subpatens. *Labellum* sessile, foliolis conforme! *Anthera* stigmati parallela, lobo medio cuculli trifidi inserta.

I. *Flores cærulei, nunc albi v. carnei.*

1. T. *ixioides,* perianthio patulo, cuculli laciniis lateralibus penicillatis: intermediâ trifidâ: lobulis lateralibus apice erosis medio breviore bifido dorso cristato, spicâ multiflorâ. (J.) *v. v.*
Thelymitra ixioides. *Sw. act. stockh.* 1800. *p.* 228. et in *Schrad. neu. journ.* 1. *band.* 1. *stück. p.* 58. *Smith. exot. bot.* 1. *p.* 55. *t.* 29. (sed caret maculis saturatioribus perianthii). *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 79.

2. T. *media,* perianthio patulo, cuculli laciniis extimis penicillatis: intermediâ dorso nudo trifidâ: lobulo medio dimidio breviore emarginato, spicâ multiflorâ. (J.) *v. v.*

3. T. *canaliculata,* perianthio patulo, cuculli laciniis extimis penicillatis: intermediâ dorso nudo multifidâ: lobulis corrugatis: exteriore longiore remotiore, spicâ multiflorâ. (T.) *v. v.*

4. T. *pauciflora,* cucullo perianthio patulo dimidio breviore: laciniis extimis penicillatis: intermediâ dorso nudo emarginatâ: lobulis rotundatis integris, spicâ pauciflorâ. (J.) *v. v.*

5. T. *nuda,* cucullo perianthio patulo dimidio breviore: laciniis extimis penicillatis: intermediâ dorso nudo emarginatâ: lobulis rotundatis integris, spicâ multiflorâ. (D.) *v. v.*

6. T. *angustifolia,* perianthio patulo, cuculli laciniis extimis penicillatis: intermediâ dorso nudo emarginatâ: lobulis dentatis, spicâ pauciflorâ, folio scapum æquante. (J.) *v. v.*

7. T. *carnea,* perianthio patulo, cucullli laciniis extimis denticulatis imberbibus, scapo 1-2-floro. (J.) *v. v.*

8. T. *venosa,* perianthio conniventi, cucullli laciniis extimis imberbibus spiraliter involutis. (J.) *v. v.*

II. *Flores*

II. *Flores flavi.*

9. T. *tigrina*, perianthio patulo maculato, cuculli laciniis lateralibus distinctis stuposo-barbatis: intermediâ breviore cristatâ; foliis linearibus canaliculatis. (M.) *v. v.*

10. T. *fusco-lutea*, perianthio patulo, cuculli laciniis lateralibus conniventibus cohærentibus fimbriatis: intermediâ erectâ nudâ, foliis lanceolatis. (M.) *v. v.*

EPIBLEMA.

Perianthium foliolis 5, æqualibus, patulis. *Labellum* unguiculatum, laminâ integrâ basi processubus filiformibus fasciculatis. *Appendix* e basi columnæ, infrà ungui labelli adnata. *Anthera* stigmati parallela, utrinque lobo petaloideo stipata.

Herba facie Thelymitræ, *cui affinitate proxima*; Flores *cærulei, speciosi.*

E. *grandiflorum.* (M.) *v. v.*

DIURIS. *Smith in linn. trans.* 4. p. 222.

Perianthium irregulare, subringens, 6-partitum: foliola 2 *anteriora exteriorum* labello ecalcarato trifido supposita, linearia: *interiorum* lateralia patula, unguiculata. *Anthera* stigmati parallela, utrinque lobo laterali columnæ petaloideo stipata.

Obs. Lobi laterales Labelli a Cel. Smith et Swartz. uti foliola distincta perianthii proponuntur, et ab auctore priùs memorato laciniæ laterales columnæ, quæ in hoc et generibus affinitate proximis petaloideæ, uti foliola accessoria perianthii insuper numerantur; tales autem laciniæ, plùs minùs manifestæ, in Orchideis plerisque occurrunt, et a nobis filamenta sterilia putatæ sunt, ut in charactere generali ordinis observationibusque adjectis jam dictum est.

I. *Flores flavi.*

1. D. *maculata*, labello basi intùs bicarinato: laciniis lateralibus intermediam subæquantibus, foliolorum perianthii interiorum laminis obovatis. (J.) *v. v.*

Diuris maculata. *Smith, exot. bot.* 1. *p.* 57.* *t.* 30. (haud benè respectu macularum). *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 79.

2. D. *aurea*, labelli laciniâ intermediâ basi intùs bicarinatâ lateralibus duplò longiore, foliolis perianthii apice integris: interioribus

interioribus ellipticis acutis, foliis linearibus canaliculatis scapo brevioribus. (J.) *v. v.*

Diuris aurea. *Smith, exot. bot.* 1. *p.* 15. *t.* 9.

Diuris spathulata. *Sw. in Schrad. neu. journ.* 1. *stück.* 1. *band. p.* 60.

3. D. *emarginata,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs bicarinatâ lateralibus duplò longiore, foliolis perianthii emarginatis, foliis subulatis canaliculatis scapo ter brevioribus, spicâ pauciflorâ. (M.) *v. v.*

4. D. *setacea,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs bicarinatâ lateralibus duplò longiore, foliis setaceis scapo 1-2-floro 4-5-ies brevioribus. (M.) *v. v.*

5. D. *pedunculata,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs carinâ duplici pubescenti lateralibus triplò longiore, foliolis anterioribus labello parùm longioribus, interiorum lateralibus laminis lanceolatis acutissimis, foliis scapo 2-3-floro longioribus. (J.) *v. v.*

6. D. *sulphurea,* labelli laciniâ intermediâ basi ecarinatâ foliolis anterioribus dimidio breviore, foliis linearibus canaliculatis scapo duplò brevioribus, spicâ 3—5-flora. (J.) *v. v.*

7. D. *pauciflora,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs unicarinatâ lateralibus aliquoties longiore, foliolis interioribus perianthii laminis ellipticis acutis, foliis subulatis canaliculatis scapo 1-2-floro 3-4-plo longioribus. (M.) *v. v.*

II. *Flores purpurei v. albi.*

8. D. *elongata,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs bicarinatâ, columnæ laciniis lateralibus basi crispatis, foliis scapo dimidio brevioribus. (J.) *v. v.*

Diuris elongata. *Sw. in Schrad. neu. journ.* 1. *stück.* 1. *band. p.* 59.

9. D. *alba,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs bicarinatâ, columnæ laciniis lateralibus margine simplici, foliis scapum subæquantibus. (T.) *v. v.*

10. D. *longifolia,* labelli laciniâ intermediâ basi intùs unicarinatâ, foliis racemum 3-4-florum æquantibus. (M.) D. Menzies. *v. s.*

ORTHOCERAS.

Perianthium ringens, *galea* ovata, foliolis *exterioribus, anterioribus* erectis, linearibus; *interioribus* nanis, sessilibus, subgaleam

galeam conniventibus. *Labellum* trifidum, ecalcaratum. *Anthera* stigmati parallela, utrinque lobo laterali columnæ stipata.

Affinitate proxima Diuri; *diversa perianthii magis ringenti, foliolis inferioribus arrectis, interioribus nanis, conniventibus, sessilibus.* Bulbi *indivisi.*

O. *strictum.* (J.) *v. v.*

CRYPTOSTYLIS.

Perianthium foliolis 5, linearibus, patulis. *Labellum* posticum, integrum, sessile, latius, basi concavâ columnam brevissimam occultante. *Anthera* stigmati parallela, lobo laterali columnæ utrinque stipata.

Bulbi *fasciculati.* Folia *radicalia, plana, petiolata, pauca.* Flores *scapum vaginatum terminantes, spicati, sordidè rufi, inodori.*

Obs. Genus ab omnibus sat distinctum et a *Malaxidi* diversissimum.

1. C. *longifolia,* floribus porrectis, labello convexo marginibus recurvis: axi a basi striis 3 elevatis desinentibus in processum callosum elevatiorem apici approximatum, foliis oblongis. (J. D.) *v. v.*

Malaxis subulata. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 62. *t.* 212.

2. C. *ovata,* floribus porrectis, labello convexo marginibus recurvis: axi intùs infra medium lævi; juxta apicem processu calloso, foliis oblongo-ovatis. (M.) *v. v.*

3. C. *erecta,* floribus erectis, labello suprà concavo axeos carinâ suprà membranaceâ elevatiore. (J.) *v. v.*

PRASOPHYLLUM.

Perianthium ringens, *galea* antica, foliolis duobus *posticis exteriorum* sæpiùs cohærentibus; *interioribus* inæquilateris. *Labellum* adscendens, indivisum, ecalcaratum, unguiculatum. *Columna* bipartita, laciniis lateralibus membranaceis. *Anthera* stigmati parallela, antica, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, pulvereæ, apicibus stigmati affixæ.

Herbæ *terrestres, glabræ.* Bulbi *indivisi.* Caulis *unifolius, basi vaginâ* 1—2 *brevi instructus, suprà folium ebracteatus.* Folium *teres, fistulosum, quandoque abbreviatum, vaginâ longissimâ.* Flores *spicati, inter minores, colore varii.*

Obs. Genus hinc proximum *Cranichi* inde *Genoplesio.*

4 1. *Columnæ*

I. *Columnæ laciniæ laterales* (*filamenta sterilia*) *apice integræ. Anthera mutica.*

1. P. *elatum*, ovariis cylindraceis sessilibus bracteâ acutiusculâ duplò longioribus, perianthii foliolis acutis: posticis infrà distinctis suprà leviter cohærentibus, labello undulato, folio vaginâ breviore dimidium superius caulis subæquanti. (J.) *v. v.*

2. P. *australe*, ovariis cylindraceis subpedicellatis bracteâ breviter acuminatâ vix duplò longioribus, perianthii foliolis apice attenuatis: posticis infrà cohærentibus suprà distinctis, labello undulato, folio vaginam æquante. (D.) *v. s.*

3. P. *macrostachyum*, ovariis cylindraceo-oblongis, bracteis lanceolatis pedicellos subæquantibus, spicâ elongatâ, perianthii foliolis acutissimis: posticis approximatis, columnæ lobis lateralibus antherâ brevioribus, folio dimidium caulis superius superante (M.) *v. v.*

4. P. *flavum*, ovariis cylindraceis subsessilibus bracteâ acutissimâ vix duplò longioribus, spicâ multiflorâ, perianthii foliolis acutiusculis: posticis extra medium distinctis, columnæ laciniis lateralibus antheram æquantibus, folio dimidio superiore caulis multoties breviore. (J.) *v. v.*

5. P. *striatum*, ovariis cylindraceo-oblongis bracteâ ovatâ acuminatâ duplò longioribus, spicâ pauciflorâ, perianthio foliolis posticis longitudinaliter cohærentibus basi simplici, labello perianthium æquante: marginibus undulatis, antherâ apice attenuatâ. (J.) *v. v.*

6. P. *gibbosum*, ovariis cylindraceis, spicâ multiflorâ imbricatâ, foliolis obtusiusculis: posticis infrà cohærentibus basique saccatis; interioribus spathulatis. (M.) *v. v.*

7. P. *fuscum*, ovariis obovatis bracteâ latè ovatâ acutâ ter longioribus, perianthii foliolis acuminatis: posticis basi cohærentibus, labelli dimidio superiore duplò angustiore lineari-lanceolato: marginibus simplicibus. (J.) *v. v.*

8. P. *alpinum*, ovariis obovatis, bracteis subrotundis pedicellos subæquantibus, perianthii foliolis acutis: posticis approximatis, labelli dimidio superiore lineari-lanceolato, spicâ pauciflorâ, folio dimidium superius caulis æquante. (D.) *v. v.*

9. P. *patens*, ovariis obovatis bracteâ subrotundâ ter longioribus, perianthii foliolis acutis: posticis distinctis patentibus, labello longitudine foliorum: dimidio superiore ovato-oblongo undulato. (J.) *v. v.*

II. *Columnæ laciniæ laterales bifidæ. Anthera mucronata v. rostrata.*

10. P. *nigricans*, perianthii foliolis posticis basi cohærentibus antico interioribusque nudis, labelli laminâ oblongo-obovatâ bicarinatâ imberbi, laciniis lateralibus columnæ triangularibus bidentatis, antheræ mucrone brevissimo. (M.) v. v.

11. P. *rufum*, perianthii foliolis posticis distinctis: antico interioribusque nudis, labelli laminâ obovato-cuneatâ apice denticulato marginibus brevissimè ciliatis, columnæ laciniis bifidis, antheræ mucrone setaceo. (J.) v. v.

12. P. *fimbriatum*, perianthii foliolis posticis infrà approximatis et juxta basin gibbosis: antico interioribusque ciliatis, labelli laminâ longissimè fimbriatâ, laciniis columnæ bipartitis, antheræ rostro elongato. (J.) v. v. flor. emarcidis.

GENOPLESIUM.

Perianthium ringens, *galea* antica, foliola *postica* longiora, patula; *interiora* infrà columnæ adnata. *Labellum* adscendens, indivisum, ecalcaratum, basi cucullatâ. *Columna* semibifida, laciniis lateralibus nullis! *Anthera* stigmati parallela, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* - - - -.

Obs. Affinitate proximum Prasophyllo quocum habitu convenit, diversum solummodò defectu laciniarum lateralium columnæ, interioribusque perianthii ei adnatis.

G. *Baueri*. (J.) v. v.

Obs. Character ex Icone D. Ferdinandi Bauer.

NEOTTIA. *Jacq. Sw.*

Perianthium ringens, foliolis lateralibus *exterioribus* anticè labello imberbi subunguiculato suppositis; *interioribus* cum galeâ conniventibus. *Anthera* stigmati parallela.

Obs. Characterem *Cel. Swartz.* in paucis mutavi, propter species nonnullas jam descriptas, aliasque ineditas in Herb. Banks. examini subjectas. Orchis strateumatica *L.* fide speciminis in Herbario Hermanni Neottiæ species est.

1. N. *australis*, labello indiviso oblongo crispato: basi bilingulatâ, columnæ lobulis lateralibus stigmate longioribus, spicâ tortili, foliis radicalibus lanceolatis, bulbis oblongis. (J.) v. v.

CALO-

CALOCHILUS.

Perianthium ringens, foliolis *lateralibus exterioribus* labello suppositis; *interioribus* sessilibus, minoribus, erectis. *Labellum* longius, sessile, acuminatum, disco intùs marginibusque barbatum. *Anthera* stigmati parallela, persistens.

Herbæ *glabræ*. Bulbi *indivisi, nudi.* Folia *caulina pauca, infimum canaliculatum, reliqua abbreviata.* Spica *racemosa, rara, floribus porrectis, rufis majusculis.*

Obs. Affinitate proximus Neottiæ.

1. C. *campestris*, labello perianthio parùm longiore: acumine semilanceolato laminâ 5-plo breviore, columnâ basi biglandulosâ, bracteis ovarium superantibus, spicâ 4-8-florâ. (J. T.) *v. v.*

2. C. *paludosus*, labello perianthio duplò longiore: acumine ligulato flexuoso dimidium laminæ subæquante, columnâ basi eglandulosâ, bracteis ovario brevioribus, spicâ 2—4-florâ. (J.) *v. v.*

Sect. III. Monandræ. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Pollinis massæ* pulvereæ, e granulis simplicibus solubilibus conflatæ, basibus suis stigmatis glandulæ affixæ. *Herbæ Terrestres.*

MICROTIS.

Perianthium ringens, foliolis *lateralibus exterioribus* sessilibus, labello suppositis; *interioribus* subsimilibus, adscendentibus. *Labellum* dissimile, oblongum, obtusum, basi callosâ. *Anthera* columnam infundibuliformem posticè terminans, auriculo membranaceo utrinque aucta; (unde nomen.) *Massæ Pollinis* utriusque loculi binæ, pulvereæ, basi affixæ stigmatis apice soluto.

Herbæ *glabræ.* Bulbi *indivisi, nudi.* Folium *caulinum unicum, fistulosum, teres, vaginâ longâ.* Spica *multiflora.* Flores *parvi, virescentes, v. albi, labello indiviso v. bilobo.*

Obs. Huc Epipactis porrifolia *Sw.* quæ Ophrys unifolia *Forst.*

Facie ab *Epipactide* longè recedit, et *Prasophyllo* penitùs convenit, sed floribus resupinatis (nostrâ acceptatione,) et antherarum structurâ abundè distincta.

1. M. *par-*

1. M. *parviflora*, perianthii foliolis inferioribus revolutis interioribusque linearibus, labello lineari-oblongo integerrimo: marginibus nudis; disco dimidii superioris ecalloso, spicæ floribus omnibus approximatis. (J. M. T.) *v. v.*

2. M. *rara*, perianthii foliolis inferioribus revolutis interioribusque linearibus, labello oblongo-cuneato retuso: dimidii superioris disco incrassato; marginibus nudis, spicæ floribus inferioribus distantibus. (J.) *v. v.*

3. M. *media*, perianthii foliolis inferioribus revolutis oblongis acutis: interioribus linearibus obtusis, labello oblongo-cuneato apice retuso: dimidii superioris disco verrucoso-incrassato; marginibus calloso-tuberculatis. (M.) *v. v.*

4. M. *alba*, perianthii foliolis inferioribus revolutis interioribusque linearibus, labelli dimidio inferiore lineari: superiore dilatato bifido disco incrassato; marginibus undulatis calloso-tuberculatis. (M.) *v. v.*

5. M. *pulchella*, perianthii foliolis inferioribus ovali-oblongis patentibus, galeâ orbiculato-ovatâ planiusculâ, labelli dimidio inferiore parùm dilatato retuso. (M.) *v. v.*

ACIANTHUS.

Perianthium subringens, foliolis *exterioribus* aristatis, lateralibus labello suppositis, *interioribus* minoribus, situ variis. *Labellum* dissimile, foliolis brevius, indivisum, porrectum, basi bicallosum, disco inappendiculato. *Columna* semiteres, apice inauriculato. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo quaternæ, v. binæ bipartitæ.

Herbæ *teneres, glabellæ.* Bulbi *indivisi, solitarii, nudi, caudicem descendentem ? radiciformem terminantes, novello pedicellato.* Caulis *unifolius et ipsâ basi vaginâ brevi inclusus, suprà ebracteatus.* Folium *profundè cordatum, acutum, trinerve, reticulato-venosum, subtùs rufum.* Flores *racemosi v. solitarii, rufi.*

1. A. *fornicatus*, floribus racemosis, aristis perianthio quadruplò brevioribus, foliolis interioribus erectiusculis, labello longitudinaliter papuloso, columnâ inclusâ. (J.) *v. v.*

2. A. *exsertus*, floribus racemosis, aristis brevissimis, galeâ basi attenuatâ, foliolis interioribus horizontaliter reflexis, labello apice papuloso, columnâ exsertâ. (J.) *v. v.*

3. A. *caudatus*, scapo 1-2-floro, aristis longissimis, folii marginibus undulatis. (J.) D. Bauer. *v. s.*

Incerti generis.

4. A.? *bifolius*, scapo unifloro, foliis radicalibus binis cucullatis, perianthio mutico, foliolis 3 exterioribus conformibus: lateralibus reflexis, interiorum ? lateralibus angusto-linearibus. (D.) ✝

Epipactis reflexa. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 60. *t.* 211. *f.* 1.

Obs. Medius inter Acianthum et Chiloglottim, et forsàn utrumque genus infirmans: cum Acianthо convenit Pollinis massis quaternis, Columnâ inauriculatâ, Labello inappendiculato: cum Chiloglotti foliis radicalibus binis, perianthii foliolis muticis, interioribus angustatis.

In icone foliola angustata, (quæ ab auctore inter interiora numerata,) ex insertione potiùs exteriora sunt.

CYRTOSTYLIS.

Perianthium bilabiatum, foliolis muticis, quatuor lateralibus subæqualibus, patulis. *Labellum* dissimile, porrectum, planum, obtusum, indivisum, basi bicallosâ. *Columna* semiteres, apice dilatato. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, compressæ, pulvereæ.

Herba *habitu ferè* Acianthi, (cui fortè nimis affinis.) Folium *reniforme, multinerve.* Flores *sæpiùs resupinati.* (nostrâ acceptatione.)

Obs. An hujus generis Malaxis lilifolia *Sw.*? structurâ subsimilis, habitu tamen diversa.

C. *reniformis.* (J.) *v. v.*

CHILOGLOTTIS.

Perianthium bilabiatum, foliolis *lateralibus exterioribus* canaliculatis, apice teretibus, labello suppositis. *Labellum* unguiculatum, disco laminæ glanduloso basique *Appendiculâ* lingulatâ. *Columna* apice bifido. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, compressæ, pulvereæ.

Herba *glabra.* Bulbi *solitarii, nudi, caudicem descendentem, radicantem terminantes.* Folia *radicalia duo, approximata, ovalia, multinervia, basibus angustatis vaginâ scariosâ inclusis.* Scapus *uniflorus, medio unibracteatus.* Flos *rufus, bracteâ præterea nullâ.*

Obs. Affinitate proximum esse videtur *Cyrtostyli*, sed aliquam analogiam etiam cum *Pterostyli* habet, convenit enim bulbis,

bis, foliis radicalibus, perianthii foliolis lateralibus corniculatis, basique connatis, denique situ appendicis labelli.

C. *diphylla.* (J.) *v. v.*

ERIOCHILUS.

Perianthium bilabiatum, foliolis *lateralibus exterioribus* unguiculatis, labello suppositis, *interioribus* erectis, minoribus. *Labellum* unguiculatum, inappendiculatum, disco pubescenti, eglanduloso. *Columna* semiteres, apice simplici. *Anthera* terminalis, persistens, mutica, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo quaternæ.

Herba. Bulbus *subglobosus, nudus, caudicem descendentem terminans.* Folium *radicale, unicum, subovatum, nunc cucullatum, basi vaginâ scariosâ inclusum.* Scapus 1—3-*florus, bracteis præter florales nullis.* Flores *albi v. purpurascentes, ovario perianthioque extus pube subglandulosâ brevissimâ conspersis.*

Obs. Genus proximum Caladeniæ.

E. *autumnalis.* (J. D. M.) *v. v.*
Epipactis cucullata. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 61. *t.* 211. *f.* 2.

CALADENIA.

Perianthium bilabiatum, extùs glandulosum, labio superiore planiusculo. *Labellum* unguiculatum, cucullatum, subtrilobum, v. apice angustatum, disco glandulis seriatis ornato. *Columna* membranaceo-dilatata. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, compressæ, semibilobæ, pulvereæ.

Herbæ *pulcherrimæ, glanduloso-pubescentes, pilis simplicibus intermistis.* Bulbi *indivisi, caudicem descendentem terminantes, tegmine lamelloso inclusi!* Folium *caulinum unicum, subradicale, sæpiùs lineare, basi vaginâ inclusum.* Scapus *bracteâ præter florales unicâ instructus,* 1—3-*florus.* Flores *inodori, colore varii.* Anthera *sæpissimè mucronata.*

I. *Perianthii foliola quatuor subæqualia, labium inferius efformantia.* Caladeniæ veræ.

1. C. *alba,* perianthii foliolis acutiusculis, columnâ labelloque exvittatis, glandulis biseriatis: superioribus arcuatis capitulo concolori, lobo intermedio longitudinaliter fimbriato: disco eglanduloso. (J. T.) *v. v.*

 2. C. *car-*

2. C. *carnea*, perianthii foliolis acutis, columnâ labelloque vittatis, glandulis biseriatis: superioribus strictis capitulo colorato, lobo intermedio longitudinaliter fimbriato: disco nudo. (J. T.) *v. v.*

3. C. *cærulea*, perianthii foliolis acutis, labello vittato: glandulis biseriatis, lobi intermedii marginibus integerrimis: disco glanduloso, bracteâ scapi adpressâ. (J. D.) *v. v.*

4. C. *deformis*, perianthii foliolis obtusiusculis, labelli glandulis biseriatis, lobi intermedii marginibus fimbriatis: disco glandulis confertis, bracteâ scapi patente foliaceâ. (D.) D. Paterson. *v. s.*

5. C. *alata*, perianthii foliolis acutissimis: interiorum lateralibus divaricatis, columnâ labelloque vittatis, glandulis biseriatis, lobo intermedio basi utrinque unidentato: disco eglanduloso, folio lineari. (J.) *v. v.*

6. C. *flava*, perianthii foliolis acutis, labelli laminâ basi cordata, glandulis biseriatis: infimis longioribus: supremis fasciculatis, lobo intermedio basi utrinque bidentato dentibus lobum subæquantibus: disco eglanduloso, lateralibus acutis, mucrone antheram æquante, folio lanceolato scapoque hirsuto 2-3-floro. (M.) D. Menzies. *v. s.*

7. C. *latifolia*, perianthii foliolis acutis, labelli glandulis biseriatis approximatis, lobo intermedio basi utrinque bidentato dentibus lobo ter brevioribus: disco eglanduloso, folio lanceolato-oblongo pubescenti, scapo hirsuto 2-3-floro. (D.) D. Paterson. *v. s.*

8. C. *gracilis*, perianthii foliolis acutis, labelli glandulis quadriseriatis, lobis lateralibus latioribus quam longis nudiusculis, intermedio breviter fimbriato: disco basi glanduloso. (D.) D. Paterson. *v. s.*

9. C. *testacea*, perianthii foliolis acutis, labelli glandulis depressis quadriseriatis, lobis lateralibus latioribus quàm longis, intermedioque fimbriato: glandulis disci congestis. (J.) *v. v.*

10. C. *congesta*, perianthii foliolis acutis, labelli glandulis subquadriseriatis depressis: quatuor infimis stipitatis dissimilibus, lobis lateralibus longioribus quàm latis intermedioque nudo: disco glanduloso. (D.) D. Paterson. *v. s.*

11. C. *filamentosa*, perianthii foliolis longissimè acuminatis, labello crenulato, glandulis disci biseriatis, apice angustato nudo eglanduloso. (D.) D. Paterson. *v. s.*

12. C. *Patersoni*, perianthii foliolis longissimè acuminatis, labello

bello fimbriato, glandulis disci sparsim sexseriatis, apice angustato crenulato. (D.) D. Paterson. *v. s.*

13. C. *dilatata*, perianthii foliolis longissimè acuminatis, glandulis rarioribus extùs conspersis, labello medio dilatato ibique fimbriis elongatis: infrà nudo; suprà crenulato, disci glandulis confertim quadriseriatis. (D.) D. Paterson. *v. s.*

II. *Labium inferius bipartitum: Foliola interiora adscendentia elongata, angustata.* Leptoceras.

14. C. *Menziesii*, folio lanceolato-ovato, glandulis labelli biseriatis. (M.) D. Menzies. *v. s.*

15. C. *macrophylla*, folio elongato-lanceolato, labelli glandulis quadriseriatis. (M.) D. Menzies. *v. s.*

LYPERANTHUS.

Perianthium ringens, extùs eglandulosum, foliolo postico *exteriorum* fornicato; reliquis planiusculis, subæqualibus. *Labellum* brevius, marginibus adscendentibus semicucullatum, apice angustatum, disco glanduloso v. papuloso. *Columna* linearis. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in loculo singulo binæ, pulvereæ.

Herbæ *terrestres, glabræ.* Bulbi *nudi, indivisi, caudicem descendentem suprà radicantem terminantes.* Caulis *juxta basin unifolius, suprà bracteis, præter florales, duabus instructus.* Flores *racemosi, atro-rufi,* (unde nomen) *sæpiùs resupinati.*

Obs. Affinitas hinc *Caladeniæ*, inde *Corysanthi.*

1. L. *suaveolens*, folio lineari elongato, labio inferiore diphyllo, foliolis lateralibus interioribus adscendentibus, labelli disco glandulis seriatis sessilibus: marginibus nudis. (J.) *v. v.* ✓

2. L. *ellipticus*, folio lanceolato-elliptico, labelli disco papuloso: marginibus nudis. (J.) D. G. Caley. *v. s.* ✓

3. L. *nigricans*, folio cordato-ovato, labio inferiore tetraphyllo, labello fimbriato: disco papuloso. (J. M.) *v. v.* ✓

GLOSSODIA.

Perianthium foliolis quinque, æqualibus, patentibus. *Labellum* dissimile, brevius, indivisum, eglandulosum. *Appendix* inter labellum et columnam. *Anthera* columnam membranaceo dilatatum terminans, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, compressæ, pulvereæ.

Herbæ *terrestres, pilosæ.* Bulbi *indivisi, tegmine lamelloso.*

Folium

Folium *radicale unicum, basi vaginâ membranaceâ inclusum.* Scapus 1- *rarò* 2-*florus, bracteâ, præter florales, unicâ instructus.* Flos *cæruleus.* Appendix *linguam serpentis æmulans.* (unde nomen.)

Obs. Genus arctè affine *Caladeniæ*, sed Labello eglanduloso, Appendice inter Labellum et Columnam, denique flore vix bilabiato, diversum.

1. G. *major*, appendice semibifidâ: lobis patentibus acutis. (J.) *v. v.*

2. G. *minor*, appendice bipartitâ: lobis parallelis obtusis. (J.) *v. v.*

PTEROSTYLIS.

Perianthium ringens, tetraphyllum, foliolo inferiore bifido, (è duobus infrà cohærentibus conflato.) *Labellum* unguiculatum, subinclusum. *Lamina* basi appendiculatâ v. gibbosâ. *Ungue* infrà labio inferiore connato. *Columna* basi galeâ connata, apice alata. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, compressæ, pulvereæ. *Stigma* medio columnæ adnatum.

Herbæ *terrestres, glabræ.* Bulbi *nudi, indivisi, caudicem descendentem radiciformem terminantes.* Folia *nunc radicalia stellata, nervosa, membranacea, scapo bracteato aphyllo; nunc caulina alterna, radicalibus nullis.* Flores *solitarii rariùsve racemosi, ochroleuci, sæpiùs majusculi.*

Obs. Genus distinctissimum.

I. Appendix *apice diviso, penicillato.* Folia *radicalia stellata.* Scapus *bracteatus, aphyllus.*

1. P. *concinna*, foliis radicalibus stellatis, scapo medio unibracteato, labelli laminâ emarginatâ inclusâ columnam æquante. (J.) *v. v.*

2. P. *ophioglossa*, foliis radicalibus stellatis, scapo medio ebracteato, labelli laminâ emarginatâ columnam superante apice exserto. (J. T.) *v. v.*

3. P. *curta*, foliis radicalibus stellatis, bracteis scapi præter floralem 2—3, flore erectiusculo, labio inferiore breviore galeâ acutiusculâ, labelli laminâ integrâ. (J.) *v. v.*

4. P. *acuminata*, foliis radicalibus stellatis, bracteâ scapi præter floralem unicâ, flore erectiusculo, labio inferiore parùm longiore,

longiore, galeâ acuminatâ, labelli laminâ integrâ: apice attenuatâ exsertâ columnam superante. (J.) *v. v.*

5. P. *pedunculata*, foliis radicalibus stellatis, bracteâ scapi præter floralem pedunculo aliquoties breviorem unicâ, flore erectiusculo glabro, labio inferiore multò longiore galeâ acutiusculâ, labello integro incluso obtusiusculo columnâ breviore. (D.) D. Paterson. *v. s.*

6. P. *cucullata*, foliis radicalibus stellatis acutis subsessilibus, bracteâ scapi floralique foliaceis reticulatis cucullatis laxis, flore erectiusculo pubescentulo, labio inferiore vix longiore galeâ acutiusculâ, labello integro obtusiusculo. (D.) *v. v.*

7. P. *nana*, foliis radicalibus stellatis ovatis acutis petiolo parùm longioribus, scapo pubescentulo, flore erecto, labio inferiore longiore galeâ acutiusculâ, labello lanceolato integro. (D.) D. Paterson. *v. s.*

8. P. *nutans*, foliis radicalibus stellatis, flore nutante, labiis longitudine subæqualibus, galeâ acuminatâ, labello apice attenuato truncato. (J.) *v. v.*

II. Appendix *apice diviso sæpiùs penicillato.* Folia *radicalia in plantâ floridâ nulla.* Caulis *foliosus.*

9. P. *obtusa*, caule unifloro, labelli laminâ obtusâ apice haud angustato, appendice penicillatâ. (J.) *v. v.*

10. P. *reflexa*, caule unifloro, labelli laminâ apice sensim angustatâ acutâ, appendice penicillatâ, foliolorum lateralium margine interiori medio dilatato integro. (J.) *v. v.*

Disperis alata. Labill. nov. holl. 2. p. 59 t. 210?

11. P. *revoluta*, caule unifloro, labelli laminâ apice sensim angustato acuto, appendice penicillatâ, foliolorum lateralium margine interiori medio dilatato crenato-inciso. (J.) *v. v.*

12. P. *grandiflora*, caule unifloro, labelli laminâ apice filiformi obtuso, appendice penicillatâ, foliolis lateralibus sursum elliptico-dilatatis. (J.) D. Bauer et Caley. *v. s.*

13. P. *parviflora*, caule 2—5-floro, labio inferiore breviore, appendice apice trifurco. (J.) *v. v.*

III. Appendix *obtusa, indivisa.*

14. P. *longifolia*, caule folioso, foliis radicalibus nullis. (J.) D. Caley. et Bauer. *v. s.*

15. P. *squamata*, foliis radicalibus stellatis, bracteis scapi subimbricatis, labiis perianthii acuminatis, labelli laminâ crassiusculâ longitudinaliter ciliatâ. (D.) *v. v.*

16. P. *rufa*, foliis radicalibus stellatis, bracteis scapi remotis, labii-

labiis perianthii acuminatis, labelli laminâ crassiusculâ longitudinaliter ciliatâ. (J.) *v. v.*

17. P. *gibbosa*, foliis radicalibus stellatis, bracteis scapi distantibus, labiis perianthii acuminatis, labelli laminâ crassiusculâ basi utrinque unisetâ suprà nudâ. (J.) *v. v.*

18. P. *mutica*, foliis radicalibus stellatis, labiis perianthii obtusiusculis, labelli laminâ membranaceâ. (J.) *v. v.*

IV. *Dubiæ tribûs.*

19. P. *dubia*, foliis radicalibus - - - ? caulinis duobus, florali pedunculo breviore, perianthio pubescentulo, labelli laminâ integrâ, appendice penicillatâ.

Obs. An varietas *P. cucullati* ?

CORYSANTHES.

Perianthium ringens; *Galea* magna; *Labio inferiore* 4-partito, nano, a labello occultato. *Labellum* maximum, cucullatum, v. tubulosum. *Anthera* terminalis, unilocularis! semi-bivalvis, persistens. *Massæ Pollinis* 4, pulvereæ.

Herbæ *pusillæ, glabræ.* Bulbi *nudi, indivisi.* Folium *radicale unicum, subrotundum, quandoque sublobatum.* Flos *subsessilis, maximus, saturatè rufus.*

Obs. Affinitate proxima *Lyperantho nigricanti.*

1. C. *fimbriata*, labello ecalcarato infrà cucullato suprà dilatato: marginibus inflexis fimbriatis. (J.) *v. v.*

2. C. *unguiculata*, labello ecalcarato tubuloso apice aperto obliquo, galeâ unguiculatâ, flore pendulo. (J.) D. Bauer. *v. s.*

3. C. *bicalcarata*, labello tubuloso: apicis dilatati marginibus reflexis; basi bicalcaratâ. (J.) *v. v.*

Obs. Si Corybas aconitiflorus *Salisb. parad.* 83. ad hanc speciem pertinet, quod non admodum improbabile, quamvis radice a bulbis totius generis alienâ et foliis utrinque viridibus, nec subtùs purpurascentibus, differt, tunc certè vel ad siccum (ne quidem maceratum) exemplar vel oculis conniventibus contemplatus fuit; quippe auctor antheram (cujus valvulæ post dehiscentiam explanatæ sunt,) pro styli processu, et massas pollinis ipsas pro antherâ biloculari describere non hesitavit. Et equidem si omnia accuratè depicta et descripta fuissent nihilominùs nomen meum retinuissem, utpote priùs impositum et auctore modò citato (Corybas nondum evulgato) cognitum, qui insuper plus unâ vice, non sine admiratione, contemplatus est figuram

figuram pulcherrimam pictam D. Bauer, cujus tamen nullam mentionem fecit.

Notatu quoque dignum, quod hæc planta (si reverâ eadem ac Corysanthes bicalcarata sit,) in vicinitate Portûs Jackson adeo rara est, ut perpauca tantummodo exemplaria usque ad annum 1805 lecta fuere, quamvis a D. Paterson, Bauer, Caley, et meipso, diversis annis, variis temporibus et locis, ob eximiam pulchritudinem et structuram singularem, summâ diligentiâ quæsita fuit; nec eamdem in herbario Alex. Gordon, quod tunc temporis in Novâ Cambriâ evolvi, mihi observare licuit: nuper autem in horto quodam Angliæ (teste Salisburio,) flores perfecit.

CALEANA.

Perianthium foliolis quinque subæqualibus, angustis. *Labellum* posticum, unguiculatum: *Lamina* peltata, cava, foramine exteriore. *Columna* petaloideo-dilatata. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* in singulo loculo binæ, pulvereæ.

Herbæ *glabræ*. Bulbi *indivisi, nudi, caudicem descendentem suprà fibrosum terminantes, novello pedicellato.* Folium *radicale unicum, lineare, basi vaginâ inclusum.* Scapus *bracteâ præter florales unicâ v. nullâ, pauciflorus.* Flores *fusco-virides, labello columnâque rufis. Labellum mobile, reflexum, instante pluvio, luce diminutâ? vel irritatione inflexum, columnæ incumbens.*

Obs. Genus pulchrum et valdè distinctum dixi in honorem Georgii Caley, botanici periti et accurati, qui jam per plures annos sumptibus et patrocinio illust. D. Banks. plantas Novæ Cambriæ investigavit, plurimasque novas, nobis haud omnino incognitis, sed in hoc opusculo non describendis detexit.

1. C. *major*, folio lanceolato-lineari plano, scapo medio unibracteato, laminâ labelli lævi: utrâque extremitate angustatâ semiovatâ. (J.) *v. v.*

2. C. *minor*, folio filiformi-lineari canaliculato, scapo medio ebracteato, labelli laminâ tuberculatâ: apice angustato bilobo. (J.) *v. v.*

Sect. IV. Monandræ. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua, loculis approximatis. *Pollinis massæ* e lobulis numerosis, angulatis, elasticè cohærentibus, conflatæ. *Radicum Parasiticæ.*

GASTRODIA.

Perianthium monophyllum, tubulosum, ore 5-lobo, lobis infrà secundis. *Labellum* inclusum, liberum, unguiculatum, columnæ incumbens. *Columna* longa, apice cavo, basi anticè incrassata, ubi Stigma. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua, loculis approximatis. *Massæ Pollinis* e particulis angulatis, majusculis, elasticè cohærentibus.

Herba *supra radices parasitica.* Radix *carnosa, ramosa, articulata.* Scapus *aphyllus, vaginis alternis, brevibus.* Flores *racemosi, porrecti, albicantes, v. ochroleuci,* Sesami *haud absimiles.*

Obs. Affinitatem haud levem habet cum Epipogio, (quod Limodorum Epipogium *Sw.*) præsertim Antherâ deciduâ cum Polline è particulis majusculis elasticè cohærentibus, necnon Stigmate ad basin Columnæ elongatæ sito.

G. *sesamoides.* (J.) *v. v.*

Sect. V. Monandræ. *Anthera* terminalis, mobilis, operculiformis, decidua. *Pollinis massæ* cereaceæ, læves. *Parasiticæ, paucæ Terrestres.*

DIPODIUM.

Perianthii foliola 5, æqualia, patentia. *Labellum* dissimile, trifidum, disco barbato, basi saccatâ. *Columna* semi-cylindracea. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua. *Massæ Pollinis* in singulo loculo singulæ, lobulo interiore auctæ, filis distinctis glandulæ stigmatis affixæ.

Herbæ *terrestres, aphyllæ, glabræ.* Radix *crassa, ramosa.* Caulis *basi vaginis imbricatis, suprà distantibus instructus.* Flores *racemosi, purpurei.*

Obs. Adfines Limodoris, Cymbidiisque capensibus, Polline simili donatis, cujus tamen Massæ in iis, ut in ferè omnibus sectionis, filo communi stigmati affixæ. Cymbidia et Limodora

dora ferè omnia ulterius examen requirunt, præsertim respectu Antheræ. Interea Limodorum abortivum, cui primum nomen genericum a *Tournef.* datum fuit, a reliquis differt Polline farinaceo: de Epipogio *Gmel.* jam dictum est. Species terrestres utriusque generis cum Massis Pollinis quaternis in singulo loculo, aliud genus efformare videntur cujus Limodorum Tankervillæ, et Cymbidium verecundum exempla sunt.

1. D. *punctatum,* vaginis radicalibus latè ovatis acutis ecarinatis: superioribus longitudinaliter fissis. (J. D.) *v. v.*
Dendrobium punctatum *Smith, ex. bot.* 1. *p.* 21. *t.* 12.
Obs. Cymbidium squamatum *Sw.* ejusdem generis et quam maximè affine, differt Vaginis radicalibus oblongis carinatis, superioribus basi integris.

CYMBIDIUM. *Sw.*

Perianthii foliola 5, subæqualia, patentia, v. erectiuscula. *Labellum* basi concavum, ecalcaratum, a foliolis exterioribus distinctum, laminâ patulâ. *Columna* aptera. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua. *Pollen* cereaceum.

Obs. *Genus nimis artificiale, posthac certè dividendum.*

I. *Parasitica v. Rupestria, Perianthio patenti v. reflexo.*

1. C. *canaliculatum,* foliis elongato-linearibus altè carinatis rigidis, scapis axillaribus basi bracteis imbricatis, racemis multifloris, perianthio patenti foliolis acutis, labello intùs bicarinato: apice trilobo. (T.) *v. v.*

2. C. *suave,* foliis elongato-linearibus carinatis, scapis axillaribus basi bracteis imbricatis, racemis multifloris, perianthio patenti foliolis obtusis, labello ecarinato indiviso. (J.) *v. v.*

3. C. *reflexum,* foliis lanceolato-ensiformibus carinatis, racemo multifloro, perianthii foliolis linearibus reflexis, labello infrà canaliculato erecto suprà planiusculo reflexo: apice 3-dentato. (J.) *v. v.*
Obs. A plerisque congenerum valdè diversum.

II. *Terrestria. Perianthio patenti unilabiato; Labello basi saccato, respectu racheos interiore.*

4. C. *pictum,* racemo pendulo multifloro, bracteis lineari-lanceolatis ovaria subæquantibus, labello ovato retuso picto: callo

callo disci ovato apice soluto dentato, foliis lanceolato-oblongis. (T.) *v. v.*

Obs. Limodorum mutans *Roxb. Corom.*, a quo nostra planta fortè haud specificè diversa, hujus phalangis est; hæ autem cum Limodoro recurvo *Roxb.* aliisque speciebus Indiæ Orientalis, genus proprium efformare videntur Malaxidi proximum habitu, nec multum absimile structurâ columnæ florisque expansione.

SARCOCHILUS.

Perianthii foliola 5, æqualia, patentia, duo exteriora cum ungue labelli subtùs connata. *Labellum* posticum, ecalcaratum, ungue columnâ continuo; Laminâ calceiformi, lobo intermedio carnoso, solido. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua. *Pollen* cereaceum.

Obs. Medium tenet inter Cymbidia parasitica perianthio patenti, et Dendrobia, his tamen habitu et structurâ paulò magis accedens sed vix conjungendus.

S. *falcatus.* (J.) *v. v.*

DENDROBIUM. *Swartz.*

Perianthium erecto-patens, foliola lateralia exteriora cum ungue labelli ecalcarati basi connata, calcar æmulantia. *Labelli* lamina articulata cum ungue columnâ continuo. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua.

Obs. Genus forsan dividendum. Species enim Labello postico. (Floribus resupinatis secund. Auct.) aliquantulum differunt structurâ Antheræ. Ad hanc phalangem ferè omnes species Novæ Hollandiæ pertinent, in quibus racemi oppositifolii, nec axillares v. verè terminales sed instar ramorum ex opposito latere articuli caulini orti.

1. D. *undulatum,* foliis bifariis ovali-oblongis emarginatis, racemis oppositifoliis longissimis, labello intùs 5-carinato: lobo intermedio oblongo foliolisque interioribus perianthii undulatis. (T.) *v. v.*

2. D. *speciosum,* caulibus erectis, apice 2-3-phyllis, foliis ovali-oblongis integerrimis racemo terminali multifloro brevioribus, perianthii foliolis angusto-oblongis, labello infra divisuram carinâ unicâ: lobo intermedio latiore quam longo ecarinato. (J. T.) *v. v.*

Dendrobium speciosum. *Sm. ex. bot.* 1. *p.* 17. *t.* 10.

3. D. *æmu-*

3. D. *æmulum*, caulibus erectis apice 2-3-phyllis, foliis ovali-oblongis integerrimis racemo terminali multifloro brevioribus, perianthii foliolis linearibus, labello infra divisuram carinâ triplici: lobo intermedio semiovato acutiusculo unicarinato. (J.) *v. v.*

4. D. *canaliculatum*, caulibus erectis abbreviatis bulbiformibus apice subtriphyllis, foliis semicylindraceis canaliculatis acutis carnosis, scapo terminali, racemo multifloro, perianthii foliolis oblongis, labelli lobis lateralibus oblongis: intermedio subrotundo acuto disco 3-lamelloso. (T.) B. *v. s.*

5. D. *rigidum*, caulibus repentibus, foliis oblongo-lanceolatis acutis carnosis longitudine racemi pauciflori patuli, perianthii foliolis oblongis acutiusculis æquantibus labellum laminâ oblongâ obtusâ. (T.) B. *v. desc. et ic. pict.*

6. D. *linguiforme*, caulibus repentibus, foliis ovalibus obtusis depressis carnosis racemo aliquoties brevioribus, perianthii foliolis elongato-linearibus acutis, labelli lobo intermedio undulato tricarinato. (J.) *v. v.*
Dendrobium linguæforme. *Sw. in stockh. trans.* 1800. *p.*247. *Sm. ex. bot.* 1. *p.* 19. *t.* 11. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 138.

7. D. *teretifolium*, caulibus repentibus, foliis filiformibus teretibus, perianthii foliolis elongato-linearibus apice angustatis, labello tricarinato: lobo intermedio lineari-lanceolato acuminato crispato. (J.) *v. v.*
Obs. Species proxima D. *crispato*, quod differt floribus ferè dimidio minoribus, labello perianthiique foliolis acutissimis nec acuminatis.

AROIDEÆ. *Juss.*

Typhæ. *Juss.*

Flores supra spadicem aggregati; modò diclines sæpiùsque nudi; modò hermaphroditi, perianthio 4—6-raró 3-diviso plerumque instructi.

Stamina

Stamina in nudis aggregata; in calycatis perianthii lobis opposita, sæpiùsque numero æqualia, *Antheris* posticis.

Ovaria in diclinibus in eodem v. distincto spadice inferiora, aggregata: in hermaphroditis intra perianthium solitaria, libera, 1—3-locularia, 1-polysperma; ovulis erectis, nunc inversis v. parietalibus. *Stylus* 0, v. simplex. *Stigma* 1.

Pericarpium clausum, baccatum v. nucamentaceum.

Semina albuminosa, raró (germinatione inceptâ?) exalbuminosa.

Embryo in axi albuminis, rectus, teres, monocotyledoneus.

Radicula obtusa, umbilicum spectans v. raró eidem contraria. *Cotyledon* teres, hinc (extùs in pericarpio polyspermo,) rimâ brevi longitudinali radiculæ approximatâ. *Plumula* 2-3-phylla, foliolis margine involutis, exteriore cotyledoni opposito ejusdem rimæ marginibus amplexo, plus minus denudato! interiora opposita amplexante.

Herbæ v. *Suffrutices*. *Radix* sæpè tuberosa v. incrassata. *Folia* vaginantia, simplicia v. composita, sæpiùs omnia radicalia. *Spadix* terminalis v. lateralis v. radicalis, plerumque solitarius spathâque involutus, nunc nudus.

Obs. I. Character unicus toti ordini communis in Embryone positus est, qui ab omnibus monocotyledonibus structurâ longè diversus. In Gramineis plumula extra cotyledonem quoque exstat; sed hæ, Embryone extra albumen sito, cotyledone peculiari et vaginâ propriâ plumulæ ab Aroideis facilè distinguuntur.

Structura suprà descripta primùm observavi in *Callâ palustri:* dein confirmavi in variis speciebus *Ari*, in *Acoro gramineo*, in *Gymnostachi*, in *Potho* et in *Sparganii* triplici specie. In *Typhâ* fateri oportet, (quamvis forsan ob exilitatem partium) rimam haud observare licuit.

In nonnullis hujus ordinis uti in *Dracontio polyphyllo* et *fœtido* semina exalbuminosa, plumula (punctum germinans) lateralis, nuda, sæpiùs solitaria sed quandoque duplex v. triplex! e squamulis imbricatis constat. In *Dracontio polyphyllo* squamulæ extimæ, germinatione inceptâ, citò marcescunt, aliæ paulò majores interiores dein in conspectum

tum veniunt, et diutiùs persistunt circa basin folii primarii, ante cujus productionem radiculæ nullæ emittuntur: hic itaque habemus semina verè acotyledonea, qualia forsan Orchidearum, si modò albumine destituta sint.

Obs. II. His jam scriptis et prelo mandandis ad manus pervenit egregia dissertatio D. Du Petit Thuars (*in Nouv. Bullet. des Sciences* evulgata) de germinatione monocotyledonum, in quâ structura occurrit Aroidearum subanaloga, nempe in novo genere auctoris *Ouvirandra* nuncupato, cujus semen exalbuminosum, et ad Embryonis alterum latus applicitur ligula, (verbis auctoris utor) quæ, germinatione inceptâ, in folium convertitur, e cujus alâ alterum mox emittitur, denique radiculæ ex ipsâ substantiâ embryonis propullulant: hæ radiculæ verò si solummodò ab ejusdem extremitate inferiore ortum ducant ut in Icone expressæ sunt, regulam generalem sequuntur, sin verò, ut forsan e descriptione concludere liceat, e totâ substantiâ derivatæ, tunc certè hujus regulæ exceptionem hactenus planè inauditam exhibent.

Obs. III. In eadem dissertatione *Taccæ* germinatio descripta et iconibus illustrata est, in hâc secundum auctorem, Embryo mediocris, albumine inclusus, in primo evolutionis stadio Liliacearum germinationem omninò æmulat, mox autem ab ipso seminis corpore mole aucto et ex albumine embryoneque conflato, radiculæ primùm et dein folia ipsa emittuntur; incertus quidem est auctor de origine harum gemmarum, sed æquè mirabilis et contra omnem analogiam sive ab albuminis substantiâ sive ab embryonis extremitate cotyledoneâ ortum ducant; et quoniam, ut suprà dictum est, in Dracontio polyphyllo aliisque Aroidearum familiæ, huic generi aliquo modo similibus, semina intra pericarpium quasi in tubera, punctis uno pluribus quandoque germinantia, conversa sunt, liceat forsan conjecturare similem mutationem interdum quoque in *Taccâ* obtinere: de hâc re autem, omni attentione dignâ, sententiam et ulteriores observationes laudati auctoris avidè expectamus.

Sect. I. Flores diclines; Perianthio nullo. *Aroideæ veræ.*

ARUM.

Ari species. *L.*

Spatha monophylla, cucullata, basi convoluta. *Spadix apice* nudus, *medio* staminifer, antheris multiserialibus; basi femineus;

mineus: sæpiùs *Staminibus* pistillisve sterilibus fertilibus approximatis. *Baccæ* uniloculares, polyspermæ. *Semina* parieti alteri inserta. *Radicula* umbilico obversa.

Obs. Genus posthac dividendum secundum ovarii structuram quod in pluribus polyspermum quibus itaque nomen retinendum; in nonnullis certè monospermum: inquirendum quoque annon in Aris genuinis spadicis appendices semper antheris approximatæ, ideoque pro staminibus sterilibus habendæ dum in monospermis ubi exstant ovariis contiguæ pro pistillis imperfectis considerandæ sint.

1. A. *orixense*, foliis hastato-tripartitis, spathâ pedunculatâ bicolori spadice longiore: apice lanceolato deflexo. (J.) *v. v.*

Arum orixense. *Roxb. MSS. Andr. repos.* 356.

CALLADIUM. *Vent. Cels.* 30.

Culcasia. *Palis. fl. d'ow.* 3. *t.* 3.

Spatha monophylla, cucullata, basi convoluta. *Spadix* ad *apicem* staminifer, mucrone quandoque nudo; *medio* glandulosus; *basi* ovariis tectus. *Antheræ* peltatæ, sub peltâ ad ambitum multiloculares. *Glandulæ* (stamina sterilia) obtusæ. *Stigma* umbilicatum. *Bacca* monosperma?

Obs. An omnes v. plures Baccâ monospermâ instructæ sint in posterum determinandum.

1. C. *acre*, acaule, foliis peltatis, cordatis, spadice usque ad apicem obtusiusculum antherifero mucronulove brevissimo nudo, spathâ lanceolatâ dimidio breviore. (T.) *v. v.*

Obs. *C. esculento* quam maximè affine et diversum solùm spadice ad apicem usque staminifero, nec mucrone acuto manifesto nudo uti in iconibus *Rumph.* 5. *t.* 110. *f.* 1. et *Rheed. mal.* 11. *t.* 22. quæ ambæ eandem plantam sistunt; nec video quo modo ab iisdem Arum Colocasia differt.

2. C.? *macrorhizon*, subacaule, foliis profundè cordatis repandis. (T.) B. *v. s.*

Arum macrorhizon. *L.*

Arum maximum macrorhizon zeylanicum. *Herm. parad.* 73. *c. tab.* bona.

Arum indicum sativum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 308. *t.* 106. bona, sed spatha cum spadice seorsim depicta forsan diversæ speciei, descriptioni enim vix quadrant.

Sect.

Sect. II. *Flores* hermaphroditi; *Perianthio* instructi. *Orontiaceæ*.

DRACONTIUM.

Dracontii species. *L.*

Spatha cymbiformis. *Spadix* cylindraceus, floribus tectus. *Perianthium* 5—7-partitum. *Stamina* 5—7. *Ovarium* 3-loculare, loculis monospermis, ovulis pendulis? *Bacca* 1—3-sperma. *Semina* exalbuminosa.

Obs. Character fructûs e D. polyphyllo desumptus cujus flores iterum examinandi, reliquarum plures incertæ.

Dracontium fœtidum *L* proprii generis esse videtur ob flores 4-fidos, baccas coadunatas, semine magno exalbuminoso. Descriptio floris hujus a Clayton in *Flor. virgin* p. 141. et a D. Cutler, in *Mem. amer. acad.* 1. *p.* 407. Scunk Cabbage.

Dracontium pertusum *L.* auctoritate *Jacq. hort. schoenb.* 2. 184. propiùs accedit ad Callam, ob defectum perianthii.

1. D. *polyphyllum*, foliis decompositè-pedatis: laciniis pinnatifidis, scapo petiolis breviore. (T.) *v. v.*
Dracontium polyphyllum. *L.*

GYMNOSTACHYS.

Spatha minuta, carinata. *Spadix* cylindraceus, floribus undique tectus. *Perianthium* 4-partitum. *Stamina* 4, basi foliolorum inserta. *Ovarium* monospermum, ovulo pendulo. *Stigma* sessile, sphincteriforme. *Bacca* nuda. *Semen* albuminosum. *Embryo* inversus.

Herba *perennis, habitu peculiari.* Radix *e tuberibus fusiformibus, fasciculatis.* Folia *radicalia, graminea, elongata, nervosa.* Scapus *anceps, nudus.* Spadices *versus apicem scapi alternatim fasciculati, graciles, pedunculati, singuli bracteâ (spathâ) carinatâ, acutâ, pedunculum vix superante subtensi, undique densissimè tecti flosculis sessilibus, ebracteatis.* Baccæ *cæruleæ.*

G. *anceps.* (J.) *v. v.*

Sect. III. *Flores* diclines; *Perianthio* instructi, triandri; *Ovario* monospermo, ovulo pendulo. *Semen* albuminosum. Typhæ. *Juss.*

SPARGANIUM. *L.*

Amenta globosa, plura; *mascula* superiora; *feminea* inferiora, stigmatibus indivisis. *Drupa* exsucca, sessilis, mucronata.

1. S. *angustifolium*, foliis planis laxis caule longioribus, amentis masculis numerosis, stigmatibus ovalibus, drupis obovatis lævibus apice depressis. (J.) *v. v.*
Sparganium angustifolium. *Mich. flor. bor.-amer.* 2. *p.* 189?

TYPHA. *L.*

Amentum duplex, utrumque cylindraceum, pannosum, culmi apicem obvestiens; *masculum* superius, perianthio 3-setoso, staminibus stipiti communi impositis; *femineum* inferius, perianthiis papposis, ovariis stipitatis, stylis capillaribus. *Utriculi* stylo coronati, evalves.

Obs. Secundum *Gærtnerum* Embryo erectus est, sed semen certè pendulum, et Embryonis extremitas incrassata quæ ex analogiâ radicula est umbilicum usque attingit.

1. T. *angustifolia*, foliis semicylindricis extrorsùm planis, spicâ masculâ à femineâ remotâ. (J. D.) *v. v.*
Typha angustifolia. *L?*
Obs. Planta Novæ Hollandiæ Europæâ omnibus partibus major et forsan distincta: an eadem ac Typha domingensis *Pers. syn.* 2. *p.* 532?

Genera Aroideis affinia.

ZOSTERA.

Zosteræ species. *L.*

Flores monoici v. dioici. *Spatha* foliacea. *Spadix* inclusus, flosculis unilateralibus, alternis: *Staminibus* solitariis: *Ovariis* monospermis: *Utriculis* evalvibus.

Obs. Seminum fabrica iterum examinanda.

1. Z. *marina.* (D.) *v. v.* absque fructificatione ideoque species incerta.

CAULI-

CAULINIA. *Decandolle.*

Posidonia. *Konig. annal. bot.*

Flores hermaphroditi. *Perianthium* nullum. *Stamina* 3. *Filamenta* dilatata, calycina, persistentia, basi extùs antherifera. *Antheræ* adnatæ, lobis basi solutis. *Ovarium* monospermum. *Stigma* subsessile *Pericarpium* baccatum. *Semen* alterè parieti adnatum, exalbuminosum. *Embryonis* germinantis(?) *Radicula* maxima, infera. *Cotyledon?* 1. *Plumula?* teres, nuda.

Obs. Affinitate haud procul a Zosterâ et forsan Ruppiâ.

1. C. *oceanica*, foliis linearibus elongatis integerrimis: apice obtusissimo, stipulâ intrafoliaceâ brevissimâ truncatâ. (M. D.) *v. v.*

Caulinia oceanica. *Decand. flor. fran.* 3. *p.* 156. *Pers. syn.* 2. *p.* 562.

Posidonia Caulini. *Konig. in annal. bot.* 2. *p.* 96.

Kernera oceanica. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 947.

Zostera oceanica. *L. Caul. monogr. c. ic.*

Obs. Planta Novæ Hollandiæ forsan distincta, spicâ 4—6-florâ.

2. C. *serrulata*, foliis linearibus apice rotundatis extrorsum serrulatis, stipulâ intrafoliaceâ truncatâ brevissimâ. (M.) *v. v.* absque fructificatione.

Dubia species. Foliis alternis.

3. C. *antarctica*, caulibus ~~ramosis annulatis~~, foliis approximato-alternis linearibus truncatis bidentatis, stipulâ intrafoliaceâ truncatâ brevissimâ. (M. D. J.) *v. v.*

Ruppia antarctica. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 116. *t.* 264. absque fructificatione, quæ nondum detecta.

Incerti generis et ordinis. Foliis oppositis.

4. C. *spinulosa*, foliis oppositis cuneato-linearibus sessilibus trinervibus spinuloso-serratis basi hinc conduplicatis, ramis indivisis erectis. (T.) *v. v.* absque fructific.

5. C. *ovalis*, caule repente, foliis oppositis petiolatis ovali-oblongis integerrimis. (T.) *v. v.* absque fructific.

Obs. Hæc cum præcedenti ob folia opposita vix hujus generis, forsan diversi ordinis sint.

Zostera stipulacea. *Forsk. flor. ægypt.-arab.* 158. Cauliniæ ovali affinis est.

GENUS INTER AROIDEAS ET ARISTOLOCHIAS.

TACCA. *Forst.*

Perianthium superum, 6-partitum, regulare, persistens. *Stamina* 6. *Filamenta* basi laciniarum perianthii inserta, dilatata, suprà cucullata. *Antherarum* lobi discreti, cucullæ intùs adnati, apicibus solutis. *Ovarium* 1-loculare, placentis 3 parietalibus, polyspermis. *Stylus* 3-sulcus *Stigmata* 3, dilatata. *Bacca* polysperma. *Semina* striata, albuminosa. *Embryo* minutus, in regione umbilici.

Herbæ *glabræ*. Radix *tuberosa*. Folia *omnia radicalia palmata v. bipinnatifida*, (Dracontii polyphylli instar. *Scapus radicalis, indivisus.* Umbella *terminalis, simplex:* Involucro *polyphyllo, foliaceo:* Pedunculis *filis* (*pedunculis sterilibus ?*) *intermistis.*

OBS. Inter Aroideas et Aristolochias locanda sit Tacca, illarum nonnullis foliis peculiaribus similis, nec seminum germinatione multùm diversa: his tamen floris et pericarpii structurâ propiùs accedens. In Embryone tam minuto existentiam v. defectum rimæ plumulam exserentis haud determinare licuit.

T. *pinnatifida. Forst. Linn. suppl.* 251. (T.) *v. v.*

PANDANEÆ.

Flores dioici v. polygami: *Perianthio* destituti.

Masc. *Spadix* undique tectus: *Filamentis* monantheris. *Antheræ* biloculares.

Fem. *Spadix* undique tectus: *Ovariis* sæpiùs in phalanges connatis, unilocularibus: *Stigmatibus* totidem, sessilibus, adnatis.

Drupæ

Drupæ fibrosæ, in phalanges sæpiùs connatæ, partiales monospermæ: vel *Baccæ* pluriloculares, loculis polyspermis.
Albumen carnosum.
Embryo axilis, erectus. *Plumula* inconspicua.
Caudex arboreus, sæpiùsque stolones dimittens, nunc debilis, decumbens. *Folia* trifariam imbricata, elongata, lineari-lanceolata, amplexicaulia, marginibus sæpissimè spinosis. *Folia floralia* minora, sæpè colorata.

Obs. Ordo tropicus, prope Aroideas positus, præsertim ob inflorescentiam subsimilem, defectum perianthii, albuminis texturam, embryonisque situm, quibus notis longe recedit a Palmis, caudice arborescenti tantummodo similibus.
Alterum genus ab *Illust: Banks.* primùm observatum, et nuper a *D. Ferdinando Bauer* in Insulâ Norfolkiâ pulcherrimè depictum, a Pandano dignoscitur, Pericarpio baccato molli, loculis polyspermis, Seminibus minutis, striatis, altero latere strophiolâ longitudinali instructis.

PANDANUS. *Linn. suppl.*

Flores dioici.
Masc. *Spadice* composito.
Fem. *Drupæ* fibrosæ, sæpiùs in phalanges connatæ, partiales putamine osseo, monospermo. *Semen* basi affixum medio placentæ latere interiori putaminis adnatæ.
Caudex *arboreus, strictus.*

1. P. *pedunculatus,* caudice stolonizante, phalangibus druparum 8—18-locularibus: apice conico-lobato; basi subangustatâ. (T.) *v. v.*

2. P. *spiralis,* caudice stolonibus carente, phalangibus druparum 9—20-locularibus: apice depresso tesselato; basi obtusissimâ. (T.) *v. v.*

ALISMACEÆ.

ALISMACEÆ.

Perianthium 4—6-divisum, rarò nullum.
Stamina definita v. indefinita.
Ovaria libera, plura, 1-locularia, 1-polysperma. *Styli* et *Stigmata* totidem.
Capsulæ 1-polyspermæ.
Semina exalbuminosa. *Plumula* inclusa, in nonnullis (an in omnibus ?) conspicua.

Obs. Plumulam minutam, inclusam, indivisam non foliaceam, hactenus solummodo in duplici specie *Triglochinis* observavimus; in *Actinocarpi minoris* seminibus maturis nullam detegere licuit, ideoque in pluribus ordinis potentialem esse possit: ejusdem interea situs in *Triglochine* modum germinationis in totâ familiâ indicare videatur.

ALISMA. *L.*

Perianthium 6-partitum: foliola 3 exteriora tardiùs decidua, calycina: 3 interiora petaloidea. *Stamina* 6. *Ovaria* indefinitè numerosa, 1-sperma. *Capsulæ* distinctæ, non dehiscentes.

1. A. *Plantago,* foliis ovatis acutis, fructibus obtusè trigonis. *Linn. sp. pl.* 486. (J.) *v. v.*

ACTINOCARPUS.

Damasonium. *Juss.* Alismæ species. *L.*

Perianthium 6-partitum: foliola 3 exteriora tardiùs decidua: 3 interiora petaloidea. *Stamina* 6. *Ovaria* 6—8, basi connata, disperma. *Capsulæ* basi connatæ, suprà stellatæ.

Obs. Genus abundè distinctum ab Alismate, capsulis numero definitis, stellatis, basi connatis, dispermis. *Semina* alterna pedicellata, altero e fundo capsulæ orto erecto, altero ad ejusdem flexuram horizontali.

1. A. *mi-*

1. A. *minor*, fructibus 8-fidis : lobis transversim dehiscentibus : basi 8-alatâ persistenti, foliis trinervibus. (J.) *v. v.*

TRIGLOCHIN. *L.*

Perianthium 6-phyllum, deciduum, foliolis concavis ; 3 interioribus altiùs insertis. *Stamina* 6, brevissima. *Antheræ* posticæ, subsessiles. *Ovaria* 3—6, monosperma. *Styli* breves. *Stigmata* adnata. *Capsulæ* 3—6, evalves. *Semina* erecta.

1. T. *procerum*, capsulis 6, stigmatibus linearibus recurvis, spicâ longissimâ, foliis e basi teretiusculâ linearibus. (J. T.) *v. v.*

2. T. *dubium*, capsulis 3 oblongo-cylindraceis distinctis : 1-2 passim abortientibus, spicâ elongatâ. (T.) *v. v.*

3. T. *decipiens*, fructibus subrotundis, capsulis 3 dorso 3-carinatis apice muticis ; 3 sterilibus alternantibus dissepimentiformibus stigmatibus destitutis, foliis semiteretibus, stipulâ intrafoliaceâ indivisâ. (J. M. D.) *v. v.*

4. T. *mucronatum*, fructibus subturbinatis, capsulis 3 apice mucrone divaricato ; 3 sterilibus dissepimentiformibus, foliis teretiusculis, spicâ pauciflorâ. (M.) *v. v.* absque floribus.

POTAMOGETON. *L.*

Perianthium 4-partitum. *Stamina* 4. *Ovaria* 4, 1-sperma. *Nuces* sessiles. *Embryo* curvatus.

1. P. *natans*, foliis natantibus petiolatis ellipticis ovatisque basi rotundatis et subcordatis. (J. D.) *v. v.*
Potamogeton natans. *L.*

2. P. *perfoliatum*, foliis immersis cordatis amplexicaulibus nervosis : margine tenuissimè denticulatis. (J.) *v. v.*
Potamogeton perfoliatum. *L.*

3. P. *crispum*, foliis immersis lineari-oblongis obtusiusculis undatis serratis alternis : sub ramos oppositis, caule compresso. (J.) *v. v.* Linn.

4. P. *gramineum*, foliis linearibus obtusis, caule pedunculisque teretiusculis. (J.) *v. v.*
Potamogeton gramineum. *L.*

HYDRO-

HYDROCHARIDEÆ.

Flores hermaphroditi v. diclines.
Perianthium semipetaloideum, 3—6-fidum, in femineis ovario adhærens.
Stamina definita v. indefinita.
Ovarium 1. *Stigmata* plura.
Pericarpium baccatum v. capsulare, evalve, 1-pluriloculare.
Semina exalbuminosa. *Plumula* inconspicua.
Herbæ aquaticæ, habitu variæ.

DAMASONIUM. *Schreb. gen. pl.* 242.
Stratiotidis species. *L. Smith.*

Spatha monophylla, semibifida, alata. *Perianthium* superum, 6-partitum; foliolis tribus interioribus petaloideis. *Stamina* 6—12. *Ovarium* placentis 6—8, parietalibus, prominulis. *Stylus* brevis. *Stigmata* 6—12. *Bacca* polysperma. *Semina* testâ laxa, arilliformi, lanatâ.

Obs. Medium inter Stratiotidem et Hydrocharidem, a priori diversum habitu, structurâ spathæ et forsan seminum, hæc tamen in Stratiotide rursus examinanda. In *D. alismoidi* et *ovalifolio* semina exalbuminosa et intra testam breviter pedicellata observavi.

1. D. *ovalifolium*, foliis ovalibus natantibus petiolo multoties brevioribus, floribus 9—12-andris, petalis sessilibus. (J.) *v. v.*

VALLISNERIA. *L.*

Flores dioici.
Masc. *Spadix* conicus, undique tectus flosculis; *Spathâ* inclusus. *Perianthium* 3-partitum. *Stamina* 2.
Fem. *Spatha* monophylla, uniflora. *Perianthium* 3—6-partitum. *Stigmata* 3, bifida, extùs quandoque appendiculata. *Bacca* unilocularis, cylindracea, polysperma. *Semina* parietalia.

Obs.

OBS. In utrâque specie Novæ Hollandiæ Semina exalbuminosa esse videntur, integumento duplici, testâ echinatâ.

1. V. *spiralis*, scapo femineo spirali, foliis natantibus linearibus obtusis apice serrulatis. (J.) *v. v.*
Vallisneria spiralis. *L.* ?

2. V. *nana*, scapo femineo spirali capillari, foliis submersis linearibus acutis integerrimis. (T.) *v. v.*

GENERA HYDROCHARIDIBUS AFFINIA.

NAYAS. *L.*

Caulinia *Willd.*

Flores monoici.
Masc. *Perianthium* spathaceum. *Stamen* 1.
Fem. *Perianthium* nullum. *Ovarium* 1-spermum. *Stylus* 2-3-fidus. *Stigmata* indivisa. *Utriculus* coronatus. *Semen* inversum, exalbuminosum.

OBS. Masculi flores omnium rursus examinandi; in N. tenuifoliâ Anthera unilocularis, filamento instructa; Spatha indivisa.
Ob seminum structuram ad calcem Hydrocharidum posui, nec habitu multùm diversa est ab Elodeâ *Mich.* et Serpiculâ verticillatâ *L.* quæ genus distinctum prope Vallisneriam efformat.

1. N. *tenuifolia*, foliis oppositis subulato-linearibus spinuloso-dentatis: stipulis ciliatis, perianthiis masculis hinc fissis inde integris, antherâ 1-loculari pedicellatâ. (J. T.) *v. v.*
OBS. Valdè affinis Cauliniæ indicæ *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 182. an distincta species?

LEMNA. *L.*

Perianthium monophyllum, liberum. *Stamina* 2. *Ovarium* 2–4-spermum. *Stylus* 1. *Capsula* 1—4-sperma, evalvis.

OBS. Structura seminum adhucdum ignota, ordinatio itaque incerta; a Hydrocharidibus tamen differt ovario libero.

1. L. *trisulca*, frondibus lanceolatis petiolatis cruciatim cohærentibus. (J. D.) *v. v.*
Lemna trisulca. *L.*

2. L. *minor*, frondibus ovalibus utrinque planis, radicibus solitariis. (J. D.) *v. v.*
Lemna minor. *L.*

CHARA. *L.*

Flores diclines, monoici v. dioici, nudi.
Masc. *Anthera* globosa, sessilis.
Fem. *Stigmata* ? 5, sessilia. *Bacca* unilocularis, polysperma. (*Hedwig.*)

Obs. Hæc posui genus nulli, ut videtur affine, et cujus structura adhucdum minimè intellecta est.

1. C. *congesta,* caulibus nudis, verticillis distantibus decompositis: ramulis verticillatis congestis. (M. D. T.) *v. v.*

2. C. *australis,* caulibus nudis, verticillis inferioribus remotiusculis: ramis indivisis articulatis lævibus, floribus dioicis. (T. J.) *v. v.*

CYCADEÆ. *Pers. syn. 2. p.* 630.

Flores nudi, dioici, amentacei.
Masc. 2—5-andri, in dorso squamarum amenti conferti.
Antheræ sessiles, uniloculares, intùs longitudinaliter dehiscentes.
Fem. *Spadices* in amentum aggregati, nunc squamis masculis conformes.
Ovaria distincta, basi adnata, monosperma. *Styli* brevissimi, demùm pervii. *Stigmata* indivisa.
Drupa putamine osseo.
Albumen nucleo apice punctato conforme, carnosum, solidum.
Embryo inversus, funiculo longo radiculam affigenti, pseudo-dicotyledoneus, cotyledonibus suprà connatis.
Plumula squamulosa, ante germinationem conspicua.

Habitus

Habitus Palmarum. *Frondes* pinnatæ, novellarum pinnis spiraliter involutis. *Amenta* terminalia, solitaria, v. geminata, caudice post inflorescentiam prolifero.

Obs. Structura germinatioque Cycadis optimè illustratæ sunt a *Cel. Aubert Du Petit-Thuars,* cujus observationes confirmavimus in eâdem, v. maximè affini specie, necnon in Cycadi angulatâ, et in Zamiâ spirali.

In utroque genere Embryonis sulcus utrinque longitudinalis, plùs minùs obvius, cotyledonum duarum accretionem indicat, earumque separatio interna in regione Plumulæ, ante germinationem certè conspicuæ, manifesta est.

In hoc ordine igitur habemus, saltem respectu structuræ externæ Embryonis, transitum a Monocotyledonibus ad Dicotyledones: Plumulæ autem evolutio cum priori classe magis convenit; in his omnibus enim, Gramineis Aroideisque exceptis, foliola primaria hujus organi semper abortiva et squamuliformia, vel meræ vaginæ sunt, dum in Dicotyledonibus omnibus folia perfecta evadunt. Aliud discrimen forsan obtinet inter Plumulas duarum classium; in Dicotyledonibus ejusdem foliola primaria cum cotyledonibus alternant: in Gramineis et Aroideis contrà, in quibus solummodo e Monocotyledonum classi hanc determinare possumus, cotyledone opponuntur. Cycadeæ quantum de re tam minutâ judicare liceat hac ratione cum Dicotyledonibus quadrant.

In *Cycadi Thuarsii?* Indiæ orientalis, et in *angulatâ,* puncta areæ depressæ apicis seminis totidem canalibus brevibus respondent, gelatinâ homogeneâ primùm repletis et membranâ propriâ instructis, unico quantum observavimus embryonifero, quo augenti reliqui mox obliterati sunt.

In Cycadi circinali verâ, auctoritate iconis descriptione explicatæ a Cel. Roxburgh ab Indiâ orientali nuper transmissæ, Vitellus seu substantia carnosa cavitatem albuminis replet, a funiculo contortuplicato suspensus, et Embryonem includens!

CYCAS. *L.*

Spadices feminei conferti, sensim erumpentes, subensiformes, singuli utrinque *ovariis erectis,* marginalibus (pluribus) instructi, suprà frondosi.

Obs. Sub nomine Cycadis circinalis plures species procul dubio confusæ, e vivis solummodo extricandæ. Duæ in Indiâ

Indiâ orientali proveniunt, quarum altera Cycas circinalis vera, ex synonymo Rheedii, et icone inedità zeylanicâ Hermanni; altera a plantâ Madagascariensi *D. Du Petit-Thuars.* vix diversa; a priori duæ sequentes Novæ Hollandiæ ut distinctæ species dubiè proponuntur.

1. C. *media*, pinnis acutissimis subacuminatis planiusculis margine levissimè recurvis: infimis abbreviatis spinuliformibus, rachi anticè extra medium planâ, spàdicibus femineis 2—6-floris: apice frondoso dentato acumen subulatum superante, ovariis glabris, drupis ovalibus obsoletè angulatis. (T.) *v. v.*

Obs. Nimis affinis C. circinali.

2. C. *angulata*, pinnis muticis suprà concaviusculis: infimis abbreviatis spinuliformibus, rachi ferè ad apicem ancipiti, stipite tetragono, spadicibus femineis 6—10-floris: acumine subulato apicem frondosum dentatum superante, ovariis glabris, squamis masculis basi attenuatis: apice sterili breviore. (T.) *v. v.*

ZAMIA. *L.*

Spadices feminei in strobilum densum collecti, singuli sub peltato apice *ovariis* binis *inversis* instructi.

Obs. Species Americanæ, quæ Zamiæ genuinæ, a capensibus et Novæ Hollandiæ forsan genere distinguendæ, monente *Cel. Dryandro*; propter squamas masculas peltatas, muticas, femineis conformes; et acervulos antherarum binos distinctos: in his porrò pinnæ cum racheos processu manifestè articulatæ sunt, dum in reliquis vel obsoletissimè articulatæ v. omninò decurrentes.

1. Z. *spiralis*, amentis glabris: squamis elongato-acuminatis: masculis cuneiformibus, frondibus glaberrimis multijugis, pinnis linearibus. (J. M.) *v. v.*

Zamia spiralis. *Salisb. prod.* 401. *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 848. *Pers. syn.* 2. *p.* 631.

Obs. In Novâ Hollandiâ duplex forsan species provenit, altera in Coloniæ Portûs Jackson vicinitate, humilior, 2—4-pedalis; altera in orâ meridionali sæpè 10 pedes alta; in utrâque amentum quandoque geminatum occurrit.

DICO-

DICOTYLEDONES.
APETALÆ.

ARISTOLOCHIÆ.

Perianthium superum.
Stamina definita.
Ovarium pluriloculare, loculis polyspermis.
Stylus brevissimus. *Stigma* stellatim divisum.
Pericarpium capsulare v. baccatum.
Semina numerosa.
Albumen densè carnosum.
Embryo minutus, indivisus, in regione umbilici, albumine inclusus.

Obs. Aristolochias auctoritate Illust. Jussieu (*Gen. p.* 73. et *Ann. du mus.* 5. *p.* 221.) inter dicotyledones posui quamvis Embryo, ante germinationem saltem, indivisus, affinitasque arctior cum monocotyledonibus quibusdam, præcipuè Dioscoreis, et respectu fructificationis cum Taccâ, esse videatur.

ARISTOLOCHIA. *L.*

Perianthium coloratum, tubulosum, basi ventricosum, apice dilatatum, in ligulam extensum. *Antheræ* 6, subsessiles, sub stigmate. *Stylus* vix ullus. *Stigma* 6-partitum. *Capsula* 6-locularis.

1. A. *indica*, caule volubili, foliis cordatis acutiusculis emarginatisve glabris, ramis sulcatis, capsulis oblongis: valvis carinatis, seminibus planis marginatis: nucleo obcordato.
Aristolochia indica. *L.*
Careloe-vegon. *Rheed. mal.* 8. *p.* 49. *t.* 25. bona.
Obs. Planta Herbarii Hermanni foliis minoribus, obtusioribus, minùs profundè cordatis.

2. A. *pubera*, caule procumbente striato-angulato, foliisque cordatis obtusis pubescentulis, floribus solitariis, seminibus hinc tuberculatis convexis inde concavis lævibus: strophiolâ carinæformi. (T.) *v. v.*

SANTA-

SANTALACEÆ.

Elæagnorum et Onagrarum genera. *Juss.*

Perianthium superum, 4-5-fidum, semicoloratum, æstivatione valvatâ.

Stamina 4—5, laciniis perianthii opposita, earundem basibus inserta.

Ovarium uniloculare, 2—1-spermum; *ovulis* juxta apicem placentæ centralis affixis, pendulis. *Stylus* 1. *Stigma* sæpè lobatum.

Pericarpium monospermum, nucamentaceum v. drupaceum.

Albumen carnosum, semini conforme.

Embryo dicotyledoneus, axilis, inversus, teres.

Frutices v. *Arbores* quandoque Suffrutices.

Folia alterna, v. subopposita, exstipulata, indivisa, nunc minuta stipuliformia. *Flores* subspicati, rarò umbellati, v. solitarii, parvi.

Obs. I. Ordo hinc *Thymelæis* inde *Combretaceis* affinis, ad quem, præter genera infrà descripta Quinchamalium *Juss.* pertinet. Osyris quæ habitu et floris structurâ convenit, ab ordine parùm differt, ovulis (ovarii 1-loc., 3-spermi) peltatis (placentâ haud ritè observatâ) et auctoritate *Gært.* filii (*carp.* 3. *p.* 204) embryone ab axi albuminis declivi.

Obs. II. Elæagnorum familia genera facie et structurâ longè diversa complectitur; et ejusdem sectio secunda equidem a Jussæo ipso nuperiùs in distinctum ordinem elevata est, sed nec hujus diagnosis et limites ab Illustri auctore propositæ, nec illius observationes omnes de structurâ generum sectionis prioris admittendæ sint; sequentes ex autopsiâ præcipuè derivatas eruditorum considerationi propono.

Elæagnus et Hippophae parvam efforment familiam, in quâ Perianthium reverâ liberum et fauci pervium, nec ovario ullo

ullo puncto cohærens, uti jamdudum a b. Gærtnero in Hippophae determinatum fuit, et nuper in toto genere Elæagni observavimus; in utroque genere Ovarium monospermum, ovulo erecto, Semen exalbuminosum, Radicula embryonis recti infera, nec uti Jussæus in Elæagno statuit supera. Hinc hujus familiæ cum Proteaceis affinitas apparet, sed ab iisdem facilè distinguenda staminibus (perianthii 4-fidi) laciniis alternantibus, [illegible]

Nyssa cui ovarium monospermum et Embryo (auctoritate Richardi et Gærtneri filii,) albumine inclusus, Cotyledonibus foliaceis et Radiculâ superâ, ab Elæagneis longè recedit, et Santalaceis tamen vix associari possit.

Bucida, Terminalia (ad quam forsan referendæ Pamea et Tanibouca *Aubl.*) et Chuncoa, sectionem secundam formantes, cum Quisquali, Combreto, Caconciâ *Aubl.* Laguncularià *Gært. fil* Getoniâ *Roxb.* Conocarpo, et novo genere decandro Roxburgii huic proximo, ordinem constant Santalaceis conterminum licet plura corollata sunt: in his ovarium uniloculare, ovulis uno pluribus (2—4), ab apice loculi pendulis, absque columnâ centrali. Albumen (seminis unici maturescentis) nullum. Embryonis Cotyledones foliaceæ, sæpiùsque involutæ. Radicula supera. Plumula inconspicua. Flores diplostemones vel dum isostemones Stamina laciniis perianthii alternantia.

Hunc ordinem (Combretaceæ dicendum) inter polypetalos posui, non solùm propter Petalorum in pluribus existentiam, sed quia vera natura partium affinitatesque ordinum, ex contemplatione generum in quibus structura magis evoluta, quam ex iis quibus aliqua pars suppressa, meliùs erui queant.

Obs. III. Haud lævis confirmatio doctrinæ Jussæanæ, de Calyce et Corollâ, ex Combretacearum familiâ haurienda sit: Si enim ex propinquâ cognatione cum Quisquali et Combreto calyx *Terminaliæ* conceditur, indoles pariter calycina integumenti floralis Santalacearum, Elæagnearum, Proteacearum et Thymelæarum, vix deneganda sit.

Aliqua tamen argumenta, hanc conclusionem primo intuitu ut videatur haud parùm infirmantia, licèt a nullo auctore adhucdum prolata fuere, minimè reticenda sint: nempe, 1mo. In *Choretro*, e Santalacearum familiâ, quantum de flosculo minutissimo asseverare liceat, denticuli adsunt basin perianthii extùs munientes. 2do. Structura ovarii et Seminis *Olacis* cum Thesio penitùs convenit, et habitus insuper, Santalacearum adeo similis, ut de hujus generis affinitate

affinitate vix dubitandum; attamen, etiam ad anthesin, calyculum manifestum habet, qui hâc peractâ plurimùm auctus, et quandoque baccatus, pericarpium ferè totum involvit. 3tio. Corolla *Loranthi* texturâ, figurâ, divisione, æstivatione, staminumque penitus similium insertione, cum perianthio *Proteacearum* per singula puncta similis, calyculo quamvis manifesto subtensa.

Sed in exemplis nunc prolatis, integumentum floris exterius, forsan pro parte accessoriâ, perianthio externo Scitaminearum analogâ, habenda sit: nam 1mo. In generibus memoratis æstivatio integumenti interioris floris valvata est, quæ in genuinis corollis rariùs obtinet nisi in paucis calyce abbreviato donatis. 2do. In *Quinchamalio* bractea adest, urceolata, calyculiformis, ovarium includens, sed ab eo penitùs soluta; si itaque liceat concipere petala Olacis invicem arctè cohærentia, et ovario accreta, structuram Quinchamalii subsimilem habuerimus; et huic quoque subanalogum est receptaculum auctum et baccatum Exocarpi. 3tio. In Visco et Chloranthο, genera Lorantho arctè affinia, integumentum floris est simplex, corollæ Loranthi, perianthio tamen Proteacearum et Santalacearum analogum.

Hæc argumenta opposita Botanicis ponderanda relinquo, quibus tales disquisitiones nec vanæ nec scientiæ progressui inutiles videantur. Quæstio interea de diagnosi inter Calycem et Corollam in pristinâ obscuritate manet, ampliore inductione, penitiorique cognitione fabricæ internæ partium tantummodo resolvenda.

Cel. *Salisburius* in tentamine hujus scopi (in *Linn. trans. vol.* 8.) vix sibi constet, nunc communem originem omnibus partibus floris rectè attribuens, nunc flores verè epigynos admittens, mox tamen uti absurdam perigynam insertionem rejiciens; denique ex assumptione rei ipsius de quâ quæstio est, nomina et diagnoses partium proponens; nec definitionibus suis quamvis vocabulo commodissimo "*plerumque*" limitatæ sunt adhærens. Corolla enim secundum illius placitum "*involucrum floris interius;*" sed ubi est tunc exterius involucrum in Monocotyledonibus, Proteaceis, Elæagneis, Thymelæis, Laurineis? quibus omnibus corollam attribuit, et de quibus præcipuè disputatum est.

THESIUM.

Thesii species. *L.*

Perianthium tubulosum, infundibuliforme, v. hypocrateriforme, 4-5-fidum, persistens, eglandulosum; *Disco epigyno* nullo.

Stamina

Stamina singula extùs munita fasciculo tenui villorum. *Nux* corticata, coronata.

Folia *alterna, angusta, linearia.* Racemi *terminales: Bracteis foliaceis, persistentibus; exteriori basi cum pedunculo sæpiùs connatâ; lateralibus minoribus, quandoque nullis.* Flores *intùs albicantes.*

Obs. I. Huc Thesium linophyllum *L.* ramosum *Hayne.* alpinum *L.* humile *Vahl.* ebracteatum *Hayne.*

Obs. II. Species capenses, charactere suprà proposito a genere exclusæ, in duas phalanges (v. genera) commodè dividi possent, notis sequentibus.

Perianthium profundè 5-fidum, eglandulosum, intùs barbâ densâ deflexâ. Huc T. frisca, crassifolium, funale, spicatum, teretifolium, debile, capitatum, ciliatum, scabrum, divaricatum.

Perianthium 5-partitum, eglandulosum, disco epigyno nullo. Stamina extùs fasciculo gracili villorum munita. Huc T. squarrosum, fragile, strictum, spinosum, sparteum, ericoides, euphorbioides.

Species Americana Thesium umbellatum *L.* charactere floris inter Fusanum et Santalum ambigit, pericarpium maturum nondum vidi.

1. T. *australe,* racemo elongato simplici subspicato, pedunculis flore brevioribus, perianthiis 4-5-fidis: laciniis longitudinaliter marginatis tubo parùm longioribus. (J. D. M.) *v. v.*

LEPTOMERIA.

Perianthium rotatum, 4-5-partitum, persistens, nudiusculum. *Discus* epigynus 4-5-lobus. *Stigma* divisum. *Drupa* coronata (sæpè baccata).

Frutices *foliis sparsis, minutis, quandoque nullis.* Flores *minimi (albi, rufi v. virides), spicati, unibracteati, bracteis deciduis, quandoque axillares, ebracteati.*

Obs. Genus hinc Thesiis capensibus, inde Fusano, proximum, a Thesiis disco epigyno lobato v. glandulis basi perianthii impositis præcipuè distinctum.

I. Drupa *baccata.* Stigma *stellatim 5-fidum, acutum.* Flores *quinquefidi, spicati.* Bracteæ *caducæ.*

1. L. *acida,* subaphylla, ramulis angulatis, bracteis lanceolatis, perianthii laciniis utrinque unidentatis, disci lobis semiadnatis. (J.) *v. v.*

 2. L. *Bil-*

2. L. *Billardieri*, subaphylla, ramulis angulatis, bracteis lanceolàtis, disci glandulis distinctis solutis. (D. M. J.) *v. v.*
Thesium drupaceum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 68. *t.* 93.

3. L. *aphylla*, ramis ramulisque teretibus aphyllis, bracteis obovatis, disci lobis adnatis. (M.) *v. v.*

II. Drupa *baccata.* Stigma *bilobum*, *obtusum.* Flores *quadrifidi.*

4. L. *acerba*, aphylla, ramis ramulisque teretibus striatis, floribus glomeratis solitariisve. (J.) *v. v.*

III. Drupa *exsucca.* Stigma *emarginatum*, *obtusum.* Flores *quinquefidi.*

5. L. *scrobiculata*, spicis filiformibus multifloris, bracteis caducis, flosculis sessilibus scrobiculis racheos semiimmersis. (M.) *v. v.*

6. L. *pauciflora*, spicis paucifloris, bracteis caducis, flosculis emersis. (M.) *v. v.*

7. L. *squarrulosa*, floribus axillaribus folia patula denticuliformia superantibus, ramis ramulisque strictis. (M.) *v. v.*

8. L. *axillaris*, floribus axillaribus pedicellatis folio subulato duplò brevioribus, ramulis laxiusculis. (M.) *v. v.*

CHORETRUM.

Perianthium 5-partitum, coloratum, foliolis fornicatis, carinâ *interiori* descendenti, persistens: calyculo minutissimo 5-dentato munitum! *Stamina* cavitate laciniarum inclusa. *Antheræ* 4-loculares 4-valves! *Stigma* stellatum. *Drupa?* - - -

Frutices *spartei*, *ramosissimi*, *habitu omninò* Leptomeriæ. Folia *sparsa*, *minuta*, *remota*, *flores et ramulos tantummodo subtendentia.* Flores *parvi*, *albi*, *axillares v. terminales*, *solitarii vel aggregati*, *quadribracteati.*

Obs. Affinitate proximum *Leptomeriæ.*

Perianthium suprà descriptum, quamvis calyculo subtensum vel cum eodem articulatum, vix pro Corollâ habendum. Structura Ovarii et consistentia Fructûs adhucdum ignotæ.

1. C. *lateriflorum*, floribus axillaribus sessilibus solitariis. (M.) *v. v.*

2. C. *glomeratum*, floribus ramulos laterales terminantibus 2-3-nisve. (M.) *v. v.*

FUSA-

FUSANUS. *L.*

Colpoon. *Berg. cap.* 38. *t.* 1.
Thesii species. *Linn. fil. et Thunb.*

Perianthium profundè 4-fidum, rotatum, basi disco 4-lobo adnato; deciduum. *Drupa* globosa, calva, baccata.

Frutices *v.* Arbusculæ *glabræ, ramis ramulisque oppositis.* Folia *opposita, plana, crassiuscula.* Flores *subspicati, axillares, v. terminales.*

1. F. *spicatus,* foliis lineari-oblongis obtusiusculis muticis, spicis axillaribus compositis, caule arborescenti. (M.) *v. v.*
2. F. *acuminatus,* foliis lanceolatis acumine uncinato, racemo terminali basi diviso, caule fruticoso. (M.) *v. v.*
3. F. *crassifolius,* foliis linearibus crassis obtusis, pedunculis axillaribus paucifloris, ramulis 4-gonis, caule fruticoso. (M.) *v. v.*

SANTALUM. *Willd. sp. pl.*

Sirium. *L. Roxb. Corom.* 1.

Perianthium 4-fidum, tubo ventricoso, deciduum. *Glandulæ* 4, fauci inserta, staminibus alternantes. *Stigma* 3-4-lobum. *Drupa* baccata, apice marginata.

Arbores *v.* Frutices *glabri.* Folia *opposita, plana, latiuscula.* Flores *terni in pedunculis oppositè ramosis: Bracteis caducis.*

Obs. Quam maximè affinè Fusano, a quo differt solummodo Perianthio minùs profundè diviso, Glandulisque distinctis staminibus alternantibus. Santalum *Herb. Linnei* diversi generis et ordinis, quod pro Santalo vero habuit, accuratè descriptum est.

1. S. *ovatum,* foliis elliptico-ovatis acutis venosis petiolo quater longioribus, pedunculis indivisis trifidisve, caule arborescenti. (T.) *v. v.*

Obs. Proximum S. *myrtifolio,* sed diversum.

2. S. *venosum,* foliis ovali-oblongis obtusiusculis glaucis parùm venosis duplò longioribus quàm latis, racemis brachiatis indivisis, caule arborescenti. (T.) *v. v.*
3. S. *oblongatum,* foliis angusto-oblongis obtusis coriaceis glaucis suprà parùm venosis quadruplò longioribus quàm latis, racemis brachiatis divisis simplicibusve. (T.) B. *v. s.*

 4. S. *lan-*

4. S. *lanceolatum*, foliis longo-lanceolatis utrinque acutis glaucis aveniis coriaceis, racemis brachiatis, caule fruticoso. (T.) *v. v.*

5. S. *obtusifolium*, foliis oblongo-ovalibus obtusis coriaceis subtùs glaucis aveniis: superioribus passim alternis, racemis paucifloris, caule fruticoso. (J.) *v. v.*

GENERA SANTALACEIS AFFINIA; FRUCTU SUPERO DIVERSA.

EXOCARPOS. *Labill.*

Perianthium 5-partitum, rarò 4-part. rotatum. *Stamina* 5, basi laciniarum inserta. *Stylus* brevissimus. *Stigma* obtusum. *Nux* supera, corticata, monosperma, pedunculo ampliato, baccato imposita. *Embryo* inversus, teres, in axi *Albuminis* carnosi. *Masculi et Feminei* flores, hermaphroditis sæpiùs misti.

Arbores *mediocres v.* Frutices. Rami *ramulique articulatim inserti, ultimi quandoque foliaceo-dilatati.* Folia *sparsa, sæpiùs minuta, denticuliformia, nunc majora, plana, integra.* Spicæ *axillares.* Flosculi *minimi, subsessiles:* Bracteis *caducis:* Pedicello *post fœcundationem excrescenti, ampliato, baccato.*

OBS. Santalaceis certè affinis præsertim Leptomeriæ, nec habitu dissimilis.

Situm numerumque ovulorum in recentibus prætermissos in siccis haud determinare licuit.

1. E. *latifolia*, foliis ovalibus nervosis petiolatis, spicis axillaribus, caule arborescenti. (T.) *v. v.*

2. E. *cupressiformis*, caule arboreo, ramulis teretiusculis, spicis pedunculatis, foliis minutis denticuliformibus triangularibus patulis. (J. M. T. D.) *v. v.*
Exocarpos cupressiformis. *Labill. voy.* 1. *p.* 115. *t.* 14. *nov. holl.* 2. *p.* 123.

3. E. *spartea*, caule fruticoso, ramulis erectis striato-angulatis: teneris foliosis, foliis minutis subulatis apice recurvis, spicis subpyramidatis breviter pedunculatis. (M.) *v. v.*

4. E. *humifusa*, caule fruticoso procumbenti, ramis ramulisque teretibus sulcatis, foliis minutis denticuliformibus triangularibus marcescentibus, spiculis sessilibus glomeruliformibus, floribus 4-fidis. (D.) *v. v.*

5. E. *stricta*,

5. E. *stricta*, caule fruticoso erecto, ramulis angulatis strictis, foliis minutis denticuliformibus triangularibus, spiculis glomeruliformibus sessilibus. (J. M. D.) *v. v.*

6. E. *aphylla*, caule fruticoso erecto, ramis ramulisque teretibus striatis strictis aphyllis, spiculis glomeruliformibus, floribus 5-fidis hermaphroditis, stigmate 3-lobo. (M.) *v. v.*

ANTHOBOLUS.

Flores dioici. *Perianthium* triphyllum. *Corolla* nulla.
Mas. *Stamina* 3, basi foliolorum inserta.
Fem. *Perianthium* deciduum. *Stigma* sessile, 3-lobum. *Drupa* monosperma. *Embryo* inversus, in axi *Albuminis* carnosi.

Frutices *glabri, ramosissimi, spartei, habitu* Osyridis, *ramis ramulisque articulatim insertis.* Folia *sparsa, exstipulata, sessilia, cum ramulo articulata, angusta, subfiliformia.* Pedunculi *axillares,* masculi *umbellatim* 3-4-*flori,* feminei 1—3-*flori, medio dum simplices ad divisuram dum ramosi articulati, ibique bracteis* 2, *caducis.* Flores *parvi, flavicantes.*

Obs. Affinis Exocarpo et Osyridi.

1. A. *filifolius*, foliis filiformibus ramulisque laxis. (T.) *v. v.*

2. A. *triqueter*, foliis subulatis semiteretibus modicè patentibus, ramulis angulatis strictis. (T.) B. *v. s.*

Genus Santalaceis affine; integumento florali duplici, et ovario libero diversum.

OLAX. *L. Vahl.*

Fissilia. *Juss.* Spermaxyrum. *Labill.*

Calyx? integer ad anthesin abbreviatus. *Corolla?* 5-6-petala, petalis per paria mediantibus filamentis connexa, quinto libero. *Stamina antherifera* 3, petala connectentia; sterilia 5-6, iisdem opposita. *Ovarium* liberum, 1-loc., 3-spermum, ovulis ab apice columnæ centralis filiformis pendulis. *Stylus* 1. *Stigma* subtrilobum. *Drupa* exsucca, calyce aucto nunc baccato velata: *Putamine* crustaceo, monospermo. *Albumen* semini conforme, carnosum. *Embryo* axilis, teretiusculus; *radiculâ* superâ.

Arbores v. Frutices *glabri.* Folia *alterna, petiolata, exstipulata*

pulata, integerrima cum ramulo articulata, decidua (*v. sempervirentia Juss.*) *v. nulla.* Flores *axillares, spicati, v. solitarii, parvi, albicantes, sæpè polygami.* Corollæ *æstivatio valvata.*

Obs. *Olax zeylanica* et *scandens* a plantis Novæ Hollandiæ diversæ filamentis sterilibus bifidis nec indivisis, petalisque sæpè sex in tribus paribus junctis, nec quinque quinto libero, et forsan calyce fructifero baccato. Cur hoc genus ad calcem Santalacearum posui, licet integumento florali duplici instructum partim e charactere generico, partim ex observationibus (III.) ordini præfixis apparent.

1. O. *Phyllanthi*, foliis ovalibus retusis, pedunculis unifloris. (M.) *v. v.*

Spermaxyrum Phyllanthi. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 84. *t.* 233.

2. O. *stricta*, foliis oblongo-linearibus mucronulatis, pedunculis unifloris. (J.) *v. v.*

3. O. *aphylla*, aphylla, spicis polygamis. (T.) *v. v.*

THYMELÆÆ. *Juss.*

Perianthium liberum, tubulosum, coloratum; limbo 4-fido rarò 5-fido, æstivatione imbricatâ.
Corolla 0, sed in quibusdam squamulæ fauci insertæ.
Stamina definita, fauci tubove inserta, sæpiùs 8, nunc 4 rariùsve 2, dum laciniis perianthii numero æqualia aut pauciora iisdem opposita. *Antheræ* biloculares, loculis medio longitudinaliter dehiscentibus.
Ovarium simplex, monospermum, ovulo pendulo. *Stylus* 1. *Stigma* indivisum.
Pericarpium nucamentaceum, v. drupaceum.
Albumen nullum v. tenue, carnosum.
Embryo rectus, inversus. *Cotyledones* plano-convexæ. *Radicula* brevis, supera. *Plumula* inconspicua.

Caulis

Caulis fruticosus, (rarissimè herbaceus,) cortice tenaci. *Folia* exstipulata, alterna, v. opposita, integerrima. *Flores* capitati, spicati, terminales v. axillares, nunc solitarii.

PIMELEA. *Banks. et Solander. Smith: new. holl.*

Perianthium infundibuliforme, limbo 4-fido, fauce esquamatâ. *Stamina* duo, fauci inserta, laciniis exterioribus opposita. *Stylus* lateralis. *Stigma* capitatum. *Nux* corticata, rarò baccata.

Frutices. Folia *opposita, rarò alterna.* Flores *capitati, terminales, foliis involucrantibus sæpè dissimilibus, interdum connatis, rariùs spicati v. axillares, quandoque dioici.* Perianthii *tubus in plerisque medio articulatus, articulo inferiore persistenti.*

I. *Folia opposita. Capitulum terminale. Involucrum foliis rameis dissimile.*

1. P. *cornucopiæ,* involucro monophyllo infundibuliformi 4-fido : laciniis semilanceolatis acutis, caule herbaceo. (T.) *v. v.*

Pimelea cornucopiæ. *Soland. mscr. Vahl. enum.* 1. *p.* 305.

2. P. *punicea,* involucro monophyllo infundibuliformi 4-fido : laciniis semiorbiculatis obtusis, caule herbaceo. (T.) *v. v.*

3. P. *collina,* involucris tetraphyllis : foliolis ovatis utrinque glabris capitulum subæquantibus, perianthii tubo sericeo, foliis decussatis lineari-oblongis trinervibus subsessilibus. (T.) *v. v.*

4. P. *linifolia,* involucris tetraphyllis : foliolis latè ovatis utrinque glabris capituli dimidio brevioribus, perianthii tubo sericeo, foliis linearibus subspathulatisque petiolatis uninervibus. (J. D.) *v. v.*

Pimelea linifolia. *Smith: new. holl. p.* 31. *t.* 11.

5. P. *cernua,* involucris tetraphyllis : foliolis ovatis utrinque glabris capitulum subæquantibus, perianthio supra articulationem pilosiusculo, foliis spathulato-linearibus. (D.) *v. v.*

Pimelea spathulata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 9. *t.* 4 ?

6. P. *brevifolia,* involucris tetraphyllis : foliolis ovatis capitulo ½ brevioribus : interioribus intùs villosiusculis, perianthiis supra articulationem pilosiusculis, foliis linearibus internodio vix longioribus. (M.) *v. v.*

7. P. *pa-*

7. P. *paludosa*, involucris tetraphyllis: foliolis ovatis intùs subtùs sericeis capituli dimidio brevioribus, perianthii tubo sericeo, foliis linearibus internodio longioribus. (J.) *v. v.*

8. P. *angustifolia*, involucris tetraphyllis: foliolis orbiculato-ovatis intùs subsericeis capitulo vix dimidio brevioribus, perianthiis sericeis: basi persistenti hirsutissimâ, foliis linearibus internodio longioribus. (M.) *v. v.*

9. P. *glauca*, involucris tetraphyllis: foliolis ovatis acutis intùs sericeis: pari interiore ciliatis, perianthiis supra articulationem sericeis: basi nudiusculâ, receptaculo laxè penicillato, foliis lineari-lanceolatis glaucis. (J.M.D.) *v. v.*

10. P. *ligustrina*, involucris tetraphyllis: foliolis ovatis extùs venosis intùs pubescentibus, perianthiis sericeis, receptaculis fructiferis ovatis pube brevissimâ, foliis ovalibus oblongo-lanceolatisve venosis. (D. J.) *v. v.*
Pimelea ligustrina. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 9. *t.* 3.

11. P. *decussata*, involucris tetraphyllis: foliolis latè ovatis semicoloratis utrinque glabris, perianthii tubo hispido, foliis decussatis ovalibus coriaceis. (M.) *v. v.*
Pimelea ferruginea. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 10. *t.* 5. folia tamen minimè ferruginea nisi in malè siccatis exemplaribus.

12. P. *rosea*, involucris tetraphyllis: foliolis lanceolato-ovatis acutis utrinque glabris, perianthii tubo inarticulato: dimidio inferiore hispido, foliis lanceolato-linearibus. (M.) *v. v.*

13. P. *hispida*, involucris tetraphyllis: foliolis ovatis margine simplici intùs subsericeis capituli dimidio brevioribus, perianthii tubo dimidio inferiore hispido, foliis lanceolatis linearibusve. (M.) *v. v.*

14. P. *lanata*, involucris tetraphyllis: foliolis ovatis margine membranaceo intùs sericeis capitulum subæquantibus, perianthiis longitudinaliter hispidis, foliis lanceolatis. (M.) *v. v.*

II. *Folia opposita. Capitulum terminale. Folia floralia rameis subsimilia.*

15. P. *pauciflora*, foliis utrinque glabris lineari-lanceolatis: floralibus binis latioribus capitulum pauciflorum superantibus, perianthiis glabris, receptaculis nudis. (D.) *v. v.*

16. P. *serpyllifolia*, foliis utrinque glabris obovatis ovalibusque: floralibus quaternis capitulo paucifloro longioribus, perianthiis glabris, receptaculis villosis. (M.) *v. v.*

17. P. *syl-*

17. P. *sylvestris*, foliis utrinque glabris lanceolatis acutis: floralibus 4—5 capitulo multifloro brevioribus, perianthiis glabris: tubo infundibuliformi. (M.) *v. v.*

18. P. *humilis*, foliis utrinque glabris oblongis obtusis: floralibus ovalibus intùs villosiusculis, perianthiis sericeis, caule erecto subsimplici, ramis pubescentibus. (D.) *v. v.*

19. P. *flava*, foliis utrinque glabris obovatis orbiculatisque: floralibus conformibus quaternis capitulo longioribus, perianthiis sericeis, caule erecto ramisque glabris. (M. D.) *v. v.*

20. P. *microcephala*, foliis utrinque glabris lineari-lanceolatis acutis: floralibus lanceolatis capitulo paucifloro longioribus, perianthiis pubescentibus. (M.) *v. v.*

21. P. *clavata*, foliis subtùs pubescentibus lanceolatis, floribus dioicis, capitulis masculis pedunculatis nudis. (M.) *v. v.*
Pimelea clavata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 11.

22. P. *imbricata*, foliis lineari-oblongis imbricatis subtùs pubescentibus: adultis glabris; floralibus numerosis utrinque sericeis, perianthiis hirsutissimis. (M.) *v. v.*

23. P. *longiflora*, foliis linearibus villosiusculis passim alternis, perianthiis sericeis: limbo dimidium tubi æquante, stylo incluso. (M.) *v. v.*

24. P. *octophylla*, foliis oblongo-linearibus passim alternis ramisque villosis, perianthiis hirsutis: tubo limbum quadruplo superante. (M.) *v. v.*

25. P. *sericea*, foliis ovatis obtusis imbricatis planis subtùs argenteis suprà glaberrimis. (D.) *v. v.*

26. P. *cinerea*, foliis lanceolato-oblongis planis subtùs incanis suprà glabris: floralibus capitulo paucifloro longioribus, perianthii tubo ovato persistenti, fructu exsucco. (D.) *v. v.*

27. P. *drupacea*, foliis ovali-oblongis planis subtùs pubescentulis: floralibus capitulo longioribus, perianthii tubo cylindraceo deciduo, drupâ baccatâ. (D.) *v. v.*
Pimelea drupacea. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 10. *t.* 7.

28. P. *incana*, foliis ovatis distinctis margine recurvis subtùs incano-tomentosis suprà glabris, ramulis cinereis. (D.) *v. v.*

29. P. *nivea*, foliis orbiculatis imbricatis margine recurvis subtùs incano-tomentosis, ramulis albis. (D. M.) *v. v.*
Pimelea nivea. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 10. *t.* 6.

III. *Folia opposita. Flores spicati.*

30. P. *spicata*, foliis ovalibus perianthiisque glabris, spicis nudis, floribus polygamis. (J.) *v. v.*

IV. *Folia opposita. Flores axillares.*

31. P. *argentea*, foliis lanceolatis utrinque argenteis, floribus 2—4 axillaribus. (M.) *v. v.*

V. *Folia alterna.*

32. P. *curviflora*, foliis lineari-oblongis suprà glabris subtùs ramisque pilis adpressis subsericeis, capitulis lateralibus paucifloris, perianthiis sericeis: tubo curvato; limbo inæquali. (J.) *v. v.*

33. P. *gracilis*, foliis oblongo-linearibus basi attenuatis subtùs pilosiusculis: rameis passim oppositis, capitulis lateralibus terminalibusque paucifloris, perianthiis sericeis: tubo rectiusculo; limbo æquali. (D.) *v. v.*

34. P. *latifolia*, foliis oblongis basi acutâ pubescentibus subtùs subsericeis, capitulo multifloro spicato terminali sessili oppositifoliisve pedunculatis, perianthiis villosis. (T.) *v. v.*

DAPHNE, *L.*

Perianthium infundibuliforme, limbo 4-fido, marcescens. *Stamina* 8, inclusa. *Stylus* terminalis. *Stigma* capitatum. *Drupa* baccata, nuda, putamine crustaceo.

Frutices *v.* Arbusculæ. Folia *sparsa v. opposita.* Flores *axillares v. terminales, sæpiùs glomerati.*

Obs. Singulare est perianthium duplicatum in D. Mezereo alioqui vix diversa.

Lagetta *Juss.* et *Lam.* distinctum genus hujus ordinis constat, ob Perianthinm persistens, et quantum è flore macerato judicari licuit fauce imperviâ.

An Daphne tinifolia reverâ hujus generis?

1. D. *indica*, capitulo terminali, foliis oppositis oblongo-ellipticis ramulisque adultis glabris. (T. J.) *v. v.*

Daphne indica. *L.*

Daphne fœtida. *Linn. suppl.* 228. *Forst. prod. n.* 168. (fide speciminum Taheitensium in Herb. Banks.)

Capura purpurata. *Linn. mant.* 225. auctoritate ejusdem Herbarii. *Smith. introd. to bot.* 419.

Obs.

Obs. Daphne fœtida l. c. varietas est capitulis sessilibus foliis parùm majoribus sæpiùsque magis acutis. Daphne rotundifolia *Forst. prod. n.* 169. proxima species, sed diversa ramulis adultis tomento minuto cinereis, foliis ovalibus obtusis. Daphne odora *Hort. kew.* 2. *p.* 26. distinctissima, foliis sparsis nitentibus, floribus majoribus.

PROTEACEÆ. *Juss.*

Perianthium tetraphyllum v. quadrifidum, æstivatione valvatâ.

Stamina quatuor, (altero nunc sterili,) foliolis perianthii opposita.

Ovarium unicum, liberum. *Stylus* simplex. *Stigma* subindivisum.

Semen (pericarpii varii) exalbuminosum.

Embryo dicotyledoneus (quandoque polycotyledoneus), rectus. *Radicula* infera.

Obs. Descriptionem ordinis, necnon observationes de characterum valore, et specierum geographicâ distributione in *Act. soc. linn. lond. vol.* 10. *p.* 15. et seq. dedi.

PETROPHILA. *Linn. trans.* 10. *p.* 67.

Atyli species. *Salisb. parad.*

Petrophile. *Knight et Salisb. prot.* 92.

Perianthium quadrifidum, totum simul deciduum. *Squamæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* basi persistenti. *Stigma* fusiforme, apice attenuato. *Strobilus* ovatus. *Nux* lenticularis, hinc comosa v. *Samara* basi barbatâ.

Frutices *rigidi.* Folia *glabra, varia, filiformia, v. plana, indivisa, lobata, v. pinnatifida, quandoque in eodem fru-*

 tice

tice diversiformia. Amenta *ovata, v. oblonga, terminalia, et axillaria, nunc aggregata.*

Obs. Genus posthac speciebus increscentibus dividendum, phalangibus infrà propositis genera futura indicantibus.

I. Stigma *articulatum, articulo inferiore angulato glabro, superiore tomentoso.* Nux *lenticulari-compressa, intùs marginibusque comosa.* Folia *filiformia, indivisa.*

1. P. *teretifolia,* foliis teretibus exsulcis, squamis strobili enervibus, stigmatis articulo superiore stuposo triplò longiore. *Linn. trans.* 10. *p.* 68. (M.) *v. v.*

2. P. *filifolia,* foliis teretibus exsulcis, squamis strobili nervosis orbiculatis, stigmatis articulo superiore barbato vix duplò longiore. *Linn. trans.* 10. *p.* 69. (M.) *v. v.*

3. P. *acicularis,* foliis filiformibus suprà obsoletè sulcatis, squamis strobili nervosis ovatis. (M.) *v. v.*

II. Stigma *inarticulatum, hispidiusculum.* Nux *lenticulari-compressa, intùs marginibusque comosa.* Strobilus *squamis distinctis.* Folia *filiformia, bipinnatifida.*

4. P. *rigida,* foliis triternatis: laciniis divaricatis, perianthiis barbatis: laminarum apiculis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 69. (M.) *v. v.*

5. P. *pulchella,* foliis trifido-bipinnatis: laciniis erectis, perianthiis sericeis: laminarum apicibus tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 69. (M.) *v. v.*

Protea pulchella. *Schrad. sert. hanov.* 11. *p.* 15.* *t.* 7. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 507. *Cavan. ic.* 6. *p.* 33.* *t.* 550. *Sims, bot. mag.* 796.

Protea fucifolia. *Salisb. prod.* 48.

Protea dichotoma. *Cavan. ic.* 6. *p.* 34.* *t.* 551.

Petrophile fucifolia. *Knight et Salisb. prot. p.* 92.

6. P. *fastigiata,* foliis trifido-bipinnatis: laciniis erectis fastigiatis teretiusculis muticis, perianthiis glabris, strobilis terminalibus sessilibus: squamis lanatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 70. (M.) *v. v.*

7. P. *pedunculata,* foliis tripinnatifidis: laciniis canaliculatis divaricato-patulis, perianthiis glabriusculis, strobilis pedunculatis: squamis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 70. (J.) *v. v.*

III. Stro-

III. Strobilus *squamis connatis.* Samara *foliacea, dilatata.* Stigma *inarticulatum, hispidiusculum.* Folia *plana, bipinnatifida.*

8. P. *diversifolia,* foliis bi-tripinnatifidis planis: laciniis mucronatis, perianthiis barbatis, strobilis axillaribus pedunculatis: squamis lanatis cohærentibus. (M.) *v. v.*

IV. Strobilus *squamis distinctis.* Samara *planiuscula.* Folia *plana, ternatim divisa.*

9. P. *squamata,* foliis trifidis: lobis lineari-lanceolatis: lateralibus sæpiùs bi-trifidis, strobilis axillaribus sessilibus: squamis apice scariosis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 70. (M.) *v. v.*

10. P. *trifida,* foliis trifidis: lobis spathulato-lanceolatis sæpissimè indivisis, strobilis axillaribus sessilibus: squamis apice sericeis. *Linn. trans.* 10. *p.* 70. (M.) *v. v.*

ISOPOGON. *Linn. trans.* 10. *p.* 70. *Knight et Salisb. prot.* 93. Atyli species. *Salisb. parad.*

Perianthium quadrifidum, tubo gracili diutiùs persistente. *Squamæ* nullæ hypogynæ. *Stylus* totus deciduus. *Stigma* fusiforme v. cylindraceum. *Nux* sessilis, ventricosa, undique comosa.

Frutices *rigidi.* Folia *glabra, plana v. filiformia, divisa v. integerrima.* Capitula *terminalia, rarò axillaria.* Flores *modo densissimè imbricati, strobilo globoso; modo fastigiati, receptaculo communi planiusculo subinvolucrato, paleis deciduis, congestis.*

Obs. Genus Petrophilæ proximum, rectiùs forsan in duo dividendum, ratione inflorescentiæ, secundum quam species infrà distributæ in duas phalanges, habitu insuper parùm diversas.

I. Strobilus *globosus, squamis densissimè imbricatis, tardiùs deciduis.*

1. I. *teretifolius,* foliis bi- v. triternatis filiformibus exsulcis, ramulis tomentosis, perianthii tubo sericeo: laminis longitudinaliter barbatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 71. (M.) *v. v.*

2. I. *anethifolius,* foliis pinnatifidis bipinnatifidisque filiformibus suprà sulcatis: laciniis erectiusculis, ramis glabris, perianthii tubo pubescenti: laminis infrà glabris apice barbato. *Linn. trans.* 10. *p.* 71. (J.) *v. v.*

Protea

Protea anethifolia. *Salisb. prod.* 48.
Protea acufera. *Cavan. ic.* 6. *p.* 33. *t.* 549.
Isopogon anethifolius. *Knight et Salisb. prot.* 94.

3. I *formosus*, foliis bipinnatifidis subtriternatis filiformibus supra canaliculatis: laciniis divaricatis, ramulis tomentosis; perianthiis glabris: laminis apice pilosiusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 73. (M.) *v. v.*

4. I. *anemonifolius*, foliis trifido-pinnatifidis bipinnatifidisve, laciniis linearibus planis patenti-erectis subtùs lævibus, strobili squamis stuposis. *Linn. trans.* 10. *p.* 72. (J.) *v. v.*

Protea anemonifolia. *Salisb. prod.* 48. *Sims in bot. mag.* 697. *And. repos.* 332.
Protea tridactylides. *Cavan. ic.* 6. *t.* 33.* *t.* 548.
Isopogon anemonifolius. *Knight et Salisb. prot.* 93.

5. I. *ceratophyllus*, foliis trifido-bipinnatifidis: laciniis linearibus planis divaricato-patulis utrinque striatis mucronatis; floralibus basi dilatatis, strobili squamis glabratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 72. (M.) *v. v.*

6. I. *trilobus*, foliis cuneatis planis trilobis basi attenuatis petiolatis: lobis integerrimis, ramulis tomentosis. *Linn. trans. p.* 72. (M.) *v. v.*

7. I. *longifolius*, foliis lineari-lingulatis: superioribus integerrimis: inferioribus passim trifidis, perianthiis sericeis, stigmate glabro. *Linn. trans.* 10. *p.* 73. (M.) *v. v.*

II. *Receptaculum commune planum, v. convexiusculum, paleis deciduis.*

8. I. *cuneatus*, foliis oblongo-cuneatis, obtusissimis, involucri bracteis tomentosis, perianthiis glabris, stigmate fusiformi. *Linn. trans.* 10. *p.* 73. (M.) D. Menzies. *v. s.*

9. I. *attenuatus*, foliis elongato-oblongis mucronulatis basi attenuatis, ramis bracteisque involucrantibus glabris, capitulis solitariis, perianthii laminis apice barbatis, stigmate cylindraceo. *Linn. trans.* 10. *p.* 73. (M.) *v. v.*

10. I. *polycephalus*, foliis lineari-oblongis mucronulatis, ramulis tomentosis, capitulis subaggregatis: bracteis omnibus lanatis, stigmate cylindraceo. *Linn. trans.* 10. *p.* 73. (M.) *v. v.*

11. I. *buxifolius*, foliis ovatis sessilibus acutis: apicibus recurvis, caulibus proliferis, capitulis solitariis foliis obvallatis, bracteis

bracteis subulatis, stigmate fusiformi. *Linn. trans.* 10. *p.* 74. (M.) *v. v.*

12. 1. *axillaris,* foliis cuneato-lingulatis mucronulatis, capitulis axillaribus paucifoliis: bracteis involucrantibus ovatis imbricatis, perianthii laminis longitudinaliter barbatis, stigmate fusiformi. *Linn. trans.* 10. *p.* 74. (M.) *v. v.*

ADENANTHOS. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 28. *Linn. trans.* 10. *p.* 151.

Perianthium quadrifidum, infrà circumscissum. *Squamulæ* hypogynæ basi persistenti perianthii adnatæ. *Pistillum* perianthio longius. *Stigma* verticale. *Nux* ventricosa. *Involucrum* uniflorum, imbricatum, 4—8-phyllum.

Frutices. Folia *sparsa, in variis varia.* Flores *axillares, solitarii, rubicundi; rarò terminales, subaggregati, lutescentes.*

1. A. *obovata,* foliis obovatis integerrimis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 151. (M.) *v. v.*
Adenanthos obovata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 29*. *t.* 37. *Knight et Salisb. prot.* 96.

2. A. *cuneata,* foliis cuneatis sericeis apice dentato-crenatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 152. (M.) *v. v.*
Adenanthos cuneata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 28*. *t.* 36.
Adenanthes flabellifolia. *Knight et Salisb. prot.* 96.

3. A. *sericea,* foliis filiformibus biternatis sericeis, floribus axillaribus solitariis, stylo glabro. *Linn. trans.* 10. *p.* 152. (M.) *v. v.*
Adenanthos sericea. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 29*. *t.* 38. *Knight et Salisb. prot.* 97.

4. A. *terminalis,* foliis filiformibus trifidis: laciniis lateralibus bifidis: intermediâ indivisâ, floribus terminalibus solitariis ternisve, stylo villoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 152. (M.) *v. v.*

SIMSIA. *Linn. trans.* 10. *p.* 152.

Perianthium tetraphyllum, regulare, laminis reflexis. *Squamulæ* hypogynæ nullæ. *Stamina* exserta. *Antheræ* tandem liberæ, primò cohærentes lobis proximis vicinarum loculum constituentibus! *Stigma* dilatatum, concavum. *Nux* obconica.

Frutices *humiles, glabri.* Folia *alterna, filiformia, dichotoma, petioli basi dilatatâ.* Capitula *globosa, parva, terminalia, racemosa.*

racemosa v. paniculata, involucro brevi v, nullo. Flosculi *flavi, glabri.*

Dixi in honorem JOANNIS SIMS, M.D, eruditi candidique editoris operis celebris *Botanical Magazine* nuncupati.

1. S. *tenuifolia,* capitulis nudis, ramis paniculæ subunifloris bracteolatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 152. (M.) *v. v.*

2. S. *anethifolia,* capitulis involucratis bracteolis imbricatis, paniculæ ramis multifloris: ramulis capitula subæquantibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 153. (M.) *v. v.*

CONOSPERMUM. *Smith in linn. trans. vol.* 4. *Exot. bot.* 2. *p.* 45. *Br. in linn. trans.* 10. 153.

Perianthium tubulosum, ringens: laciniâ supremâ basi fornicatâ. *Antheræ* tres inclusæ: laterales dimidiatæ: superior biloba; primò cohærentes, lobis proximis vicinarum loculum constituentibus! *Stigma* liberum. *Nux* obconica, papposa.

Frutices. Folia *sparsa, integerrima, plana, rariùsve filiformia.* Spicæ *axillares, v. terminales, compositæ, sensim florentes inde corymbosæ.* Flores *solitarii, sessiles, unibracteati, albi v. cærulescentes.* Perianthium *deciduum.* Bractea *cucullata, persistens.*

OBS. Genus certissimè hujus ordinis nec ad Thymelæas pertinens.

I. *Perianthii laciniæ acutæ, tubo vix longiores.* Conosperma vera.

1. C. *ellipticum,* foliis ovali-oblongis obtusis mucronulatis avenils, pedunculis axillaribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 153. (J.) *v. v.*

Conospermum ellipticum. *Smith in Rees cyclop.*

Conospermum rigidum. *Knight et Salisb. prot.* 95.

2. C. *taxifolium,* foliis lanceolato-linearibus acutis mucronatis tenuissimè pubescentibus verticalibus basi tortis, pedunculis axillaribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 154. (J.) *v. v.*

Conospermum taxifolium. *Smith in Rees cyclop.*

Conospermum falcifolium. *Knight et Salisb. prot.* 95?

3. C. *ericifolium,* foliis subulato-filiformibus imbricatis, spicis axillaribus pedunculo brevioribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 154. (J.) *v. v.*

Conospermum ericifolium. *Smith in Rees cyclop. Knight et Salisb. prot.* 95.

4. C. *longi-*

4. C. *longifolium*, foliis oblongis linearibusve planis venosis, pedunculisque elongatis scapiformibus, corymbis decompositis, perianthii limbo extùs pubescenti tubum vix æquante. *Linn. trans.* 10. *p.* 154. (J.) *v. v.*

Conospermum longifolium. *Smith exot. bot.* 2. *p.* 45. *t.* 82. *Rees. cyclop.* *Knight et Salisb. prot.* 95.

5. C. *tenuifolium*, foliis lineari-filiformibus subcanaliculatis aveniis, pedunculisque elongatis scapiformibus, corymbis subsimplicibus, perianthii limbo extùs pubescenti tubum superante. *Linn. trans.* 10. *p.* 154. (J.) *v. v.*

6. C. *cæruleum*, foliis oblongis lanceolatisve planis venosis, pedunculisque elongatis scapiformibus, corymbis compositis, perianthii limbo glaberrimo tubum superante. *Linn. trans.* 10. *p.* 154. (M.) *v. v.*

II. *Perianthii laciniæ caudatæ.* Chilurus.

7. C. *teretifolium*, foliis teretibus pedunculisque elongatis, corymbis compositis. *Linn. trans.* 10. *p.* 155. (M.) *v. v.*

8. C. *capitatum*, foliis linearibus elongatis tortilibus, capitulis sessilibus e spiculis paucifloris congestis. *Linn. trans.* 10. *p.* 155. (M.) *v. v.*

III. *Incertæ tribus.*

9. C. *distichum*, foliis filiformibus subdistichis curvatis, spicis axillaribus indivisis. *Linn. trans.* 10. *p.* 155. (M.) *v. v.*

SYNAPHEA. *Linn. trans.* 10. *p.* 155.

Perianthium tubulosum, ringens, laciniâ supremâ latiore. *Antheræ* tres, inclusæ, laterales dimidiatæ, inferior biloba; primò cohærentes, lobis proximis vicinarum loculum constituentibus! *Stigma* filamento superiori sterili connatum! *Nux* obovata.

Frutices *humiles*. Folia *sparsa, plana, pulcherrimè reticulata, circumscriptione cuneiformia, lobata, inferiora sæpiùs indivisa; petioli basi dilatatâ semivaginanti.* Spicæ *axillares, v. terminales, simplices, v. ramosæ.* Flores *alterni, solitarii, sessiles, unibracteati.* Perianthium *flavum, deciduum, quadripartitum.* Bractea *cucullata, persistens.*

Obs. Conospermo proxima, sed notis suprà datis abundè diversa.

1. S. *favosa*, foliis oblongo-cuneiformibus indivisis trilobisque: lobis

lobis integris, petiolis spicisque glabris, stigmate bicorni. *Linn. trans.* 10. *p.* 156. (M.) *v.v.*

2. S. *dilatata*, foliis apice dilatatis trilobis: lobis inciso-dentatis, petiolis spicisque villosis, stigmate bicorni. *Linn. trans.* 10. *p.* 156. (M.) *v.v.*

Conospermum reticulatum. *Smith in Rees. cyclop.*

3. S. *petiolaris*, foliis rameis petiolos subæquantibus tripartitis: lobis divisis planis; infimis trilobis integrisque, spicis elongatis ramosis, stigmate acuto. *Linn. trans.* 10. *p.* 156. (M.) *v. v.*

Polypodium spinulosum. *Burm. ind. p.* 233. *t.* 67. *f.* 1. ad hanc v. saltem plantam congenerem pertinere videtur!

4. S. *polymorpha*, foliis rameis brevissimè petiolatis tripartitis canaliculatis: lobis subdivisis; infimis indivisis trilobisque, spicis simplicibus pedunculo longioribus, stigmate acuto. *Linn. trans.* 10. *p.* 156. (M.) *v.v.*

FRANKLANDIA. *Linn. trans.* 10. *p.* 157.

Perianthium hypocrateriforme; limbo quadripartito, plano, deciduo, tubo persistenti. *Antheræ* inclusæ, perianthio adnatæ! *Squamæ* hypogynæ in vaginam connatæ. *Nux* fusiformis, pedicellata, apice dilatato papposo.

Frutex *glaber, glandulis aurantiacis pustuliformibus undique conspersus.* Folia *alterna, filiformia, dichotoma.* Spicæ *axillares, indivisæ; floribus alternis, unibracteatis, sordidè flavis.* Pollen *sphæricum.* Cotyledones *brevissimæ.*

Obs. Genus distinctissimum, dicatum Thomæ Frankland Baroneto, Algarum submersarum acerrimo scrutatori pictorique eleganti.

F. *fucifolia. Linn. trans.* 10. *p.* 157. (M.) *v.v.*

SYMPHIONEMA. *Linn. trans.* 10. *p.* 157.

Perianthium regulare, tetraphyllum, basi cohærens, medio staminiferum. *Filamenta* apice cohærentia! *Antheræ* distinctæ. *Glandulæ* hypogynæ nullæ. *Ovarium* dispermum. *Stigma* subtruncatum. *Nux* monosperma, cylindracea.

Suffrutices *v.* Herbæ! *glabræ, pilisve raris glandulosis.* Folia *tripartita, lobis divisis: inferiora opposita!* Spicæ *terminales, et e summis alis, simplices.* Flores *alterni, sessiles, unibracteati.* Perianthium *flavum, deciduum.* Bracteæ *cucullatæ, persistentes.*

Obs. Genus nulli cognito nisi forsan sequenti propinquum.

1. S. *palu-*

1. S. *paludosum*, laciniis foliorum subulatis semiteretibus, rachibus bracteisque glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 158. (J.) *v. v.*

2. S. *montanum*, laciniis foliorum planis linearibus uninervibus, rachibus bracteisque pubescentibus: pilis glandulosis brevissimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 158. (J.) *v. v.*

AGASTACHYS. *Linn. trans.* 10. *p.* 158.

Perianthium regulare, tetraphyllum, basi cohærens, medio staminiferum. *Filamenta* distincta. *Glandulæ* nullæ hypogynæ. *Ovarium* sessile, monospermum, trigonum. *Stigma* unilaterale.

Frutex *glaberrimus*. Folia *sparsa, integerrima, plana.* Spicæ *numerosæ;* (unde nomen,) *terminales, et e summis alis, simplices.* Flores *alterni, sessiles, unibracteati.* Perianthium *flavescens, deciduum.* Pistillum *staminibus brevius.* Bracteæ *cucullatæ, persistentes.* Fructus desideratur.

A. *odorata.* *Linn. trans.* 10. *p.* 158. (D.) DD. Nelson et Caley. *v. s.*

CENARRHENES. *Labill.*

Perianthium tetraphyllum, regulare, foliolis suprà angustatis, deciduum. *Stamina* basi perianthii inserta. *Glandulæ ?* 4 hypogynæ, staminiformes ! *Ovarium* sessile, monospermum. *Stigma* simplex. *Drupa* baccata.

Arbor *glabra.* Folia *alterna, plana, dentato-serrata, nitida.* Spicæ *axillares, simplices.* Flores *alterni, sessiles, unibracteati.*

Obs. Ad hunc ordinem absque hesitatione retuli plantam Persooniæ affinem et à Laurinis certè valdè diversam.

C. *nitida.* *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 36*. *t.* 50. *Linn. trans.* 10. *p.* 158. (D.) *Labill. v. s.* in Herb. Lambert.

PERSOONIA. *Smith in linn. trans. vol.* 4.

Perianthium tetraphyllum, regulare, foliolis medio staminiferis, suprà recurvis, deciduum. *Stamina* exserta. *Glandulæ* 4 hypogynæ. *Ovarium* pedicellatum, 1-loc., 1-2-spermum. *Stigma* obtusum. *Drupa* baccata: *Putamine* 1-2-loculari !

Frutices *v.* Arbusculæ, *cortice in quibusdam scarioso-lamelloso.* Folia *sparsa, integerrima, sæpiùs plana.* Pedunculi *axillares,*

lares, solitarii, ebracteati, v. racemosi, unibracteati. Flores *flavi.* Pedicellus *ovarii in quibusdam articulatus!* Cotyledones *sæpiùs plures!*

1. P. *teretifolia*, foliis filiformibus exsulcis, pedunculis unifloris solitariis, antheris acuminatis, stylis ovario brevioribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 160. (M.) *v. v.*

2. P. *microcarpa*, foliis filiformibus canaliculatis, pedunculis solitariis v. geminis ternisve, antheris muticis, stylis ovario aliquoties longioribus, stigmate cernuo. *Linn. trans.* 10. *p.* 160. (M.) *v. v.*

3. P. *pinifolia*, foliis filiformibus laxis, spicâ foliatâ elongatâ pyramidali: foliis floralibus abbreviatis, ovario monospermo. *Linn. trans.* 10. *p.* 160. (J.) *v. v.*

4. P. *juniperina*, foliis subulatis strictis pungentibus, pedunculis axillaribus sparsis spicisve foliatis brevissimis, ovariis glabris dispermis. *Linn. trans.* 10. *p.* 160. (D. M.) *v. v.*
Persoonia juniperina. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 33*. *t.* 45.

5. P. *hirsuta*, foliis linearibus hirsutis scabris margine recurvis, pedunculis axillaribus, ovariis sericeis monospermis. *Linn. trans.* 10. *p.* 161. (J.) *v. v.*
Persoonia hirsuta. *Pers. syn.* 1. *p.* 118. *Knight et Salisb. prot.* 99.

6. P. *mollis*, foliis longo-lanceolatis villosis, subtùs mollissimis, perianthiis barbatis, ovariis dispermis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 161. (J.) *v. v.*

7. P. *linearis*, foliis angusto-linearibus elongatis glabris, pedunculis erectis, perianthiis pubescentibus, pedicellis ovarii inarticulatis, caule arborescenti: cortice lævi. *Linn. trans.* 10. *p.* 161. (J.) *v. v.*
Persoonia linearis. *And. repos.* 77. *Vent. malm.* 32. *Sims, bot. mag.* 760. *Pers. syn.* 1. *p.* 118.
Persoonia angustifolia. *Knight et Salisb. prot.* 99.

8. P. *lucida*, foliis lanceolato-linearibus elongatis glabris, pedunculis erectis perianthiisque pubescentibus, pedicello ovarii inarticulato, caule arborescenti: cortice scarioso-lamelloso. *Linn. trans.* 10. *p.* 161. (J.) D. Bauer. *v. s.*

9. P. *virgata*, foliis linearibus oblongo-linearibusve sparsis verticalibus glaberrimis margine lævibus, pedunculis erectis perianthiisque glabris, caule arborescenti: cortice lævi. *Linn. trans.* 10. *p.* 161. (T.) *v. v.*

10. P. *flexifolia*, foliis lanceolato-linearibus mucronatis confertis basi tortis utrinque lævibus punctis crystallinis micantibus:

cantibus: marginibus scabris, perianthiis glabris, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 162. (M.) *v. v.*

11. P. *scabra*, foliis lineari-lanceolatis mucronatis utrinque scabris punctis crystallinis aliisque minutissimis opacis conspersis, perianthiis pubescentibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 162. (M.) *v. v.*

12. P. *spathulata*, foliis lanceolato-spathulatis mucronatis concaviusculis utrinque scaberrimis punctis crystallinis. *Linn. trans.* 10. *p.* 162. (M.) *v. v.*

13. P. *nutans*, foliis linearibus lævibus, pedunculis axillaribus recurvis perianthiisque glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 162. (J.) *v. v.*

14. P. *falcata*, foliis elongato-lanceolatis basi attenuatis subpetiolatis falcatis aversis coriaceis, antheris acuminatis, caule arborescenti: cortice lamelloso. *Linn. trans.* 10. *p.* 162. (T.) *v. v.*

15. P. *lanceolata*, foliis lanceolatis ellipticisve mucronatis glabris lævibus, pedunculis axillaribus unifloris, perianthiis pube appressâ subsericeis, pedicello ovarii inarticulato. *Linn. trans.* 10. *p.* 163. (J.) *v. v.*
Persoonia lanceolata. *And. repos.* 74. *Pers. syn.* 1. *p.* 118.
Persoonia ligustrina. *Knight et Salisb. prot.* 100.
β. Persoonia latifolia. *And. repos.* 280 ?

16. P. *salicina*, foliis lanceolato-oblongis inæquilateris aversis, racemis lateralibus pedunculisque axillaribus unifloris, perianthiis glabriusculis, caule arborescenti: cortice scarioso-lamelloso. *Linn. trans.* 10. *p.* 163. (J.) *v. v.*
Linkia lævis. *Cavan. ic.* 4. *p.* 61. *t.* 389 ? an potiùs varietas P. lanceolatæ ?
Persoonia salicina. *Pers. syn.* 1. *p.* 118. ineptum nomen.
Persoonia latifolia. *Knight et Salisb. prot. p.* 100.

17. P. *ferruginea*, foliis ellipticis æquilateris venosis adversis, pedunculis axillaribus multifloris, perianthiis ferrugineo-tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 163. (J.) *v. v.*
Persoonia laurina. *Pers. syn.* 1. *p.* 118.
Persoonia ferruginea. *Smith exot. bot.* 2. *p.* 47. *t.* 83. *Knight et Salisb. prot. p.* 100.

18. P. *prostrata*, foliis ovalibus obtusis margine pubescentibus, pedunculis axillaribus uni- v. paucifloris, caule procumbente. *Linn. trans.* 10. *p.* 163. (T.) *v. v.*

19. P. *elliptica*, foliis ellipticis venosis, racemis lateralibus, perianthiis

rianthiis glabris, pedicello ovarii articulato! *Linn. trans.* 10. *p.* 164. (M.) *v. v.*

20. P. *articulata,* foliis elongato-lanceolatis æquilateris glabris, racemis lateralibus pedunculisve unifloris, perianthiis glabriusculis, ovarii pedicelli articulo inferiore glandulas hypogynas æquante. *Linn. trans.* 10. *p.* 164. (M.) *v. v.*

21. P. *longifolia,* foliis elongato-linearibus falcatis, racemis lateralibus pedunculisve unifloris, perianthiis pube adpressâ tectis, ovarii pedicelli articulo inferiore glandulis hypogynis longiore. *Linn. trans.* 10. *p.* 164. (M.) *v. v.*

22. P. *graminea,* foliis rameis linearibus longissimis margine recurvis, racemis secundis multifloris, perianthiis glabris, caule suffruticoso abbreviato. *Linn. trans.* 10. *p.* 164. (M.) *v. v.*

BELLENDENA. *Linn. trans.* 10. *p.* 166.

Perianthium tetraphyllum, regulare, patens. *Stamina* hypogyna! *Glandulæ* nullæ hypogynæ. *Ovarium* dispermum. *Stigma* simplex. *Samara* aptera, 1-2-sperma.

Frutex *glaberrimus.* Folia *sparsa, plana, apice trifida.* Spica *racemosa, terminalis, floribus sparsis, rarò geminatis.* Perianthium *album, citò deciduum.* Ovarium *cum pedicello suo articulatum.* Samara? *colorata, margine altero sulcato.*

Dixi in honorem Joannis Bellenden Ker Armigeri, Botanici periti, auctoris eruditi dissertationis de Ensatis, et descriptionum nuperiorum plantarum monocotyledonum in opere *Botanical Magazine* nuncupato.

B. *montana.* *Linn. trans.* 10. *p.* 166.

ANADENIA. *Linn. trans.* 10. *p.* 166.

Perianthium tetraphyllum, apicibus concavis staminiferis. *Antheræ* immersæ. *Glandulæ* nullæ hypogynæ. *Ovarium* dispermum. *Stigma* conicum. *Folliculus* unilocularis, abortione monospermus. *Semen* apterum.

Frutices Grevilleis *affines.* Folia *pinnatifida, v. lobata, circumscriptione cuneiformia.* Spicæ *terminales, v. laterales, floribus geminatis, paribus unibracteatis, summis quandoque præcocioribus.*

1. A. *pulchella,* foliis pinnatifidis pilosiusculis: lobis cuneiformibus

mibus apice trifidis v. inciso-pinnatifidis, spicis apicifloris, folliculis viscidis. *Linn. trans.* 10. *p.* 167. (M.) *v. v.*

2. A. *trifida,* foliis cuneiformibus (unguicularibus) triplinervibus aveniis trifidis subtùs argenteis: lobis integerrimis lateralibusve 2-3-dentatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 167. (M.) *v.v.*

3. A. *ilicifolia,* foliis cuneiformibus (uncialibus) venosis subtùs argenteis basi attenuatis extrà medium pinnatifido-incisis. *Linn. trans.* 10. *p.* 167. (M.) *v. v.* flor. inexpans. absque fructu.

GREVILLEA.

Perianthium irregulare; foliolis laciniisve secundis: apicibus cavis stamíniferis. *Antheræ* immersæ. *Glandula* hypogyna unica, dimidiata. *Ovarium* dispermum. *Stigma* obliquum, depressum, (rarò subverticale, conicum.) *Folliculus* unilocularis, dispermus, loculo centrali. *Semina* marginata, v. apice brevissimè alata.

Frutices *rariùs* Arbores, *pilis dum adsint medio affixis!* Folia *alterna, indivisa v. pinnatifida.* Spicæ *nunc elongatæ racemosæ, nunc abbreviatæ corymbosæ v. fasciculiformes, involucro nullo, pedicellis geminatis, rarò pluribus, paribus fasciculisve unibracteatis.* Perianthia *sæpissimè rubicunda nunc flava, in quibusdam obliquè inserta.* Folliculi *vel coriacei ovati, stylo toto coronati, seminibus ovalibus, angustissimè marginatis et apice brevissimè alatis: vel* lignei, *suborbiculares, pseudo-bivalves, basi tantummodo styli mucronati, seminibus undique alatis.*

Pulcherrimum genus paucis antehàc mensibus in honorem dixi, nunc eheu! memoriæ dicatum Caroli Francisci Greville, viri omnibus titulis nobilis, rei naturalis Mineralogiæ præcipuè et Botanices docti cultoris et patroni.

Obs. I. Vastum genus, plantas certè facie valdè diversas complectitur, at quoniam gradationes ferè omnes et habitus et fructificationis structuræ habemus, illas minimè disjungendas esse censeo, sed in phalanges propriis nominibus insignitas disponendas. Notatu dignum quod in toto hoc genere uti in Anadeniâ et in Hakeâ (unicâ specie forsàn exceptâ) pili dum adsint medio affixi sunt, structura quæ in nullo alio genere ordinis observatâ.

Obs. II. In libello de Proteeis a D. Knight et Salisbury nuper edito, Grevillea perperàm limitata (ex charactere judicans) ad ultimam sectionem nostram, quæ, si ulla, distincti

stincti generis est; error proculdubio ortus e nostrâ dissertatione (in *Linn. trans.* l. c.) malè intellectâ, vel memoriâ imperfecte retentâ a D. Salisbury, qui ejusdem coram Societate Linneanâ lectionem audivit; genus insuper sic truncatum (e speciebus relatis judicans) mera farrago est, cujus species omnes in methodo naturali minimè approximandæ et quarum ne unius quidem characteri toti ab ipsis auctoribus proposito respondet.

I. Folliculi *coriacei, stylo toto stigmateque depresso coronati.* Semina *ovalia angustissimè marginata, apiceve brevissimè alata.*

A. Folia *omnia integerrima (in plerisque marginibus refractis v. replicatis pseudo-3-nervia).* Flores *fasciculati* v. *in racemo abbreviato.* Stylus *glaber.* Folliculus *ecostatus.* LISSOSTYLIS.

1. G. *punicea,* foliis elliptico-oblongis basi subattenuatis marginibus refractis, ramulis floriferis racemoque abbreviato recurvis, barbâ interiori perianthii oblongâ dimidium inferiorem unguium æquante, pistillis uncialibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 169. (J.) *v. v.*
Embothrium sericeum β. *Smith new holl.* 25. *t.* 9. *f.* 5. β.
Lysanthe speciosa. *Knight et Salisb. prot.* 118?

2. G. *dubia,* foliis ellipticis marginibus refractis, ramis ramulisque tomentosis: floriferis racemoque abbreviato recurvis, pistillis unciâ brevioribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 169. (J.) *v. v.*
OBS. Nimis affinis præcedenti.

3. G. *sericea,* foliis ellipticis oblongisve obtusis mucronatis marginibus refractis, ramulis floriferis erectis, racemis abbreviatis recurvis, barbâ interiori perianthii dimidio inferiore unguium breviore, pistillis semuncialibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 170. (J.) *v v.*
Embothrium sericeum α. *Smith new holl.* 25. *t.* 9. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 539. *And. repos.* 100. *Sims bot. mag.* 862.
Embothrium cytisoides. *Cav. Ic.* 4. *p.* 60. *t.* 386. *f.* 2.
Lysanthe sericea et cytisifolia. *Knight et Salisb. prot. p.* 118, *et* 119.

4. G. *linearis,* foliis lineari-lanceolatis acutis mucronatis marginibus refractis, racemis abbreviatis erectiusculis, stylis apice glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 170. (J.) *v. v.*
Embothrium linearifolium. *Cavan. ic.* 4. *p.* 59. *t.* 386. *f.* 1.
Embothrium lineare. *And. repos.* 272.

Embo-

Embothrium sericeum γ. *Smith new holl.* 27. *t.* 9 *f.* 6.
Lysanthe linariæfolia. *Knight et Salisb. prot.* 119.

5. G. *stricta*, foliis lanceolato-linearibus acutis mucronatis: marginibus refractis costâque denticulato-scabris, stylis apice sericeis. *Linn. trans.* 10. *p.* 170. (J.) *v. v.*

6. G. *riparia*, foliis elongato-linearibus: marginibus refractis costâque lævibus, stylis apice glaberrimis, pistillis quadrilinearibus, pedicellis ovario longioribus, barbâ interiori perianthii densâ. *Linn trans.* 10. *p.* 170. (J.) *v. v.*

7. G. *parviflora*, foliis subulato-linearibus: marginibus refractis costâque lævibus, ramulis glabriusculis, perianthiis extùs ferrugineis barbâ interiori obsoletâ, pistillis bilinearibus, pedicello ovarium vix æquante. *Linn. trans.* 10. *p.* 171. (J.) *v. v.*

8. G. *juniperina*, foliis subulatis fasciculatis divaricatis marginibus refractis, ramulis villosis teretiusculis, pistillis semuncialibus pedunculo partiali quadruplò longioribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 171. (J.) D. G. Caley et A. Gordon. *v. s.*

9. G. *australis*, foliis lanceolato-subulatis (unciâ brevioribus) margine subrecurvis suprà pube deciduâ conspersis subtùs sericeis, ramis ramulisque tomentosis teretibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 171. (D.) *v. v.* absque flor. v. fructu.

10. G. *tenuifolia*, foliis subulatis margine revolutis (unciâ brevioribus), fasciculis sessilibus, pistillis bilinearibus. *Linn. trans.* 10. p. 171. (D.) *v. v.*

11. G. *pauciflora*, foliis lineari-oblongis planiusculis obtusis mucronulatis suprà lævibus subtùs subsericeis: inferioribus glabriusculis, fasciculis 2—4-floris erectis, perianthiis glabriusculis pistillum subæquantibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 171. (M.) *v. v.*

12. G. *aspera*, foliis lineari-oblongis obtusis mucronulatis suprà punctato-asperis subtùs argenteis, racemis abbreviatis recurvis, stylo brevissimo, stigmate cochleariformi. *Linn. trans.* 10. *p.* 172. (M.) *v. v.* flor. delaps. fructu maturo.

13. G. *concinna*, foliis linearibus margine revolutis lævibus erectis, racemis recurvis secundis multifloris, ovariis lanatis, stylis glaberrimis perianthio subsericeo duplò longioribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 172.

Obs. A reliquis sectionis facie et ovario lanato differt.

I. B. Folia omnia integerrima. Flores *fasciculati* v. *in racemo abbreviato, floribus superioribus præcocioribus!* Ovarium *subsessile*. Stylus *hirsutus* v. *tomentosus*. Folliculus *costatus!* PTYCHOCARPA.

14. G. *arenaria*, foliis oblongis obtusis mucronulatis, racemis recurvis paucifloris, pistillis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 172. (J.) *v. v.*

Lysanthe cana. *Knight et Salisb. prot.* 117.

15. G. *montana*, foliis lanceolatis acutis suprà læviusculis subtùs sericeis, floribus geminatis, pedunculis glabris perianthia nudiuscula subæquantibus, pistillis hirsutis, tomento ramulorum arctè adpresso. *Linn. trans.* 10. *p.* 172. (J.) *v. s.*

16. G. *acuminata*, foliis lanceolatis subacuminatis mucronatis suprà punctato-scabris subtùs cinereo-tomentosis, racemis paucifloris porrectis recurvisve, pistillis hirsutis, perianthiis demùm glabriusculis, ramulis pubescentibus. *Linn. trans.* 10 *p.* 173. (J.) *v. v.*

17. G. *cinerea*, foliis ellipticis obovatisve mucronatis suprà parùm scabris subtùs cinereo-tomentosis, racemis paucifloris recurvis, pistillis hirsutis, perianthiis pedunculisque lanatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 173. (J.) *v. v.*

18. G. *mucronulata*, foliis obovatis obtusis mucronulatis suprà scabris nitentibus subtùs parùm sericeis, racemis abbreviatis, pistillis hirsutis, perianthiis pube appressâ conspersis. *Linn. trans.* 10. *p.* 173. (J.) *v. v.*

Lysanthe podalyriæfolia. *Knight et Salisb. prot.* 117.

19. G. *Baueri*, foliis oblongis obtusis mucronulatis utrinque glabris lævibus, racemis abbreviatis, pistillis hirsutis, perianthiis pedunculisque glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 173. (J.) *v. v.*

I. C. Folia *omnia integerrima*. Flores *fasciculati, subumbellati*. Pistillum *lanatum, pedicellatum*. Folliculus *ecostatus*. ERIOSTYLIS.

20. G. *occidentalis*, foliis lanceolatis suprà punctatis scabris subtùs sericeis, fasciculis axillaribus terminalibusque, perianthiis utrinque stylisque lanâ patulâ cinereis, stigmate mutico. *Linn. trans.* 10. *p.* 173. (M.) *v. v.*

21. G. *sphacelata*, foliis oblongis lanceolatisve suprà punctis minutis scabriusculis subtùs sericeis, fasciculis terminalibus, perianthiis extùs ferrugineo-tomentosis intùs stylisque cinereo-lanatis, stigmate mutico. *Linn. trans.* 10. *p.* 174. (J.) *v. v.*

22. G. *phy-*

22. G. *phylicoides*, foliis lineari-lanceolatis: suprà punctato-scabris superioribus villosis; subtùs pubescentibus cinereis, stigmate ovali appendicem bis superante. *Linn. trans.* 10. *p.* 174. (J.) *v. v.*

23. G. *buxifolia*, foliis ellipticis suprà punctatis scabris subtùs tomento adpresso cinereis, stigmate orbiculato appendicem recurvum vix æquante. *Linn. trans.* 10. *p.* 174. (J.) *v. v.*
Embothrium buxifolium. *Smith new holl.* 29. *t.* 10. *Willd sp pl* 1. *p.* 538. *And. repos.* 218.
Embothrium genianthum. *Cavan. ic.* 4. *p.* 60. *t.* 387.
Stylurus buxifolia. *Knight et Salisb. prot.* 115.
Stylurus collina. *Knight et Salisb. prot.* 116?

I. D. Racemus *thyrsiformis*. Pedicellus ovarii *accretus apice obliquè pedunculi, cui utrinque foliola duo perianthii, unum suprà alterum, inserta*. PLAGIOPODA.

24. G. *Goodii*, foliis integerrimis oblongis undulatis venosis utrinque glabris, racemis elongatis pedunculatis, caulibus prostratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 174. (T.) *v. v.*

25. G. *venusta*, foliis pinnatifidis v. trifidis passimque indivisis subtùs sericeis, racemis erectis, perianthiis glaberrimis, stylis hirsutissimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 175. (T.) *v. v.*

I. E. Racemus *thyrsiformis*. Folia *pinnatifida* (*rarò passim indivisa*.) GREVILLIA strictè sic dicta.

26. G. *pungens*, foliis pinnatifidis suprà glabris subtùs argenteis: laciniis subulato-linearibus mucronatis pungentibus, racemis refractis, perianthiis pistillisque glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 175.

27. G. *Dryandri*, foliis pinnatis subtùs sericeis: foliolis elongato-linearibus, racemis pedunculatis porrectis longissimis, perianthiis subobliquè insertis pistillisque glaberrimis, caule patulo. *Linn. trans.* 10. *p.* 175. (T.) *v. v.*

28. G. *aspleniifolia*, foliis elongato-linearibus pinnatifido-incisis integerrimisque subtùs tomentosis, racemis folio ter brevioribus, perianthiis pubescentibus, stylis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 175. (J.) D. G. Caley. *v. s.*
Grevillea aspleniifolia. *Knight et Salisb. prot.* 120.

29. G. *Banksii*, foliis pinnatifidis subtùs sericeis: laciniis elongato-lanceolatis, racemis erectis æqualibus, perianthiis tomentosis, stylis glabris, ovariis sessilibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 176. (T.) *v. v.*

30. G. *Chrysodendrum*, foliis pinnatifidis bipinnatifidisque: la-

 ciniis

ciniis angusto-linearibus elongatis, racemis cylindraceis: floribus semiverticillatis, perianthiis tomentosis basi persistenti, ovariis subsessilibus, stylis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 176.

Grevillea pteridifolia. *Knight et Salisb. prot.* 121.

II. Folliculi *lignei, subrotundi, basi solùm styli mucronati.* Semina *undique latiùs alata.* CYCLOPTERA.

31. G. *heliosperma,* foliis pinnatis subbipinnatisque glabris: pinnis oblongo-linearibus oblongisve: inferioribus petiolatis, racemis divisis erectis, perianthiis pistillisque glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 176. (T.) *v. v.*

32. G. *refracta,* foliis pinnatis passim indivisis: foliolis elongato-linearibus subtùs sericeis, racemis refractis divisis, perianthiis sericeis, pistillis glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 176. (T.) *v. v.*

33. G. *ceratophylla,* foliis 2-3-fidis indivisisque subtùs nervosis sericeis: laciniis elongato-linearibus, folliculis ovalibus glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 177. (T.) *v. v.* absque floribus.

34. G. *mimosoides,* foliis integerrimis ensiformibus planis nervosis ramisque glabris, folliculis obovatis viscidis. *Linn. trans.* 10. *p.* 177. (T.) *v. v.* absque floribus.

35. G. *polystachya,* foliis lineari-ensiformibus integerrimis laxis subtùs nervosis sericeis, racemis terminalibus alternis, pistillis semunciâ longioribus, stigmate obliquo concavo: papillâ centrali. *Linn. trans.* 10. *p.* 177. (T.) *v. v.* absque sem. quæ ignota.

Grevillea parallela. *Knight et Salisb. prot.* 121.

36. G. *striata,* foliis lineari-ensiformibus integerrimis strictis subtùs multinervibus sericeis, racemis terminalibus alternis, pistillis semunciâ brevioribus, stigmate verticali depresso conico. *Linn. trans.* 10. *p.* 177. (T.) *v. v.* absque fructu.

37. G. *lorea,* foliis teretibus pendulis longissimis, stigmate tetragono truncato-pyramidato. *Linn. trans.* 10. *p.* 177. (T.) *v. v.* absque fructu.

38. G. *gibbosa,* foliis elongato-lanceolatis integerrimis pubescentulis uninervibus venosis, racemis elongatis, stigmate conico, folliculis gibboso-incrassatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 177. (T.) B. *v. s.*

Grevillea glauca. *Knight et Salisb. prot.* 121.

OBS. Transitum ad Hakeam facilem reddit.

HAKEA.

HAKEA. *Schrad. sert. hanov. Cavan. ic. 6. Labill. nov. holl. 1. p 30. Persoon. syn. 117. Poiret. encyc. botan. 8. p. 419.*

Conchium. *Smith linn. trans. 4. p. 215. Vent. malmais. 110. Gært. carp. 3. p. 216.*

Perianthium 4-phyllum, irregulare, foliolis secundis, apicibus cavis staminiferis. *Antheræ* immersæ. *Glandula* hypogyna unica dimidiata. *Ovarium* pedicellatum, dispermum. *Stigma* sub-obliquum, e basi dilatatâ mucronatum. *Folliculus* unilocularis, ligneus, pseudo-bivalvis, loculo excentrico. *Semina* alâ apicis nucleo longiore.

Frutices *rigidi, quandoque* Arbores *mediocres, pilis dum adsint medio affixis!* Folia *sparsa, in variis varia, nunc in eodem frutice diversiformia.* Fasciculi *v.* Racemuli *sæpiùs axillares, in plerisque involucrati, squamis imbricatis, scariosis, caducis, rudimenta ramulorum aliquando simul includentibus, ideoque potiùs pro gemmâ habendis, sed genus, extra tropicum saltèm, a confinibus optimè distinguentibus, aliis notis in quibusdam vacillantibus.* Pedicelli *colorati, in racemosis geminati, paribus unibracteatis.* Flores *parvi, albi, v. ochroleuci.* Pistillum *glaberrimum, stylo sub-deciduo.* Folliculus *parietibus incrassatis.* Semina *atra, rarò cinerea.*

I. *Folia omnia filiformia.*

A. *Capsulæ juxta apicem ecalcaratæ.*

1. H. *pugioniformis,* foliis filiformibus indivisis glabris, perianthiis sericeis hirsutisve, capsulis lanceolatis acuminatis rectis utrinque infra medium transversim cristatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 178.

α. Perianthia sericea. (J.) *v. v.*
Banksia teretifolia. *Salisb. prod.* 51.
Hakea glabra. *Schrad. sert. hanov.* 27. *t.* 17.
Hakea pugioniformis. *Cavan. ic.* 6. *p.* 24.* *tab.* 533.
Conchium pugioniforme. *Smith linn. trans.* 9. *p.* 122.*
Conchium longifolium. *Smith linn. trans.* 9. *p.* 121.*
Hakea glauca. *Knight et Salisb. prot.* 106.

β. Perianthia hirsuta. Ramuli ultimi tomentosi. Forsan distincta species. (D. J.) *v. v.*
Hakea parilis. *Knight et Salisb. prot.* 106.

2. H. *rugosa,* foliis filiformibus indivisis glabris fructu parùm longioribus,

longioribus, capsulis obovatis curvatis refractis: acumine subulato lævi adscendenti; utrinque cristatis rugosis, caule diffuso. *Linn. trans.* 10. *p.* 179. (M.) *v. v.* absque flor.

3. H. *epiglottis*, foliis filiformibus indivisis glabris fructu duplò longioribus, capsulis curvatis refractis: mucrone adscendenti subulato carinato; utrinque rugosis ecristatis, seminum alà obovatâ, caule erecto. *Linn. trans.* 10. *p.* 179. (D.) *v. v.*

Hakea epiglottis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 30. *tab.* 40.

4. H. *nodosa*, foliis filiformibus indivisis parùm compressis, capsulis gibbosis obtusis nodosis seminumque alis obovatis, perianthiis glabris, pedunculis pubescentibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 179. (M.) *v. v.*

Obs. Sequenti nimis affinis.

5. H. *flexilis*, foliis filiformibus indivisis parùm compressis, capsulis ellipticis acutiusculis modicè convexis lævibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 180. (M.) *v. v.*

6. H. *leucoptera*, foliis teretibus indivisis fructu duplò longioribus, ramis erectis virgatis subflexuosis, capsulis ovatis infrà gibbosis suprà compressis, seminibus albo-cinereis! *Linn. trans.* 10. *p.* 180. (M.) *v. v.*

7. H. *obliqua*, foliis teretibus indivisis, ramis tomentosis, glandulâ adnatâ obliquo apici pedunculi, perianthiis sericeis, capsulis gibbosis subnodosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 180. (M.) *v. v.*

8. H. *sulcata*, foliis filiformibus indivisis undique sulcatis divaricatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 180. (M.) *v. v.* absque floribus.

I. B. *Capsulæ juxta apicem bicalcaratæ.*

9. H. *lissosperma*, foliis filiformibus indivisis exsulcis glabris fructu duplò longioribus, capsulis gibbosis intùs lævibus: calcaribus brevissimis, seminum alà obovatâ: nucleo lævi basi immarginato. *Linn. trans.* 10. *p.* 180. (D.) *v. v.* absque flor.

10. H. *gibbosa*, foliis filiformibus indivisis basi subtùs obsoletissimè sulcatis ramisque subpubescentibus, ramulis pedunculisque hirsutis, perianthiis glabriusculis, capsulis gibbosis, seminis alà semiellipticâ: nucleo lacunoso basi marginato. *Linn. trans.* 10. *p.* 181. (J.) *v. v.*

Banksia gibbosa. *Smith in White's voy.* 224. *t.* 22. *f.* 2. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 536.

Banksia pinifolia. *Salisb. prod.* 51.

Hakea

Hakea pubescens. *Schrad. sert. hanov.* 27.
Hakea gibbosa. *Cavan. ic.* 6. *p.* 24.* *tab.* 534.
Conchium gibbosum. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 119.*
Hakea pinifolia. *Knight et Salisb. prot.* 107. specificum nomen *gibbosa* rejiciunt quia toto genere conveniens quod falsum; et in ejus loco *pinifoliam* substituunt!

11. H. *acicularis*, foliis filiformibus indivisis glabris subtùs infra medium obsolete sulcatis longitudine fructûs, ramulis ultimis subsericeis, pedunculis hirsutis perianthia glaberrima subæquantibus, capsulis gibbosis subrugosis intùs lacunosis. *Linn trans* 10. *p.* 181. (J.) *v. v.*
Hakea sericea. *Schrad. sert. hanov.* 27.
Conchium aciculare. *Vent. malmais. t.* 111. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 121.
Hakea acicularis. *Knight et Salisb. prot.* 107.
β. Conchium compressum. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 121.

12. H. *vittata*, foliis filiformibus indivisis exsulcis glabris fructu duplò longioribus, capsulis ovatis convexiusculis æquilateris a basi dehiscentibus intùs lacunosis, seminis alâ obovatâ, ramulis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 182. (M.) *v. v.* absque flor.

13. H. *cycloptera*, foliis filiformibus indivisis fructu duplò longioribus ramulisque glaberrimis, capsulis gibbosis intùs lacunosis, seminibus utrinque alatis: alâ inferiore nucleum subæquante! *Linn. trans.* 10. *p.* 182. (M.) *v. v.* absque flor.

14. H. *suaveolens*, foliis filiformibus suprà sulcatis, pinnatifidis passimque indivisis, floribus racemosis glabris: rachi tomentosâ, capsulis gibbosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 182. (M.) *v. v.*

II. *Folia plura filiformia: aliqua plana.*

15. H. *microcarpa*, foliis integerrimis glabris: rameis teretibus; infimis planis, perianthiis pedunculisque glaberrimis, capsulis bicalcaratis umbellatis folio multoties brevioribus. *Linn. trans.* 10. *p.* 182. (D.) *v. v.*

16. H. *trifurcata*, foliis filiformibus 2-3-fidis indivisisve subtùs sulcatis: passim planis ovalibus integerrimis, perianthiis hirsutis, capsulis compressis ecalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 183. (M.) *v. v.*
Conchium trifurcatum. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 122.

17. H. *varia*, foliis superioribus filiformibus divisis simplicibusque:

busque: inferioribus planis pinnatifidis linearibus et subulatis, capsulis bicalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 183. (M.) *v. v.* absque flor.

III. *Folia omnia plana.*

A. *Folia aliqua v. omnia dentata v. incisa.*

18. H. *attenuata,* foliis cuneatis apice dentatis pinnatifidisve basi attenuatis: passim lanceolatis integerrimis, capsulis bicalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 183. (M.) *v.v.* absque flor.

19. H. *linearis,* foliis lanceolato-linearibus spinuloso-paucidentatis integerrimisque aveniis impunctatis, ramulis pedunculoque communi glabris, fasciculis terminalibus axillaribusque, capsulis bicalcaratis compressiusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 183. (M.) *v.v.*

20. H. *florida,* foliis angusto-lanceolatis spinuloso-dentatis minutissimè punctatis margine parùm scabris, ramulis pedunculoque communi brevissimo pubescentibus, capsulis bicalcaratis convexiusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 183. (M.) *v. v.*

21. H. *ilicifolia,* foliis circumscriptione ovalibus opacis sinuato-dentatis spinulosis subpetiolatis, ramis tomentosis, capsulis bicalcaratis ovatis gibbosis apice compressis intùs scrobiculatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 184. (M.) *v. v.*

22. H. *nitida,* foliis lanceolatis oblongisve basi attenuatis spinuloso-paucidentatis integrisque nitidis subvenosis ramulisque glaberrimis, capsulis bicalcaratis parùm gibbosis intùs læviusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 184. (M.) *v. v.* absque flor.

23. H. *amplexicaulis,* foliis sinuato-dentatis nitidis subvenosis amplexicaulibus: basi dilatatâ cordatâ, caule prostrato, ramis glabris, capsulis ecalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 184. (M.) *v. v.* absque flor.

24. H. *prostrata,* foliis angulato-dentatis apice dilatatis cuneatis basi cordatis amplexicaulibus, caule prostrato, ramis pubescentibus, capsulis ecalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 184. (M.) *v. v.*

25. H. *ceratophylla,* foliis pinnatifidis bipinnatifidisve linearibus planis, perianthiis ferrugineo-tomentosis, capsulis ecalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 184. (M.) *v. v.*
Conchium ceratophyllum. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 124.*

26. H. *undulata,* foliis obovatis trinervibus reticulato-venosis undulatis

undulatis spinoso-dentatis, capsulis ecalcaratis ventricosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 185. (M.) *v. v.*

III. B. *Folia omnia integerrima.*

27. H. *oleifolia,* foliis lanceolatis integerrimis uninervibus obsoletè venosis mucronulo spinoso: superioribus pubescentibus, ramulis tomentosis, capsulis terminalibus bicalcaratis gibbosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 185. (M.) *v. v.*
Conchium oleifolium. *Smith linn. trans.* 9. *p.* 124.
Hakea ligustrina. *Knight et Salisb. prot.* 108.

28. H. *saligna,* foliis elongato-lanceolatis integerrimis uninervibus acutis apiculo sphacelato omnibus ramulisque glaberrimis, capsulis axillaribus gibbosis: apice compresso utrinque carinato. *Linn. trans.* 10. *p.* 185. (J.) *v. v.*
Embothrium salignum. *And. repos. t.* 215.
Conchium salignum. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 124.*
Hakea saligna. *Knight et Salisb. prot.* 108.

29. H. *marginata,* foliis lanceolatis integerrimis marginatis uninervibus mucrone spinoso unciâ brevioribus: summis pubescentibus, capsulis ecalcaratis acuminatis nitidis subsessilibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 185. (M.) *v. v,* absque flor.

30. H. *ruscifolia,* foliis ellipticis obovatisve petiolatis integerrimis spinoso-cuspidatis suprà punctato-scabris subtùs tomentosis, ramulis hirsutis, capsulis ecalcaratis punctatis scabriusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 186. (M.) *v. v.* absque flor.
β. Hakea ruscifolia. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 30. *t.* 39.

31. H. *cinerea,* foliis lineari-lanceolatis elongatis integerrimis trinervibus obsoletè venosis scabriusculis apiculo sphacelato, ramulis squamisque involucri tomentosis, capsulis lanceolatis acuminatis subcompressis ecalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 186. (M.) *v. v.*

32. H. *dactyloides,* foliis integerrimis triplinervibus venosis obovato-oblongis lineari-lanceolatisve aversis, ramulis angulatis, pedicellis pilosis, perianthiis glabris, capsulis ecalcaratis: cortice verrucoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 186. (J.) *v. v.*
α. Folia obovato-oblonga, passim lanceolata, venis anastomozantibus.
Banksia dactyloides. *Gært. sem.* 1. *p.* 221. *t.* 47. *f.* 2. *Lam. illust. gen.* 1. *p.* 242. *n.* 1279. *t.* 54. *f.* 3. a Gært. mutuata.

Hakea dactyloides. *Cavan. ic.* 6. *p.* 23. *tab.* 515.
Conchium dactyloides. *Vent. malmais. t.* 110. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 123.
Hakea nervosa. *Knight et Salisb. prot.* 108.

β. Folia lineari-lanceolata, venis obsoletis.

33. H. *elliptica*, foliis integerrimis quinquenervibus reticulato-venosis ellipticis ovalibusve muticis, pedicellis perianthiisque glabris, capsulis ecalcaratis acutis gibbosis: cortice nitido. *Linn. trans.* 10. *p.* 187. (M.) *v. v.*
Conchium ellipticum. *Smith in linn. trans.* 9. *p.* 123.

34. H. *clavata*, foliis integerrimis lingulatis cartilagineo-carnosis mucronatis enervibus, floribus racemosis glabris, capsulis bicalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 187. (M.) *v. v.*
Hakea clavata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 31. *t.* 41.

35. H. *arborescens*, foliis integerrimis lingulatis linearibusve obsoletè nervosis muticis, umbellis nudis pedunculatis, pedicellis perianthiisque tomentosis, capsulis ecalcaratis. *Linn. trans.* 10. *p.* 187. (T.) *v. v.*
Obs. Species unica tropica, et unica quoque gemmis floralibus nudis!

LAMBERTIA. *Smith in linn. trans.* 4. *p.* 214. *Cavan. ic.* 6. *p.* 31.

Perianthium tubulosum, 4-fidum, laciniis revolutis. *Stamina* laciniis inserta. *Squamulæ hypogynæ* 4, distinctæ v. connatæ. *Ovarium* dispermum. *Stigma* subulatum. *Folliculus* unilocularis, coriaceo-ligneus. *Semina* marginata. *Involucrum* 1—7-florum, imbricatum, deciduum. *Receptaculum* planum, epaleatum.

Frutices *pulcherrimi, ramis verticillatis.* Folia *terna, sæpius integerrima.* Involucra *terminalia, solitaria, colorata, in plerisque 7-flora rarò uniflora.* Folliculi *subcuneati, apice hinc cuspidati inde bicornes, v. mutici, quandoque echinati.*

Obs. In capitulis multifloris flosculorum numerus definitus esse videtur; dum 7-flora e duobus verticillis, iis foliorum respondentibus, cum flosculo terminali quasi composita: hinc forsan species capitulo 4-floro detegendæ.

Lambertia echinata cujus flores ignoti dubia species, propter folia lobata, quæ in reliquis integerrima.

1. L. *uniflora*, involucris unifloris, foliis obovatis mucronatis glabris reticulatis, folliculis hinc cuspidatis inde ecornibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 188. (M.) *v. v.*

2. L. *inermis*, involucris 7-floris: foliolis interioribus perianthio dimidio brevioribus, stylis glabris, folliculis hinc cuspidatis inde ecornibus; foliis oblanceolatis obovatisque muticis. *Linn. trans.* 10. *p.* 188. (M.) *v. v.*

3. L. *formosa*, involucris 7-floris: foliolis interioribus perianthium æquantibus, stylis pilosis, folliculis hinc cuspidatis inde bicornibus, foliis lineari-lanceolatis cuspidato-mucronatis margine recurvis. *Linn. trans.* 10. *p.* 188. (J.) *v. v.*

Lambertia formosa. *Smith in linn. trans. t.* 20. *Cavan. ic.* 6. *p.* 31.* *tab.* 547. *Knight et Salisb. prot.* 109.

Protea nectarina. *Wendel. sert. hanov. fasc.* 4. *p.* 5. *t.* 21.

4. L. ? *echinata*, foliis linearibus glabris reticulatis, apice dilatato lobato mucronato; folliculis bicornibus undique echinatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 189. (M.) *v. v.* absque flor.

XYLOMELUM. *Smith in linn. trans.* 4. *p.* 214.

Perianthium tetraphyllum, regulare, foliolis apice revolutis. *Stamina* inserta supra medium foliolorum, iisque revolutis exserta. *Glandulæ hypogynæ* 4. *Ovarium* dispermum. *Stigma* verticale, clavatum, obtusum. *Folliculus* incrassato-ligneus uniloculatis, loculo excentrico. *Semina* apice alata.

Arbor *mediocris, trunco gracili. Folia opposita, adulta integerrima, plantæ juvenilis dentata. Spicæ axillares, oppositæ, amentaceæ, paribus florum unibracteatis, infimis solùm perfectis, reliquis ovario destitutis stigmateque minore.* Folliculus *unicus tantùm maturescens, obpyriformis, tomentosus, crassissimus, intùs suturâ dehiscens, extùs siccatione partibilis.*

X. *pyriforme.* *Linn. trans.* 10. *p.* 189. (J.) *v. v.*

Banksia pyriformis. *Gært. sem.* 1. *p.* 220. *t.* 47. *f.* 1. *Lam. illust. gen.* 1. *p.* 242. *n.* 1278. *t.* 54. *f.* 4. *White's voy.* 224.

Hakea piriformis. *Cavan. ic.* 6. *p.* 25.* *t.* 536.

Xylomelum pyriforme. *Knight et Salisb. prot.* 104.

ORITES. *Linn. trans.* 10. *p.* 189.

Perianthium tetraphyllum, regulare, foliolis apice recurvis. *Stamina* inserta supra medium foliolorum, iisque recurvatis exserta. *Glandulæ* 4 hypogynæ. *Ovarium* sessile, dispermum. *Stylus* strictus. *Stigma* obtusum, verticale.

 Folliculus

Folliculus coriaceus, unilocularis, loculo subcentrali. *Semina* apice alata.

Frutices. Folia *alterna, integerrima v. dentata.* Spicæ *axillares v. terminales, breves, florum paribus unibracteatis, omnibus hermaphroditis.*

1. O. *diversifolia,* foliis planis lanceolatis dentatis integerrimisve subtùs tomentosiusculis, folliculis suturâ truncatâ leviterve excisâ. *Linn. trans.* 10. *p.* 190 (D.) *v. v.*

2. O. *revoluta,* foliis margine revolutis linearibus integerrimis subtùs incano-tomentosis, folliculis suturâ rotundatâ. *Linn. trans.* 10. *p.* 190. (D.) *v. v.*

TELOPEA. *Linn. trans.* 10. *p.* 197.

Embothrii species. *Smith. Cavan. Salisb.*
Hylogyne. *Knight et Salisb.*

Perianthium irregulare, hinc longitudinaliter fissum inde 4-fidum. *Stamina* apicibus concavis perianthii immersa. *Glandula hypogyna* unica, subannularis. *Ovarium* polyspermum, pedicellatum. *Stylus* persistens. *Stigma* obliquum, clavatum, convexum. *Folliculus* unilocularis, cylindraceus. *Semina* apice alata, alâ hinc immarginatâ inde vasculosâ, nervo obliquè recurrenti. *Involucrum* (racemi v. corymbi,) imbricatum, deciduum.

Frutices *ramis determinatis.* Folia *sparsa, dentata v. integra.* Racemi *terminales, corymbosi, paribus pedicellorum unibracteatis.* Flores *coccinei.*

Obs. Hujus pulcherrimi generis summa affinitas cum Oreocalli (*Linn. trans.* 10. *p.* 197.), quæ differt præcipuè defectu glandulæ hypogynæ et involucri; involucrum tamen non adeo magni valoris in Telopeâ ac primo intuitu videatur, nam in T. *truncatâ* rudimenta ramulorum ad instar Hakeæ sæpiùs includit.

1. T. *speciosissima,* foliis cuneato-oblongis inciso-dentatis venosis cum ramulis involucrisque glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 198. (J.) *v. v.*
Embothrium speciosissimum. *Smith new holl.* 19. *t.* 7. *Sims bot. mag.* 1128.
Embothrium spathulatum. *Cav. ic.* 4. *p.* 60. *t.* 388. *Gært. carp.* 3. *p.* 214. *t.* 218.
Embothrium speciosum. *Salisb. parad.* 111.
Hylogyne speciosa. *Knight et Salisb. prot.* 126.

2. T. *trun-*

2. T. *truncata*, foliis lanceolato-oblongis integerrimis passimque paucidentatis subtùs ramulisque pubescentulis, involucris extùs tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 198. (D.) *v. v.*

Embothrium truncatum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 32. *t.* 44.
Hylogyne australis. *Knight et Salisb. prot.* 127.
Obs. Alam seminis in hâc semper rotundatam in præcedenti sæpiùs truncatam observavimus.

LOMATIA. *Linn. trans.* 10 *p.* 199.

Embothrii species. *Smith. Cavan.*
Tricondylus. *Knight et Salisb. prot.* 121.

Perianthium irregulare, foliolis distinctis secundis. *Stamina* apicibus cavis perianthii immersa. *Glandulæ* hypogynæ 3, secundæ. *Ovarium* pedicellatum, polyspermum. *Stylus* persistens. *Stigma* obliquum, dilatatum, subrotundum, planiusculum. *Folliculus* ovali-oblongus. *Semina* apice alata; alâ marginatâ, disco evasculoso.

Frutices. Folia *alterna, in plerisque divisa v. dentata, rariùs integerrima, quandoque in eodem frutice varia.* Racemi *terminales, interdùm axillares, elongati, laxi, nunc abbreviati corymbosi, paribus pedicellorum unibracteatis.* Flores *ochroleuci.* Involucrum *nullum.* Seminis *nucleus farinâ sulphureâ conspersus.*

1. L. *silaifolia*, foliis bipinnatifidis glaberrimis: pinnulis cuneato-linearibus lanceolatisve incisis acutis mucronatis reticulato-venosis, racemis glaberrimis elongatis divisis simplicibusve. *Linn. trans.* 10. *p.* 199. (J.) *v. v.*

Embothrium silaifolium. *Smith new holl.* 23. *t.* 8. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 537.
Embothrium herbaceum. *Cav. ic.* 4. *p.* 60. *t.* 388.
Tricondylus silaifolius. *Knight et Salisb. prot.* 122.

2. L. *tinctoria*, foliis pinnatifidis bipinnatifidisve (rarò indivisis) glabris: pinnulis linearibus distichis uninervibus subaveniis obtusiusculis mucronulatis, racemis elongatis glabris indivisis. *Linn. trans.* 10. *p.* 199. (D.) *v. v.*

Embothrium tinctorium. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 31. *t.* 42 *et* 43.
Tricondylus tinctorius. *Knight et Salisb. prot.* 122.

3. L. *polymorpha*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis v. dentatis pinnatifidisve subtùs cum ramulis pedicellisque tomentosis, racemis terminalibus corymbosis, perianthiis pilosiusculis, pistillis glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 200. (D.) *v. v.*

α. cinerea.

α. cinerea. Folia lineari-lanceolata, integerrima, marginibus recurvis, subtùs cinereo-tomentosa; Folliculi semunciales. *Linn. trans. l. c.*

β. rufa. Folia lanceolata v. lineari-lanceolata, incisa v. pinnatifida, passim integerrima, subtùs ferrugineo-tomentosa; Folliculi subunciales. *Linn. trans. l. c.*

Embothrii tinctorii var. *Labill. nov. holl. l. c.*

4. L. *ilicifolia*, foliis oblongo-ovatis acutis spinuloso-dentatis reticulatis petiolisque glaberrimis, racemis terminalibus elongatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 200. (M.) *v. v.* flor. delaps.

5. L. *longifolia*, foliis lineari-lanceolatis elongatis glabris remotè serratis, racemis axillaribus, pedunculis perianthiisque pilosiusculis, pistillis glaberrimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 200. (J.) *v. v.*

Embothrium myricoides. *Gært. carp.* 3. *p.* 215. *t.* 218?

Tricondylus myricæfolius. *Knight et Salisb. prot.* 122.

STENOCARPUS. *Linn. trans.* 10. *p.* 201.

Embothrii species. *Forst. gen.* 16.

Cybele. *Knight et Salisb. prot.* 123.

Perianthium irregulare, foliolis distinctis, secundis. *Stamina* apicibus cavis foliolorum immersa. *Glandula* hypogyna unica, semiannularis. *Ovarium* pedicellatum, polyspermum. *Stylus* deciduus. *Stigma* obliquum, orbiculato-dilatatum, planiusculum. *Folliculus* linearis. *Semina* basi alata!

Frutices *glaberrimi.* Folia *alterna, integerrima.* Umbellæ *axillares v. terminales, pedunculatæ.* Flores *ochroleuci.*

Obs. In charactere hujus generis a D. Knight et Salisbury proposito, semina *apice* alata statuuntur; et quoniam hæc assertio bis totidem verbis, et tertiâ vice linguâ vernaculâ occurrit, vix pro calami lapsu haberi possit; potiùs ex *imaginatione* orta esse videatur; in exemplaribus enim Forsterianis *Embothrii umbellati* in Herb. Banks. et in Herb. Georgii Forster nunc in museo D. Lambert asservato, fructus desideratur; at si modò character. genericus Forsteri ipsius consultus fuisset talis assertio locum vix obtinuisset, quippe in hoc semina "*postice* et altero latere membranâ alata," descripta sunt, qualia in propinquâ specie *Stenocarpo saligno* observavimus: vocabuli autem "*postice*" a Linn. fil. (in *suppl.*) et a Schreb. (in *gen. pl.*) omissio,

omissio, causa procul dubio fuit *erroris* (?) auctorum libelli nimis festinanter conscripti.

1. S. *salignus*, foliis elongato-lanceolatis basi trinervibus. *Linn. trans.* 10. *p.* 202. (J.) *v. v.*

BANKSIA. *Linn. fil.* *Linn. trans.* 10. *p.* 202.

Perianthium quadripartitum (rarò 4-fidum). *Stamina* apicibus concavis laciniarum immersa. *Squamulæ* hypogynæ 4. *Ovarium* biloculare, loculis monospermis. *Folliculus* ligneus: *Dissepimento* libero, bifido. *Amentum* flosculorum paribus tribracteatis!

Frutices *v.* Arbores *vix excelsæ*. Rami *umbellati*. Folia *sparsa, rarò verticillata, integra, serrata v. pinnatifido-incisa, in eâdem stirpe quandoque varia, in plantâ juvenili v. mutilatâ sæpè serrata vel incisa, dum in adultâ et illæsâ integerrima.* Amenta *solitaria, terminalia, rarò lateralia, bracteolis nonnullis brevibus angustis subtensa, cylindracea, in quibusdam abbreviata.* Bracteæ *flosculorum persistentes; majores solitariæ; minores geminatæ, collaterales, interiores.* Amenti *fructiferi rachis ut plurimum incrassata et cum folliculorum basibus conferruminata.* Semina *nigra, apice cuneato-alata, nucleo in lacunâ respondenti dissepimenti lignei semiimmerso.*

I. Stylus *perianthio longior, hinc unguibus citiùs solutis arcuatim exsertus.* Stigma *laminis tardiùs dehiscentibus inclusum.* Amentum *floriferum cylindraceum, fructiferum folliculis transversis pluribus.* BANKSIÆ VERÆ.

1. B. *pulchella*, foliis acerosis integerrimis muticis (unguicularibus), perianthii unguibus lanatis: laminis glabris, stigmate depresso-capitato. *Linn. trans.* 10. *p.* 202. (M.) *v. v.*

2. B. *sphærocarpa*, foliis acerosis integerrimis mucronulatis, (uncialibus,) perianthii unguibus laminisque hirsutis, stigmate subulato, strobilis globosis, folliculis ventricosis apice compressiusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 203. (M.) *v. v.*

3. B. *nutans*, foliis acerosis integerrimis, mucronulatis, amentis nutantibus, perianthiis sericeis, folliculis apice dilatatis depressis. *Linn. trans.* 10. *p.* 203.

4. B. *ericifolia*, foliis acerosis emarginato-bidentatis (unguicularibus): marginibus integerrimis, amentis elongatis, perianthiis sericeis, stigmate capitato. *Linn. trans.* 10. *p.* 203. (J.) *v. v.*

Banksia ericæfolia. *Linn. suppl.* 127. *Lam. encyc. botan.* 1. *p.* 369. *Illust. gen.* 1. *p.* 242. *n.* 1276. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 536. *And. repos.* 156. (mala respectu amenti quod præter naturam breve) *Cavan. ic.* 6. *p.* 27. *t.* 538. *Pers. syn.* 1. *p.* 117. *Knight et Salisb. prot.* 114.
Banksia. *White's voy. tab. ad p.* 225. *f.* 1. strobilus.

5. B. *spinulosa,* foliis (adultis) acerosis (1—3-uncialibus) apice tridentatis dente intermedio longiore: marginibus spinuloso-dentatis integerrimisve, perianthiis basi intùs imberbibus, stigmate subulato. *Linn. trans.* 10. *p.* 203. (J.) *v. v.*
Banksia spinulosa. *Smith new holl.* 1. *p.* 13. *t.* 4. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 536. *Cavan. ic.* 6. *p.* 26. *t.* 537. *Pers. syn.* 1. *p.* 117. *Knight et Salisb. prot.* 114.

6. B. *collina,* foliis linearibus spinuloso-dentatis denticulò terminali breviore subtùs venosis, bracteis amenti obtusis apice tomentosis, perianthiis basi intùs imberbibus, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 204. (J.) *v. v.*

7. B. *occidentalis,* foliis linearibus extra medium spinuloso-dentatis subtùs aveniis, bracteis amenti apice glabris, perianthiis marcescentibus: unguibus basi intùs barbatis, folliculis ventricosis tomentosis: apice compressiusculo nudo, caule fruticoso, ramulis glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 204. (M.) *v. v.*

8. B. *littoralis,* foliis elongato-linearibus spinuloso-dentatis basi attenuatis subtùs aveniis, perianthiis deciduis, folliculis compressis bracteisque strobili apice tomentosis, caule arboreo, ramulis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 204. (M.) *v. v.* flor. delaps.

9. B. *marginata,* foliis linearibus truncatis mucronulatis integerrimis v. dentatis: venulis subtùs inconspicuis, ramis ultimis hirsutis, bracteis omnibus amenti apice glabris: majoribus acutis, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 205. (J.) *v. v.*

α. Frutex erectus, orgyalis. Amentum foliis plerumque integris longius.
Banksia marginata. *Cavan. ic.* 6. *p.* 29. *t.* 544.

β. Frutex erectus, orgyalis. Folia spinuloso-dentata, planiuscula, amento quandoque longiora.
Banksia microstachya. *Cavan. ic.* 6. *p.* 28. *t.* 541. exclus. syn. Linn.

γ. Frutex humilis, diffusus. Folia spinuloso-dentata, planiuscula, cuneata, amento longiora.

10. B. *de-*

10. B. *depressa*, foliis elongato-cuneatis truncatis mucronulatis spinuloso-dentatis: subtùs obsoletè costatis venulis inconspicuis, bracteis omnibus amenti (folia vix æquantis) tomentosis obtusis, caule prostrato, ramulis ultimis hirsutis. *Linn. trans.* 10. *p.* 205. (D.) *v. v.*

11. B. *patula*, foliis cuneato-linearibus truncatis mucronulatis integris v. paucidentatis (uncialibus) subtùs reticulato-venosis, bracteis amenti apice tomentosis obtusis, perianthii laminis carinâ glabrâ, caule diffuso, ramulis ultimis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 205. (M.) *v. v.*

12. B. *australis*, foliis linearibus truncatis mucronulatis margine recurvis integris subtùs reticulato-venosis, ramulis ultimis tomentosis, bracteis amenti obtusis subæqualibus apice tomentosis, perianthii laminis carinâ obsoletissimâ sericeâ, caule arboreo. *Linn. trans.* 10. *p.* 206. (D. M.) *v. v.*

13. B. *insularis*, foliis lineari- v. cuneato-oblongis subrotundatis mucronulatis sparsis verticillatisve subtùs reticulato-venosis, bracteis amenti obtusis extrorsùm tomentosis, folliculis compressis apice glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 206. (D.) *v. v.*

14. B. *integrifolia*, foliis verticillatis oblongo-lanceolatis integris mucronulatis: subtùs venulis reticulantibus conspicuis, folliculis tomentosis, caule arboreo. *Linn. trans.* 10. *p.* 206.

α. Arbor parva v. mediocris. Folia oblanceolata, sæpiùs acuta, basi attenuata. Bracteæ geminatæ obtusæ, solitariis acutis dimidio minores. (J.) *v. v.*

Banksia integrifolia. *Linn. suppl.* 127. *Lam. encyc. botan.* 1. *p.* 369. *Illust. gen.* 1. *p.* 242. *n.* 1275. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 535. *Cavan. ic.* 6. *p.* 30. *t.* 546.

Banksia spicata. *Gært. sem.* 1. *p.* 221. *t.* 48.

Banksia oleæfolia. *Cavan. ic.* 6. *p.* 30, *t.* 546. *Knight et Salisb. prot.* 114.

Banksia glauca. *Cavan. ic.* 6. *p.* 31.

β. Arbor magna. Folia lanceolato-oblonga, sæpiùs obtusiuscula, basi acuta. Bracteæ geminatæ obtusæ, solitariis acutiusculis non dimidio minores. (M.) *v. v.*

Obs. Species polymorpha, cui nimis affines sunt *Banksia insularis et compar.*

15. B. *compar*, foliis sparsis lingulato-oblongis obtusis muticis: subtùs aveniis niveis, ramulis bracteisque tomentosis, perianthiis

rianthiis sericeis, caule arboreo. *Linn. trans.* 10. *p.* 206. (T.) *v. v.*

Obs. Præcedentis forsan varietas.

16. B. *verticillata*, foliis verticillatis lingulato-oblongis obtusis muticis: subtùs aveniis niveis, bracteis amenti tomentosis obtusis: involucrantibus hirsutis, caule arboreo. *Linn. trans.* 10. *p.* 207. (M.) *v. v.*

17. B. *coccinea*, foliis alternis cuneato-obovatis oblongisve dentatis truncatis costatis reticulato-venosis basi transversis, bracteis subulatis, perianthiis lanatis, stigmate pyramidali. *Linn. trans.* 10. *p.* 207. (M.) *v. v.*

18. B. *paludosa*, foliis subverticillatis cuneato-oblongis subtruncatis basi attenuatis extra medium dentato-serratis margine subrecurvis: subtùs costatis reticulato-venosis, petiolis ramulisque glabris, perianthiis sericeis, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 207. (J.) *v. v.*

19. B. *oblongifolia*, foliis sparsis angusto-oblongis truncatis dentato-serratis basi acutiusculis: subtùs costatis reticulato-venosis, petiolis ramulisque tomentosis, bracteis majoribus amenti acuminatis, perianthiis sericeis, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 208. (J.) *v. v.*

Banksia oblongifolia. *Cavan. ic.* 6. *p.* 28. *t.* 542.

Banksia salicifolia. *Cavan. ic.* 6. *p.* 31? folia enim in B. *oblongifoliâ* quandoque integra.

Banksia aspleniifolia. *Salisb. prod.* 51?

20. B. *latifolia*, foliis obovato-oblongis spinuloso-serratis basi acutis: subtùs costatis reticulatis cinereo-tomentosis, perianthii unguibus sericeis: laminis glabris, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 208. (J.) *v. v.*

Banksia robur. *Cavan. ic.* 6. *p.* 29. *t.* 543.

Banksia Dilleniæfolia. *Knight et Salisb. prot.* 118.

Banksia uncigera. *Knight et Salisb. prot.* 112.

Obs. Secundum b. Cavanillesium hæc "Arbor triginta pedes alta," (verba sunt auctoris nec plura habet de staturâ) error autem est D. Née, cujus observationes de plantæ altitudine nec non de texturâ et utilitate ligni ad *Banksiam serratam* transferendæ. D. Knight et Salisbury, nescio quâ auctoritate, eandem statuunt; "a tree 30 feet high *or more*, growing wild at some distance from Port Jackson." Nomen Cavanillesii mutare coactus fui, quoniam reverâ Frutex est humilis, sæpius 3-4-pedalis, vix unquam orgyalis: in paludes juxta oppidum *Sydney* copiosè provenit, sed rarò semina maturescit.

21. B. *mar-*

21. B. *marcescens*, foliis cuneiformibus planis sparsis truncatis extra medium dentato-serratis: basi acutiusculâ, ramis tomentosis, perianthiis persistentibus folliculisque glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 208. (M.) *v. v.*

Banksia præmorsa. *And. repos.* 258.

Banksia aspleniifolia. *Knight et Salisb. prot.* 113. excluso synonymo Salisburii prod. (quoniam planta in Angliam introducta fuit, a detectore D. Menzies, anno 1794.)

OBS. Folia minimè præmorsa, falsum nomen mutare itaque non hesitavi.

22. B. *attenuata*, foliis elongato-linearibus truncatis basi attenuatis extra medium serratis: subtùs costatis reticulatis areolis tomentosis, bracteis apice hirsutis, perianthiis glabris, folliculis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 209. (M.) *v. v.*

23. B. *elatior*, foliis elongato-linearibus subtruncatis serratis subtùs reticulatis: adultis glabriusculis, bracteis imberbibus perianthiisque tomentosis, stylo glaberrimo, stigmate ovali-clavato, caule arboreo. *Linn. trans.* 10. *p.* 209. (T.) *v. v.*

24. B. *serrata*, foliis lato-linearibus elongatis truncatis serratis subtùs reticulatis glabriusculis: basi attenuatâ, stylo imo pulvereo-pubescenti, stigmate cylindraceo sulcato: basi obliquè incrassatâ, caule arboreo. *Linn. trans.* 10. *p.* 209. (J.) *v. v.*

Banksia serrata. *Linn. suppl.* 126. *Lam. encyc. botan.* 1. *p.* 369. *Illust. gen.* 1. *p.* 242. *t.* 54. *f.* 1. *White's voy.* 222. *cum tab.* 2 *prioribus.* *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 535. *Cavan. ic.* 6. *p.* 27. *t.* 540. (forsan ad sequentem pertinet.) *And. repos.* 82. (bene respectu stigmatis et colore perianthii, sed folia nimis profundè serrata.)

Banksia conchifera. *Gært. sem.* 1. *p.* 221. *t.* 48. *f.* 1.

Banksia dentata. *Wend. hort. herenh. tab.* 8? vel ad B. æmulam pertinens.

Banksia mitis. *Knight et Salisb. prot.* 112.

25. B. *æmula*, foliis lato-linearibus elongatis truncatis profundè serratis: subtùs reticulatis glabriusculis, perianthiis sericeis, stigmate capitato exsulco nitido apice 4-gono styli duplo crassiore, caule fruticoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 210. (J.) *v. v.*

Banksia serrata. *White's voy.* 222. *tab tertia?*

Banksia serratifolia. *Salisb. prod.* 51.?

Banksia serræfolia. *Knight et Salisb. prot.* 112.?

26. B. *dentata*, foliis cuneato-oblongis truncatis sinuato-dentatis undulatis basi acutis: subtùs costatis venulosis niveis, perianthiis sericeis, capsulis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 210. (T.) *v. v.*
Banksia dentata. *Linn. suppl.* 127. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 536.

27. B. *quercifolia*, foliis oblongo-cuneatis subtruncatis glabris serrato-incisis mucronatis, perianthii laminis aristatis! folliculis glabriusculis. *Linn. trans.* 10. *p.* 210. (M.) *v. v.*

28. B. *speciosa*, foliis linearibus pinnatifidis: lobis triangulari-semiovatis mucronatis; subtùs niveis obsoletè nervosis, perianthii laminis lanatis, stylo pubescenti, folliculis tomentosis. *Linn. trans.* 10. *p.* 210. (M.) *v. v.*

29. B. *grandis*, foliis pinnatifidis: lobis triangulari-ovatis acutis planis; subtùs nervosis glabriusculis, perianthii laminis folliculisque glabris. *Linn. trans.* 10. *p.* 210. (M.) *v. v.*
Banksia grandis. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 535.

30. B. *repens*, foliis pinnatifidis: lobis sinuatis v. dentatis, caule prostrato. *Linn. trans.* 10. *p.* 211. (M.) *v. v.*
Banksia repens. *Labill. voy.* 1. *p.* 412. *t.* 23. *Nov. holl.* 2. *p.* 118.
Banksia polypodiifolia. *Knight et Salisb. prot.* 113.

II. Perianthii *laminæ citiùs dehiscentes*; *ungues longitudinaliter cohærentes, stylum æquantes.* Amentum *floriferum abbreviatum, perianthiis fastigiatis; fructiferum folliculo subsolitario verticali.* ISOSTYLIS.

31. B. *ilicifolia*, foliis cuneatis inciso-serratis subtùs glabriusculis, amentis brevissimis. *Linn. trans.* 10. *p.* 211. (M.) *v. v.*
OBS Species tam singularis ut ferè proprii generis transitum ad Dryandram facilem reddit.

DRYANDRA. *Linn. trans.* 10. *p.* 211. *t.* 3.

Josephia. *Knight et Salisb. prot.*

Perianthium quadripartitum v. quadrifidum. *Stamina* apicibus concavis laciniarum immersa. *Squamulæ* hypogynæ 4. *Ovarium* biloculare, loculis monospermis. *Folliculus* ligneus: *Dissepimento* libero, bifido. *Receptaculum commune* planum, floribus indeterminatim confertis; *paleis* angustis, rarò nullis. *Involucrum commune* imbricatum.

Frutices *plerumque humiles.* Rami *dum adsint sparsi vel umbellati.* Folia *sparsa, pinnatifida v. incisa, plantæ juvenilis*

nilis conformia. Involucra *solitaria, terminalia, rarò lateralia, sessilia, foliis confertis, interioribus quandoque nanis obvallata, hemisphærica, bracteis adpressis, in quibusdam apice appendiculatis.* Stylus *sæpè perianthio vix longior.*

OBS. Cum dissertatio citata de Proteaceis coram Societate Linneanâ lecta fuit huic generi Josephiæ nomen imposui; solummodò ob ejusdem arctam affinitatem cum Banksiâ, et minimè e vano desiderio tali modo officiosè celebrandi nomen jam per totum orbem scientiæ perillustre: quum autem postea vidi Dryandram *Thunbergii* ab Aleuritidi *Forsteri* priùs conditâ haud genere diversam esse, occasionem tam aptè condecorandi genus hocce, nomine amici æstumatissimi eruditissimi DRYANDRI avidè amplexus sum.

Infelices sunt auctores libelli de Proteëis in charactere hujus generis in quo Palearum defectus rara exceptio est.

1. D. *floribunda,* foliis cuneiformibus inciso-serratis, involucri bracteis striatis: exterioribus glabriusculis, perianthii laminis glabris, stigmate subclavato obtuso. *Linn. trans.* 10. *p.* 212. (M.) *v. v.*

Josephia sessilis. *Knight et Salisb. prot.* 110.

OBS. Variat cum et absque paleis flores distinguentibus.

2. D. *cuneata,* foliis cuneiformibus sinuato-dentatis spinosis petiolatis, involucri bracteis omnibus lævibus sericeis, perianthii laminis barbatis, stigmate subulato-filiformi acuto. *Linn. trans.* 10. *p.* 212. (M.) *v. v.*

α. Folia vix sesquiunciam longa, dentibus terminalibus subæqualibus.

β. Folia biuncialia, apicis dilatati denticulo medio breviore sinubus latioribus. Forsan species distincta.

3. D. *armata,* foliis pinnatifidis: lobis triangularibus planis divaricatis rectis spinoso-mucronatis: terminali proximis longiore; subtùs reticulatis venulis nudis, ramis perianthiique laminis glabris, stylo basi pubescenti, stigmate subulato sulcato. *Linn. trans.* 10. *p.* 213. (M.) *v. v.*

4. D. *falcata,* foliis pinnatifidis: lobis subulato-triangularibus divaricatis falcato-recurvis spinoso-mucronatis: terminali proximis breviore; subtùs reticulatis venulis nudis, ramis pubescentibus, laminis perianthii styloque longitudinaliter glabris, stigmate clavato exsulco. *Linn. trans.* 10. *p.* 213. (M.) *v. v.*

5. D. *formosa,* foliis elongato-linearibus pinnatifidis: lobis scaleno-triangularibus muticis planis subtùs niveis, involucris

cris tomentosis: bracteis interioribus lineari-oblongis, receptaculo paleaceo. *Linn. trans.* 10. *p.* 13. *t.* 3. (M.) *v. v.*

6. D. *mucronulata*, foliis elongato-linearibus pinnatifidis: lobis isoscelo-triangularibus mucronulatis planis subtùs niveis, involucris tomentosis: bracteis interioribus linearibus mucronatis, receptaculo paleaceo, caule subsimplici. *Linn. trans.* 10. *p.* 213. (M.) *v. v.*

7. D. *plumosa*, foliis elongato-linearibus pinnatifidis: lobis isoscelo-triangularibus mucronulatis margine subrecurvis subtus niveis, involucri bracteis interioribus plumoso-aristatis, receptaculo epaleato. *Linn. trans.* 10. *p.* 214. (M.) *v. v.*

8. D. *obtusa*, foliis linearibus pinnatifidis caule decumbenti tomentoso longioribus: lobis triangularibus obtusis subtùs niveis margine incrassato-recurvis, involucri bracteis exterioribus ovatis, interioribus lineari-oblongis. *Linn. trans.* 10. *p.* 214. (M.) *v. v.*

9. D. *nivea*, foliis linearibus pinnatifidis caulem glabrum subæquantibus: lobis scaleno-triangularibus acutis mucronulatis subtùs niveis margine recurvis, involucri bracteis lineari-lanceolatis acutiusculis glabris ciliatis, perianthio stylo $\frac{1}{3}$ breviore: unguibus laminisque hirsutis. *Linn. trans.* 10. *p.* 214. (M.) *v. v.*

α. Folia lobis adscendentibus mucronatis subtùs venosis. Stigma stylo parùm crassius.

Banksia nivea. *Labill. voy.* 1. *p* 413. *t.* 24. *Nov. holl.* 2. *p.* 118.

Josephia rachidifolia. *Knight et Salisb. prot.* 111.

β. Folia lobis subdivaricatis, uninervibus, subaveniis. Stigma stylo vix crassius.

10. D. *longifolia*, foliis linearibus pinnatifidis longissimis acutis subtùs cinereo-tomentosis basi attenuatâ integerrimâ: lobis triangularibus adscendentibus decurrentibus margine recurvis, involucri bracteis elongato-linearibus subulato-acuminatis margine barbatis extùs glabris, perianthii unguibus basi lanatis suprà pubescentibus: laminis pilosiusculis, caule tomentoso. *Linn. trans.* 10. *p.* 215. (M.) *v. v.*

11. D. *tenuifolia*, foliis elongato-linearibus pinnatifidis subtruncatis subtùs niveis basi attenuatâ integerrimâ petioliformi: lobis triangularibus decurrentibus divaricatis margine recurvis, involucro longitudine florum: bracteis tomentosis: exterioribus ovato-lanceolatis, perianthio sty-

lum

tum subæquante: unguibus basi lanatis suprà cauleque glabris; laminis subsericeis. *Linn. trans.* 10. *p.* 215. (M.) *v. v.*

12. D. *pteridifolia,* foliis pinnatifidis caule tomentoso longioribus: lobis linearibus acutis mucronatis margine revolutis basi dilatatis, involucri bracteis tomentosis ovatis. *Linn. trans.* 10. *p.* 215. (M.) *v. v.*

13. D. *blechnifolia,* foliis pinnatifidis caule tomentoso longioribus: lobis linearibus obtusis mucronulatis trinervibus margine recurvis basi simplici. *Linn. trans.* 10. *p.* 215. (M.) D. Menzies *v. s.* absque fructificatione.

Obs. Ad hoc genus retuli, quia facies ferè *Dryandræ pteridifoliæ,* cujus tamen vix varietas.

MYRISTICÆÆ.

Flores dioici, (sexus alterius nullo rudimento.)

Perianthium monophyllum, trifidum, æstivatione valvatâ.

Masc. *Filamenta* in columnam arctè connata. *Antheræ* 3—12 (definitæ), biloculares, extrorsæ (posticæ), loculis longitudinaliter dehiscentibus, connatæ v. distinctæ.

Fem. *Perianthium* deciduum. *Ovarium* liberum, sessile, monospermum, ovulo erecto. *Stylus* brevissimus. *Stigma* sublobatum.

Bacca ? capsularis, bivalvis.

Semen nucamentaceum: *Arillo* multipartito. *Albumen* ruminatum, sebaceo-carnosum.

Embryo parvus; *Cotyledones* foliaceæ; *Radicula* infera; *Plumula* conspicua.

Arbores intra tropicos provenientes, succo rubicundo sæpè scatentes. *Folia* alterna, exstipulata, impunctata,

punctata, integerrima, petiolata, coriacea, adulta subtùs in plerisque tomento adpresso minuto. *Inflorescentia* axillaris v. terminalis, racemosa, glomerata, v. paniculata, floribus unibracteatis, bracteolâ abbreviatâ cucullatâ. *Perianthium* coriaceum, extùs sæpè tomentosum, pube nunc stellari, intùs glabrum.

Obs. I. Myristicææ, nulli ordini propinquæ, facile dignoscuntur, Floribus verè dioicis, Perianthio trilobo, Filamentis connatis, Ovarii monospermi liberi ovulo erecto, Embryone incluso basi Albuminis ruminati.

Obs. II. Antheræ semper definitæ esse videntur, lobis perianthii numero æquales, duplæ, triplæ v. quadruplæ; earum vera natura magis patescit in Knemâ *Lour.* ubi liberæ, hæc itaque forsan uti genus distinctum servanda, a quâ (ex auctoritate speciminum ab ipso Loureiro, aliorumque a Pulo Condor in Herb. Banks. visorum) vix specie differt Myristica globularia *Lam.*, quæ M. microcarpa *Willd.*. Horsfieldia *Willd. sp. pl.* 4. *p.* 872. ex charactere et descriptione, nullo modo differt a Myristicâ nisi " stigmate obscuro," quod forsan obscurè visum.

MYRISTICA. *Lam. Linn.*

Antheræ 3—12, longitudinaliter connatæ.

Obs. Knema *Lour. cochin. ed. Willd. p.* 741. differt, Antheris (9—12) distinctis, stellatim patulis; an ideo genus rectè servatum?

Virola *Aubl.* ad Myristicam jamjam relata, ab eadem paulò diversa, inflorescentiâ paniculatâ terminali, antheris tribus, (in specimine Aubletiano observatis).

1. M. *cimicifera*, glomerulis axillaribus paucifloris floribusque subsessilibus, antheris 6, foliis ovato-oblongis costatis adultis subtùs glabris basi obtusâ. (T.) B. *v. s.* flor. masc.

2. M. *insipida*, glomerulis axillaribus paucifloris, baccis ovalibus: maturis pulvereo-tomentosiusculis, foliis oblongo-lanceolatis apice sub-attenuatis basi acutiusculis: adultis subtùs glabriusculis. (T.) *v. v.* flor. delaps.

Obs. Folia Knemæ subsimilia, et quoniam inflorescentiâ convenit forsan ejusdem generis.

LAURINÆ.

LAURINÆ. *Vent.*

Lauri. *Juss.*

Perianthium monophyllum, 4—6-fidum, æstivatione imbricatâ, limbo quandoque obsoleto.

Stamina definita, perigyna, laciniis perianthii opposita sæpiùsque dupla; seriei interioris 3 laciniis interioribus perianthii opposita sterilia v. deficientia; 6 exteriora rarò abortientia. *Antheræ* adnatæ, 2—4-loculares, loculis valvulâ longitudinali a basi ad apicem dehiscenti, persistenti, exteriores introrsum interiores extrorsum valvatæ.

Glandulæ in plerisque ad basin filamentorum interiorum.

Ovarium unicum, liberum, monospermum, ovulo pendulo. *Stylus* simplex. *Stigma* òbtusum.

Bacca v. *Drupa* nuda v. tecta.

Semen exalbuminosum.

Embryo dicotyledoneus, inversus. *Cotyledones* magnæ, plano-convexæ, juxta basin peltatæ! *Radicula* brevissima, inclusa, supera. *Plumula* conspicua, diphylla.

Arbores sæpè excelsæ. *Folia* exstipulata, alterna, rarò opposita, integra rarissimè lobata. *Inflorescentia* paniculata v. umbellata: nunc *Suffrutices* v. *Herbæ parasiticæ!* aphyllæ, volubiles, floribus spicatis tribracteatis.

Obs. In ordine parvo, præter genera sequentia Novæ Hollandiæ, Laurum et Cinnamomum *nob.* includente, et ex Arboribus frondosis præcipuè formato, singularis est Cassytha suffruticosa v. herbacea, aphylla, et parasitica, structurâ tamen floris et fructûs a reliquis nullo modo diversa; de fructu enim hujus generis egregiè hallucinatus est Ill. Gærtner, Cotyledones pro Albumine, Plumulam pro Cotyledonibus describens.

ENDIANDRA.

Flores hermaphroditi. *Perianthium* 6-fidum, æquale, fauce extra stamina glandulosâ. *Stamina* 3! *Antheræ* biloculares, posticæ.

Arbores. Folia *alterna*. Flores *paniculati*.

Obs. Cum *Cinnamomo* et *Cryptocaryâ* summa affinitas; a priori diversa staminibus sex exterioribus in glandulas connatas v. distinctas conversis, interioribus bilocularibus; a *Cryptocaryâ* staminibus fertilibus tribus tantùm, et fructu haud penitùs tecto.

Laurus triandra *Sw. flor. ind. oc.* quæ hujus generis esse videtur, differt ab E. *glaucâ*, glandulis ferè ad basin distinctis, staminibus subcohærentibus.

1. E. *glauca*, foliis elliptico-oblongis glabris: subtùs glaucis costatis; paniculâ axillari longioribus, glandulis faucis connatis. (T.) B. *v. s.*

CRYPTOCARYA.

Flores hermaphroditi.

Perianthium 6-fidum, æquale, limbo deciduo. *Stamina* 12, duplici ordine, interiorum 3 laciniis interioribus opposita sterilia. *Antheræ* biloculares. *Glandulæ* 6, filamentis interioribus alternantes. *Pericarpium* inclusum tubo aucto baccato clauso! perianthii.

Obs. Arbores facie et inflorescentiâ omnino *Cinnamomi*, a quo diversæ, Antheris bilocularibus, Fructu perianthii tubo clauso! tecto. A *Cassythâ* distinguuntur præter habitum et inflorescentiam diversissimas; tubo perianthii floriferi urceolato, fructiferi clauso, limbo deciduo æquali.

1. C. *glaucescens*, foliis ovali-oblongis acutiusculis uninervibus glabris subtùs glaucis, paniculis axillaribus. (J.) *v. v.*

2. C. *triplinervis*, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis triplinervibus subtùs parùm pubescentibus, paniculis axillaribus terminalibusque. (T.) *v. v.*

Obs. Fructus maturus nondum visus.

3. C. *obovata*, foliis oblongo-obovatis obtusissimis basi acutis utrinque glabris uninervibus, paniculis terminalibus. (J.) *v. v.*

TETRAN-

TETRANTHERA. *Jacq. hort. schænb. Roxb. corom.*
Tomex Thunb. jap. Willd. sp. pl.
Litsea, *Lam. Juss.* Hexanthus. *Lour. cochin.*

Flores dioici. *Involucrum umbellæ* 4-5-phyllum, deciduum. *Perianthium* limbo 4—6-partito v. nullo.
Masc. *Stamina* 6—15. *Antheræ* 4-loculares. *Glandulæ* ad basin filamentorum interiorum. *Rudimentum* pistilli.
Fem. *Glandulæ* staminaque sterilia. *Stigma* dilatatum, sublobatum. *Bacca* nuda.

Obs. A *Lauro* diversa, Antheris 4-locularibus.

1. T. *apetala,* umbellis involucrorum pedunculatis: masculis paucifloris; femineis trifidis simplicibusve, perianthiis indivisis margine staminiferis, floribus dodecandris, foliis ovali-oblongis uninervibus glabris. (T.) *v. v.*
Tetranthera apetala. *Roxb. corom.* 2. *p. t.* 147.
Laurus involucrata. *Retz. obs.* 6. *p.* 27.?

2. T. *ferruginea,* umbellis involucrorum sessilibus, floribus enneandris, perianthii limbo 6-partito, foliis ovali-oblongis acutis uninervibus costatis subtus ramulisque tomentosis. (T.) B. *v. s.*
Hexanthus umbellatus. *Lour. cochin.* (fide speciminis feminei floriferi in Herb. Banks. ab auctore missi.)

3. T. *dealbata,* glomerulis involucrorum sessilibus, floribus 6-andris, perianthii limbo 4-partito hirsuto, involucris villosis, foliis latè ellipticis acuminatis triplinervibus glabris subtùs dealbatis, petiolis ramulisque tomentosis. (J.) *v. v.*
Obs. Laurus Myrrha *Lour. Cochin.* quæ forsan haud specie differt a Lauro involucrata *Roxb. corom.* huic valdè affinis, sed differt foliis minoribus, involucris breviter pedunculatis subsericeis, perianthiis glabriusculis.

CASSYTHA. *L.*

Perianthium 6-fidum, tubo brevissimo, limbi laciniis 3 exterioribus nanis. *Stamina* 12, duplici ordine; interiorum 3 laciniis interioribus opposita sterilia; 3 reliqua basi biglandulosa. *Antheræ* biloculares. *Pericarpium* tectum tubo perianthii aucto, baccato, apice pervio, laciniisque coronatum.
Suffrutices v. Herbæ *aphyllæ, volubiles, parasiticæ.* Flores *spicati, tribracteati, bracteis parvis persistentibus.*

Obs. Cassytha filiformis *L.* est totum genus.

 1. C. *pu-*

1. C. *pubescens*, caule pubescenti, spicis indivisis breviter pedunculatis: floribus distinctis, fructibus exsulcis. (J. T. M. D.) *v. v.*

2. C. *melantha*, caule glabro, spicis indivisis: floribus imbricatis nigro-pubescentibus. (J.) *v. v.*

3. C. *glabella*, caule perianthiisque glabris, spicis pedunculatis indivisis glomeruliformibus paucifloris. (J. M. D.) *v. v.*

4. C. *paniculata*, caule glabriusculo, spicis divisis: floribus distantibus glabris, fructibus angulatis. (J.) *v. v.*

Laurinis affine.

GYROCARPUS. *Jacq. amer. Gært. sem. Roxb. corom.* 1. *p.* 1. *t.* 1.

Hermaph. *Perianthium* superum, 4—8-fidum. *Stamina* 4, perigyna, perianthii laciniis opposita. *Antheræ* biloculares, loculis valvulâ a basi ad apicem dehiscenti. *Ovarium* monospermum, ovulo pendulo. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum, obliquum. *Drupa* apice bialata. *Albumen* nullum. *Embryo* inversus. *Cotyledones* spirales, petiolatæ. *Plumula* diphylla.

Masc. (in eâdem cymâ) Perianthio et Staminibus ferè ut in hermaph.

Arbores. Folia *sparsa ad extremitatem ramorum conferta, petiolata, exstipulata, lata, indivisa v. lobata, decidua.* Cymæ *axillares, dichotomæ, polygamæ.* Flores *hermaphroditi in dichotomiis solitarii, reliqui masculi.*

Obs. I. Ad calcem *Laurinarum* posui genus, nulli cognito arctè affine, sed huic ordini ut mihi videtur propiùs accedens quam Myrobalanis *Juss.* (Combretaceis *Nob.* in sequenti volumine tractandis,) præcipuè ob Perianthii Antherarumque structuram et Plumulam conspicuam. Ovarium equidem inferum, quod in Laurinis superum, sed hæc nota haud magni valoris in ordine in quo tubus perianthii cum fructu sæpiùs ampliatur, eundemque aliquandò omninò tegit, quamvis non adhæret.

Obs. II. De speciebus valdè incertus sum, consultius autem duxi proponere sequentes ut distinctas et a Jacquinii et Roxburgii diversas, quam omnes conjungere. Interea diagnosis a *Cel. Willd.* proposita inter Americanam et Asiaticam, omninò erronea esse videtur, quippe de plantâ Jacquinii nullum exemplar exstat in ejus herbario Americano, nunc in museo Banksiano, præter folium unicum quod

leviter

leviter tantummodò cordatum, dum in exemplaribus G. asiatici, olim a b. Koenigio ad D. Banks. missis, folia profundè cordata sunt.

1. G. *sphenopterus*, foliis cordatis utrinque tomentosis subtùs cinereis: floralibus indivisis rariusve 2-3-lobis, petiolis pedunculo communi brevioribus, alis druparum obovato-oblongis obtusis integris divisisque. (T.) *v. v.*

2. G. *rugosus*, foliis floralibus subcordatis angulato-trilobis: suprà glabriusculis rugosis; subtùs tomentosis mollibus; lobis angustato-acuminatis sinubus latissimis, pedunculo communi petiolis longiore. (T.) *v. v.* sine fructu.

CHENOPODEÆ. *Decand.*

Atriplices. *Juss.*

Perianthium monophyllum, profundè divisum; nunc basi tubulosâ, persistens; æstivatione imbricatâ.
Stamina imo calyci inserta, ejusdem laciniis opposita et numero æqualia v. pauciora.
Ovarium unicum, liberum, rarò tubo perianthii adhærens, monospermum; ovulo fundo loculi affixo, erecto v. inverso. *Stylus* divisus, 2—4-fidus, rarò simplex. *Stigmata* indivisa.
Pericarpium membranaceum, evalve, nunc baccatum.
Embryo curvatus, *Albumine* farinaceo, circumpositus; v. spiralis aut bicruris albumine nullo. *Radicula* in regione umbilici. *Plumula* inconspicua.
Herbæ v. *Suffrutices*. *Folia* alterna, exstipulata, nunc opposita. *Flores* parvi, interdum diclines.

Obs. Ab Amaranthaceis charactere nullo distinguendæ, habitu tamen diversæ: ab Illecebreis defectu stipularum.

ATRI-

ATRIPLEX. *L.*

Hermaph. *Perianthium* 5-partitum. *Stamina* 5. *Pistillum* mancum, raro perfectum. *Utriculus* depressus.

Fem. *Perianthium* bifidum, fructiferum auctum, sæpe alienatum. *Stylus* bifidus. *Utriculus* compressus. *Semen* erectum, integumento duplici, exteriori crustaceo. *Radicula* adscendens.

Obs. Atriplex hortensis *L.* solùm semina floris hermaphroditi maturescit.

1. A. *Halimus*, fruticosa erecta squamuloso-incana, ramulis angulatis, foliis lanceolato-oblongis integerrimis obtusiusculis basi attenuatis, perianthii fructiferi valvulis rhombeis integerrimis dorso subtuberculatis. (J. M. T. D.) *v. v.*

Atriplex halimus. *L.* ?

Obs. Polymorpha planta, forsan ab A. Halimo distincta.

2. A. *reniformis*, fruticosa erecta squamuloso-incana, foliis lanceolatis integerrimis mucronulatis, floribus dioicis, perianthiis fructiferis reniformibus lævibus. (M.) *v. v.*

3. A. *paludosa*, suffruticosa procumbens squamuloso-incana, foliis integerrimis oblongis obtusis basi acutâ suprà nudiusculis, floribus dioicis: masculis spicatis; femineis glomerulatis, perianthiis fructiferis deltoideis lævibus. (M.) *v. v.*

4. A. *prostrata*, herbacea procumbens squamuloso-incana, foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis, floribus monoicis glomeratis axillaribus, perianthiis fructiferis ovatis lævibus. (M.) *v. v.*

5. A. *pumilio*, herbacea diffusa squamuloso-incana, foliis sessilibus ovatis paucidentatis, floribus monoicis: masculis spicatis terminalibus; femineis axillaribus subgeminis, perianthiis fructiferis ovatis semibifidis membranaceis. (M.) *v. v.*

Obs. Integumentum seminis simplex et membranaceum esse videtur.

6. A. *semibaccata*, herbacea procumbens, ramis adscendentibus, ramulis pulverulentis, foliis oblongis obtusis basi attenuatis suprà dentatis, floribus monoicis glomeratis, perianthiis fructiferis rhombeis bifidis basi baccatis. (J.) *v. v.*

CHENOPODIUM. *L.*

Perianthium 5-partitum, (nunc 3-4-part.) *Stamina* totidem v. pauciora. *Stylus* 2—4-fidus. *Utriculus* membranaceus,

meus, depressus, perianthio haud mutato tectus. *Semen* integumento duplici, exteriori crustaceo.

I. *Flores ebracteati.*

1. C. *triangulare*, foliis hastatis integris: lobis posticis obtusis; superioribus oblongo-lanceolatis, spicis aphyllis axillaribus terminalibusque folio brevioribus, floribus 5-fidis monandris. (J.) *v. v.*

2. C. *erosum*, foliis triangulari-ovatis subcordatis acuminatis pulvere conspersis eroso-sinuatis: dentibus obtusiusculis, spicis compositis foliatis: glomerulis multifloris. (D. M.) *v. v.*

3. C. *lanceolatum*, foliis lanceolatis integerrimis mucronatis subtùs pulverulentis, spicis compositis: glomerulis alternis multifloris, perianthiis carinatis, caule erecto. (J.) *v. v.*

4. C. *ambiguum*, foliis rhombeo-lanceolatis dentatis acutis subtùs glauco-pulverulentis, spicis foliatis, perianthiis glabris ecarinatis 3-4-partitis monandris. (D.) *v. v.*

II. *Flores bibracteati. Folia carnosa, semiteretia.*

5. C. *australe*, foliis semicylindraceis basi subattenuatis, spicis foliatis paniculatis: glomerulis 3—5-floris, caule subherbaceo. (M.) *v. v.*

Obs. Nimis affine C. maritimo, quocum et Salsolâ fruticosâ, salsâ, nudiflorâ, &c. sectionem valdè distinctam Chenopodii efformat.

III. *Semen verticaliter compressum. Stamen* 1. *Perianthium* 5-*partitum*. Orthosporum.

6. C. *carinatum*, foliis ovatis sinuatis suprà glanduloso-pulverulentis subtùs nudiusculis, perianthiis alato-carinatis hispidis, caule diffuso. (J.) *v. v.*

7. C. *pumilio*, foliis obovatis integerrimis petiolos subæquantibus, glomerulis axillaribus paucifloris, perianthiis carinatis hispidulis. (M.) *v. v.*

ENCHYLÆNA.

Perianthium monophyllum, semi-quinquefidum; fructiferum baccatum, connivens. *Stamina* 5, imo perianthio inserta. *Stigmata* 2-3, filiformia. *Utriculus* inclusus. *Semen* depressum; *Integumento* simplici; *Albumine* centrali; *Embryone* cyclico.

Suffrutices *procumbentes, ramosissimi.* Folia *alterna, carnosa.* Flores *axillares, ebracteati, solitarii, sessiles.*

1. E. *tomentosa,* foliis teretibus ramisque tomentosis, floribus trigynis. (M. J.) *v. v.*

2. E. *paradoxa,* foliis oblongo-linearibus carnosis ramisque glabris, floribus digynis, utriculis basi lanatis! (T.) B. *v. s.*

RHAGODIA.

Flores polygami, uniformes. *Perianthium* 5-partitum. *Stamina* 5, v. pauciora. *Stylus* bifidus. *Acinus* depressus, perianthio cinctus. *Semen* integumento duplici, albuminosum.

Frutices, *rarò* Herbæ. Folia *alterna.* Flores *spicati v. glomerati, ebracteati.*

Obs. Chenopodio proxima; Fructu baccato floribusque polygamis diversa.

1. R. *Billardieri,* fruticosa erecta, ramis inermibus, foliis integerrimis lineari-oblongis lanceolatisve planis subtùs pulverulentis, spicis ramosis. (J. M. D.) *v. v.*
Chenopodium baccatum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 71. *t.* 96.

2. R. *crassifolia,* fruticosa erecta, ramis inermibus, foliis integerrimis ovalibus v. oblongo-linearibus carnosis: subtùs convexis pulverulentis, spicis ramosis. (M.) *v. v.*

3. R. *linifolia,* suffruticosa decumbens, foliis integerrimis lanceolato-linearibus planis, floribus 1-2-andris. (T.) *v. v.*

4. R. *hastata,* suffruticosa erecta, ramis diffusis, foliis suboppositis rhombeo-hastatis integris glaberrimis, spicis terminalibus aphyllis. (J.) *v. v.*

5. R. *parabolica,* fruticosa erecta, ramulis inermibus, foliis triangularibus obtusis pulverulentis, spicâ ramosâ. (M.) *v. v.* absque fructu.

6. R. *spinescens,* fruticosa erecta, ramulis spinescentibus, foliis alternis oppositisque rhombeo-hastatis integris utrinque pulvereo-incanis, spicis simplicibus. (M.) *v. v.*

7. R. *nutans,* herbacea prostrata, ramulis fructiferis adscendentibus apice nutante, foliis oppositis lanceolato-hastatis acutis. (D. M.) *v. v.*

KOCHIA.

KOCHIA. *Roth.*

Perianthium monophyllum, 5-fidum, fructiferi laciniis dorso appendiculatis. *Stamina* 5, imo perianthio inserta. *Utriculus* inclusus, depressus. *Semen* horizontale, albumine parco v. nullo, integumento simplici. *Embryo* curvatus, non spiralis.

Obs. Genus posthac dividendum, in *Kochias*, appendicibus perianthii subulatis spinosis, seminibus exalbuminosis, embryone bicruri; et *Willemetias*, appendicibus membranaceis dilatatis, seminibus albumine parco instructis; ab utrâque differt Salsola radiata *Desfont. in annal. du mus.* 2. *p.* 28. *t.* 34. coronâ perianthii fructiferi monophyllâ, seminis integumento duplici, albumine copioso, embryone albo, floribus polygamis, denique habitu.

1. K. *brevifolia*, foliis teretibus sessilibus glabris, caule fruticoso ramosissimo erecto lanato, perianthii appendicibus dilatato-membranaceis. (M.) *v. v.*

2. K. *aphylla*, fruticosa aphylla, ramis divaricato-deflexis, ramulis spinescentibus, spiculis lateralibus, perianthio lanato: fructiferi appendicibus membranaceis. (M.) *v. v.*

HEMICHROA.

Perianthium 5-partitum, intùs coloratum; fructiferum non mutatum. *Stamina* 5, v. pauciora, basi connata, hypogyna? *Stylus* bipartitus. *Utriculus* ovalis. *Semen* verticaliter compressum, integumento duplici, albuminosum: *Embryone* hemicyclico, *Radiculâ* inferâ, adscendenti.

Suffrutices littorei. Folia alterna, semiteretia. Flores axillares, solitarii, sessiles, bibracteati.

Obs. Charactere ad Polycnema legitima accedit, habitu ad Polycnema salsa quæ genus distinctum constituunt.

1. H. *pentandra*, floribus pentandris, bracteis perianthii dimidio brevioribus. (M. D.) *v. v.*

2. H. *diandra*, floribus diandris, bracteis perianthio parùm brevioribus. (M.) *v. v.*

THRELKELDIA.

Perianthium urceolatum, intra marginem truncatam squamis 3 membranaceis. *Stamina* 3, hypogyna, squamis opposita.

 Utri-

Utriculus perianthio drupaceo baccato inclusus. *Semen* ovatum, albuminosum: *Embryone* peripherico, inverso.

Suffrutex *littoreus, diffusus, glaber*. Folia *alterna, semiteretia*. Flores *axillares, solitarii, sessiles, ebracteati*.

Obs. Dixi in memoriam Caleb Threlkeld, M. D. synopsis stirpium Hibernicarum auctoris.

T. *diffusa*. (M. D.) *v. v.*

SCLEROLÆNA.

Perianthium monophyllum, 5-fidum. *Stamina* 5, imo perianthio inserta. *Stylus* bipartitus. *Utriculus* inclusus perianthio nucamentaceo exsucco, laciniis muticis v. spinosis. *Semen* verticaliter compressum, albuminosum, integumento simplici; *Embryone* cyclico, *Radiculâ* superâ.

Suffrutices *incano-lanati*. Folia *alterna, angusto-linearia*. Flores *axillares, solitarii v. glomerati*.

1. S. *paradoxa*, floribus capitatis, perianthiis fructiferis connatis: laciniis spinosis. (M.) *v. v.*

2. S. *biflora*, floribus geminatis, foliis lineari-semiteretibus. (M.) *v. v.*

3. S. *uniflora*, floribus solitariis clavato-linearibus imbricatis. (M.) *v. v.*

ANISACANTHA.

Perianthium monophyllum, ore 4-fido. *Stamina* 3-4, imo perianthio inserta. *Stylus* bipartitus. *Utriculus* inclusus perianthio nucamentaceo exsucco, infra apicem 4-spinoso, spinis inaequalibus. *Semen* verticale, albuminosum, integumento simplici; *Embryone* cyclico, *Radiculâ* superâ.

Fruticulus *glaber*. Folia *alterna, teretiuscula*. Flores *axillares, sessiles, ebracteati*.

Obs. Genus proximum Sclerolænæ, diversum perianthio 4-fido, spinis dorsalibus.

A. *divaricata*. (M.) *v. v.*

SALICORNIA. *L.*

Perianthium turbinatum, integrum, succulentum. *Stamina* 2 v. 1, imo perianthio inserta. *Stylus* bifidus. *Utriculus* perianthio aucto carnoso inclusus. *Semen* verticaliter compressum,

pressum, albuminosum, integumento duplici; *Embryone cyclico, Radiculâ* superâ.

1. S. *indica*, floribus 5—7 diandris, spicis terminalibus cylindraceis: articulis clavatis compressiusculis retusis, caule suffruticoso, ramis adscendentibus. (J. M. T. D.) *v. v.*
Salicornia indica. *Willd. in nov. act. am. hist. nat.* 2. *p.* 111. *t.* 4. *f.* 2. *Vahl. enum.* 1. *p.* 10. ?

2. S. *arbuscula*, floribus ternis monandris, articulis clavato-oblongis emarginatis, caule fruticoso erecto. (M. D.) *v. v.*

SALSOLA.

Salsolæ species. *L.*

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5. *Stylus* 2-fidus. *Utriculus* inclusus perianthio conniventi, laciniis transversim alatis v. carinatis. *Semen* exalbuminosum, integumento simplici; *Embryonis* spirâ horizontali.

1. S. *australis*, herbacea glabra ramosissima, foliis subulatis spinosis divaricatis, bracteis longioribus perianthio solitario: fructiferi alis membranaceis venosis. (J. M.) *v. v.*

2. S. *macrophylla*, suffruticosa erecta glabra glauca, foliis subulatis spinosis divaricatis basi triquetrâ, bracteis divaricatis, perianthii fructiferi alis membranaceis. (T.) *v. v.*

CHENOPODEIS AFFINIA.

DYSPHANIA.

Flores polygami monoici.

Hermaph. *Perianthium* 3-partitum, coloratum, foliolis cochleariformibus. *Stamina* 2, distincta, imo perianthio inserta. *Stylus* indivisus. *Stigma* simplex.

Fem. *Perianthium* et *Pistillum* ut in hermaph. *Pericarpium* turbinatum, semini adnatum, perianthio aucto cinctum. *Semen* albuminosum; *Embryone* peripherico, *Radiculâ* superâ.

Herba *pusilla, prostrata, glabra.* Folia *alterna, exstipulata, integerrima.* Glomeruli *axillares.* Flores *minutissimi, (viginti vix caput aciculi æquantes) brevissimè pedicellati, ebracteati, albi, extimo hermaphrodito, reliquis femineis.*

Obs. Ad calcem Chenopodearum posui genus ab iisdem diversum Pericarpio adnato, (Caryopsidi *Rich.*) stylo indiviso.

D. *litteralis.* (T.) *v. v.*

MNIARUM. *Forst.*

Ditoca. *Banks. Gært.*

Perianthium urceolatum, semiquadrifidum, persistens. *Stamen* unicum, fauci insertum. *Ovarium* liberum, monospermum. *Stylus* bipartitus. *Utriculus* tubo indurato perianthii inclusus. *Semen* inversum, albuminosum; *Embryone* peripherico, *Radiculâ* superâ.

Pedunculi *biflori, apice 4-bracteati, fructiferi elongati.*

Obs. A Scleranthio differt solummodò stamine sæpiùs unico, perianthio 4-fido, et inflorescentiâ.

1. M. *biflorum*, caulibus cæspitosis, ramis glaberrimis, foliis basi denticulatis suprà integerrimis, pedunculis fructiferis folio longioribus. (D.) *v. v.*

Mniarum biflorum. *Forst. gen.* 1. *t.* 1. *Linn. suppl.* 18.
Mniarum pedunculatum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 8. *t.* 2.
Ditoca muscosa. *Gært. sem.* 2. *p.* 196. *t.* 126. *f.* 1.

2. M. *fasciculatum*, caule multiplici procumbenti ramoso, ramis tenuissimè pubescentibus, foliis longitudinaliter denticulatis, pedunculis fructiferis folia vix æquantibus. (D.) *v. v.*

SCLERANTHUS. *L.*

Perianthium 5-fidum, persistens. *Stamina* sæpiùs 10, quandoque 5—2, fauci inserta. *Ovarium* liberum, monospermum. *Stylus* bipartitus. *Utriculus* tubo indurato perianthii inclusus. *Semen* inversum, albuminosum; *Embryoni* peripherico, *Radiculâ* superâ.

Obs. A Chenopodeis differt staminibus summo tubo perianthii insertis, foliisque basi connatis.

1. S. *pungens*, foliis subulatis triquetris mucronatis pungentibus carinâ marginibusque asperis, perianthii fructiferi limbo patenti, staminibus quinque, sterilibus nonnullis interjectis. (M.) *v. v.*

2. S. *diander*, foliis subulatis carinatis mucronulatis carinâ marginibusque nudiusculis, perianthii fructiferi limbo erecto, staminibus duobus, squamulis interjectis. (D.) *v. v.*

AMARAN-

AMARANTHACEÆ. *Juss.*

OBS. Inter Chenopodeas et hunc ordinem, mox in distinctâ dissertatione tractandum, nullam absolutam diagnosin invenire licuit: Staminum enim insertio hypogyna quæ vix toto ordini communis, in Chenopodeis quibusdam obtinet. Habitus interea Amaranthacearum adeo distinctus, ut tutiùs duxi insequi vestigia Ill. Jussieu, qui post repetitum examen ordinem retinuit; ejusdem tamen sectionem tertiam separavi sub nomine *Illecebrearum*, ob stamina manifestè perigyna, et folia stipulata.

DEERINGIA.

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, basi in cyathulam edentulam connata. *Antheræ* biloculares. *Stylus* tripartitus. *Bacca* polysperma.

Frutices *glabri, debiles, supra arbores et frutices decumbentes*. Folia *alterna*. Spicæ *terminales et e summis alis*. Flores *tribracteati*. Pericarpium *baccatum, inflatum*.

OBS. Affinitate proxima Celosiæ et Lestibudesiæ.

Dixi in memoriam CAROLI DEERING, M. D. auctoris Floræ Nottinghamensis, botanici sui temporis periti, in immortali opere Dillenii laudati.

D. *celosioides*. (J. T.) *v. v.*

Celosia baccata. *Retz. obs.* 5. *p.* 23. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 1202.

OBS. Planta Novæ Hollandiæ ab Indicâ forsan distincta, floribus ferè duplò majoribus, seminibusque pluribus.

LESTIBUDESIA. *Aub. du Petit Thouars. plant. ins. afric.* 1. *p.* 53. *t.* 16.

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, basi in cyathulam edentulam connata. *Antheræ* biloculares. *Ovarium* polyspermum. *Stylus* brevis, v. nullus. *Stigmata* 3-4, filiformia, recurva. *Capsula* polysperma, transversim dehiscens.

OBS.

Obs. Genus præter L. *spicatam et arborescentem* complectitur Celosiam paniculatam, virgatam, trigynam, et alias ineditas, ideoque vix naturale et forsan immerito separatum a Celosiâ, stigmate capitato, v. bilobo brevissimo solùm diversâ.

1. L. *arborescens*, caule fruticoso volubili, foliis elliptico-oblongis subacuminatis glabris, paniculis terminalibus axillaribusque, floribus trigynis. (T.) B. *v. s.*

Obs. A reliquis facie parùm diversa; secundum *b. Soland.* stigmata profundè emarginata; fructûs dehiscentia nondum observata.

AMARANTHUS. *L.*

Flores monoici. *Perianthium* 3- v. 5-partitum. *Stamina* 3 v. 5. *Stylus* 3-partitus, nunc 2-part. *Capsula* monosperma, circumscissa, rarò evalvis. *Semen* erectum, umbilico nudo.

I. *Triandri.*

1. A. *undulatus*, glomerulis triandris 4—6-floris axillaribus et subspicatis, perianthii foliolis spathulatis mucronatis, capsulâ rugosâ, foliis latè-ovatis obtusis mucronulatis undulatis petiolum æquantibus. (T.) *v. v.*

2. A. *rhombeus*, glomerulis triandris subtrifloris, spicis filiformibus indivisis, capsulâ rugosâ, foliis rhombeo-ovatis subretusis basi attenuatis subtùs lineatis margine scabriusculis. (T.) *v. v.*

3. A. *interruptus*, glomerulis triandris multifloris divisis, spicis elongatis interruptis, foliis ovato-oblongis obtusiusculis mucronulatis, capsulâ rugosâ. (T.) *v. v.*

4. A. *lineatus*, glomerulis triandris 5-6-floris approximatis, spicis indivisis solitariis, foliis oblongo-lanceolatis apice angustatis obtusiusculis mucronulatis subtùs lineatis, capsulâ rugosâ. (T.) *v. v.*

TRICHINIUM.

Perianthium 5-partitum, laciniis linearibus. *Stamina* 5, basibus connatis, edentulis. *Antheræ* biloculares. *Stylus* indivisus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* evalvis, monospermus, inclusus basi connivente perianthii, laciniis patulis plumosis.

Herbæ, *radice sæpiùs perenni.* Folia *alterna.* Flores *terminales, capitati v. spicati, tribracteati, bracteis scariosis, nitentibus, villi perianthii primùm adpressi, dein patuli.*

1. T. *fusi-*

1. T. *fusiforme*, foliis angustissimè linearibus ramisque glabris, caule multiplici, radice fusiformi, capitulis subovatis, bracteis acutis uninervibus. (T.) *v. v.*

2. T. *gracile*, foliis angustissimè linearibus glabris, caule subsimplici, capitulo subgloboso, bracteis obtusis enervibus, filamentis inæqualibus. (T.) *v. v.*

3. T. *distans*, foliis angustissimè linearibus ramisque glabris, spicâ elongatâ: floribus distinctis. (T.) *v. v.*

4. T. *spathulatum*, foliis radicalibus obovato-spathulatis planis glabris, spicâ cylindraceâ. (D.) *v. v.*

5. T. *macrocephalum*, foliis caulinis lanceolatis undulatis ramisque glabris angulatis, spicâ oblongâ: rachi lanatâ. (M.) *v. s.*

6. T. *incanum*, foliis lanceolatis ramisque incano-tomentosis teretibus, spicis subovatis lateralibus terminalibusve. (O.) Baudin. *v. s.*

PTILOTUS.

Perianthium 5-partitum, foliolis lanceolatis. *Stamina* 5, ipsâ basi connata, edentula. *Antheræ* biloculares. *Stylus* indivisus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* evalvis, monospermus, inclusus perianthii foliolis 3 interioribus, medio latis cohærentibus, suprà patentibus nudis.

Herbæ *annuæ, glabræ*. Folia *alterna, angusta*. Flores *terminales, subcapitati, tribracteati, bracteis scariosis, nitentibus, post lapsum perianthii persistentibus.*

Obs. Affinitate proximus Trichinio.

1. P. *conicus*, capitulis solitariis conico-subrotundis, filamentis apice obcordatis medio constrictis, foliis linearibus. (T.) *v. v.*

2. P. *corymbosus*, capitulis corymbosis, filamentis filiformibus, foliis inferioribus lanceolatis: superioribus linearibus. (T.) *v. v.*

GOMPHRENA. Gomphrenæ species. *L.*

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, connata in tubulum subcylindraceum, ovario longiorem, apicibus distinctis, cum v. absque dentibus interjectis. *Antheræ* uniloculares. *Stylus* 1. *Stigmata* 2. *Utriculus* monospermus; evalvis.

Obs. Hujus generis sunt G. *globosa, perennis, serrata, et arborescens.* L.

1. G. *la-*

1. G. *lanata*, bracteis perianthio ferè ad apicem lanato paulò brevioribus: carinâ simplici, tubo stamineo dentato, capitulo aphyllo, foliis linearibus villosiusculis, caule lanato. (T.) *v. v.*

2. G. *humilis*, bracteis perianthio ferè ad apicem lanato subdimidio brevioribus: carinâ simplici, tubo stamineo edentulo, capitulo aphyllo, foliis linearibus villosiusculis, caule tomentoso. (T.) *v. v.*

3. G. *flaccida*, bracteis acutis perianthio obtuso vix ad medium lanato ⅓ brevioribus: carinâ simplici, tubo stamineo edentulo, capitulo subdiphyllo, foliis linearibus glabris, ramis lanatis. (T.) *v. v.*

4. G. *canescens*, bracteis acuminatis perianthio acuto vix ad medium lanato ⅓ brevioribus: carinâ simplici, tubo stamineo dentato, capitulo subdiphyllo, foliis linearibus pubescentibus, caule lanato. (T.) *v. v.*

PHILOXERUS.

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, basi connata in cyathulam edentulam, ovario breviorem. *Antheræ* uniloculares. *Stylus* 1. *Stigmata* 2. *Utriculus* monospermus, evalvis. Folia *opposita*. Spicæ *terminales, breves, densæ*. Flores *tribracteati*.

Obs. Gomphrenæ proximum genus, cui pertinent *Gomphrena brasiliensis* et *vermiculata*.
A Lithophilâ differt, numero staminum perianthioque æquali.

1. P. *conicus*, spicis conicis ternis solitariisve, perianthio lanato, foliis linearibus margine recurvis, caule erecto. (T.) *v. v.*

2. P. *diffusus*, spicis pedunculatis solitariis, perianthio glaberrimo, foliis lanceolatis utrinque pubescentibus, caule prostrato lanato. (T.) *v. v.*

ALTERNANTHERA. *Forsk.*

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, basi connata in cyathulam ovario breviorem, cum v. absque dentibus brevioribus, filamentis 2 sæpè castratis. *Antheræ* uniloculares, ovales. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* obreniformis, compressus, evalvis, semine amplior.

Obs. Illecebri nomen ad *Illec. verticillatum* restitui debet quod cum *I. cymoso* distinctum genus efficit, Paronychiæ proximum.

Alternanthera

Alternantheræ commodè dividi possint in Alternantheras *proprias*, Filamentis duobus castratis, dentibus interjectis brevissimis obsoletis; quibus præter species Novæ Hollandiæ pertinet Ill. sessile *L.*: et *spurias*, Filamentis 5 antheriferis, totidemque sterilibus manifestis; quibus referenda *Ill. Achyrantha*; *polygonoides*, *ficoideum L.* aliæque Americanæ nondum descriptæ.

1. A. *denticulata*, perianthiis glabris: foliolis ovatis acuminatis utriculo ferè duplò longioribus, foliis angusto-lanceolatis denticulatis glabris: axillis barbatis, caule procumbente glabro. (T. J. D.) *v. v.*

2. A. *nodiflora*, perianthiis glabris: foliolis angusto-lanceolatis acuminatis utriculo triplò longioribus, foliis lanceolato-linearibus denticulatis glabris: axillis barbatis, caule diffuso ramisque tetragonis glabris: ultimis bifariam pubescentibus. (T.) *v. v.*

3. A. *angustifolia*, perianthiis extùs lanatis: foliolis ovatis acutis utriculum æquantibus, glomerulis subglobosis, foliis linearibus glaberrimis, caule erecto angulato. (T.) *v. v.*

4. A. *nana*, perianthiis glabris: foliolis ovatis breviter acuminatis utriculo duplò longioribus, foliis oblongo-obovatis pilosis basi attenuatâ, caule diffuso hirsuto. (T.) *v. v.*

ACHYRANTHES. Achyranthis species. *L.*

Perianthium 5- rarò 4-partitum, regulare, tribracteatum, bracteis simplicibus, spinescentibus. *Stamina* 5, basi connata, squamulis fimbriatis interjectis. *Antheræ* biloculares. *Stylus* 1. *Stigma* capitatum. *Utriculus* monospermus, evalvis.

Obs. I. Pupalia *Juss.* differt tantummodo Bracteis appendiculatis, nam in *P. prostratâ* (Achyranthes prostrata *L.*) dentes filamentis interjecti sunt.

Obs. II. Species duæ Achyranthis hactenùs ineditæ a charactere recedunt, altera (arborescens, Insulæ Norfolkiæ,) floribus 4-fidis regularibus; altera (aquatica, Indiæ orientalis,) floribus 5-fidis, perianthii foliolo postico dissimili.

1. A. *australis*, foliis ovatis acutis v. obtusis pubescentibus subtùs cinereis rugosiusculis, bracteis perianthio brevioribus, basi subrotundâ aristâ parùm breviore. (T.) *v. v.*

2. A *canescens*, foliis ovalibus obtusiusculis tomentosis subtùs cinereis mollibus, bracteis perianthio brevioribus, aristâ basi subrotundâ ferè duplò longiore. (T.) *v. v.*

NYSSANTHES.

Perianthium 4-partitum, irregulare, foliolis 2 exterioribus inæqualibus, bracteisque spinescentibus. *Stamina* 2—4, basi connata, squamulis interjectis. *Antheræ* biloculares. *Stylus* 1. *Stigma* capitatum. *Utriculus* monospermus. Herbæ v. Suffrutices. Folia *opposita*. Spicæ *glomeruliformes, axillares et terminales*.

Obs. Quam maximè affinis Achyranthi, a quâ præcipuè differt, Perianthio 4-fido, irregulari, foliolis spiniformibus (unde nomen).

1. N. *erecta*, perianthiis tetrandris pubescentibus 5-nervibus: aristâ inferiore foliolum subæquante, foliis oblongo-lanceolatis acutis: mucronulo brevissimo subinnocuo, caule erecto. (J.) *v. v.*

2. N. *media*, perianthiis diandris pubescentibus 3-nervibus; aristâ inferiore foliolum superante, foliis ovali-oblongis obtusiusculis: mucrone pungente. (J.) *v. v.*

3. N. *diffusa*, perianthiis diandris glabris 5-nervibus: aristis foliolo longioribus, foliis rameis (vix semunciàlibus) ovali-oblongis: mucrone pungente, caule diffuso. (T.) *v. v.*

POLYGONEÆ. *Juss.*

Perianthium monophyllum, divisum, æstivatione imbricatâ.

Stamina definita, imo perianthio inserta. *Antherarum* loculi longitudinaliter dehiscentes.

Ovarium liberum, monospermum, ovulo erecto. *Styli* v. *Stigmata* plura.

Nux nuda, v. perianthio tecta.

Albumen farinaceum, raró subnullum.

Embryo

Embryo inversus, sæpiùs unilateralis. *Plumula* inconspicua.

Herbæ rariùsve Frutices. *Folia* alterna, basi vaginantia, aut vaginæ intrafoliaceæ adnata, juniora subtùs revoluta. *Flores* quandoque diclines, sæpè racemosi.

Obs. Ovulum erectum cum Radiculâ superâ notam præbet præcipuam hunc ordinem a Chenopodeis distinguentem, et exstat in Eriogono *Mich.* ubi vagina petiolaris nulla, et albumen parcissimum carnosum.

POLYGONUM. *L.*

Perianthium profundè 5-fidum, (nunc 4-fidum,) semipetaloideum. *Stamina* 4—9. *Stylus* 2-3-partitus. *Stigmata* totidem, capitata. *Nux* perianthio (quandoque baccato) tecta. *Embryo* unilateralis.

III. Persicariæ. *Stylo bifido, Nuce lenticulari, Stam.* 4—7, *raro* 8.

1. P. *prostratum*, floribus 5-andris semidigynis glabris, spicis axillaribus pedunculatis, bracteis ocreisque ciliatis, foliis lanceolatis margine scabris, caule prostrato piloso. (J. D.) *v. v.*

Obs. Duplex varietas. α: foliis adultis glabris. β. foliis adultis pilosis.

2. P. *gracile*, floribus 4-andris semidigynis glandulosis, spicâ filiformi rarâ nutanti, bracteis 1-2-floris ocreisque ciliatis, foliis lanceolatis acuminatis glabris pellucido-punctatis margine scabris, caule erecto. (J.) *v. v.*

3. P. *lanigerum*, floribus 6-andris digynis glabris, spicis cylindraceis pedunculatis alternis, bracteis ocreisque imberbibus, foliis elongato-lanceolatis acuminatis lanatis subtùs incanis. (J.) *v. v.*

4. P. *glandulosum*, floribus 6-andris digynis glabris, spicis alternis pedunculatis cylindraceis, bracteis ocreisque nudis, foliis elongato-lanceolatis acuminatis subtùs glandulosis margine scabris pedunculisque glabris. (J.) *v. v.*

5. P. *elatius*, floribus 6-andris semidigynis glabris, spicis pedunculatis cylindraceis alternis, bracteis imberbibus pedunculisque glanduloso-pubescentibus, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis petiolum decurrentibus, ocreis ciliatis, caule scabriusculo. (J.) *v. v.*

6. P. *subsessile*, floribus 5-andris semidigynis glabris, spicis

cylindraceis pedunculatis, bracteis ciliatis, foliis elongato-lanceolatis subsessilibus basi obtusiusculâ utrinque pubescentibus scabriusculis, ocreis pilosis strigoso-ciliatis. (J. D.) *v. v.*

7. P. *articulatum*, floribus 5-6-andris semidigynis glabris, bracteis subciliatis, spicis cylindraceis pedunculatis, foliis elongato-lanceolatis acuminatis attenuatis utrinque pubescentibus subter parùm sericeis, ocreis glabris ciliatis, pedunculis pilosis, caule glabro. (T.) *v. v.*

8. P. *attenuatum*, floribus 8-andris semidigynis glabris, spicis cylindraceis pedunculatis strictis, bracteis ocreisque ciliatis, foliis elongato-lanceolatis utrinque attenuatis tenuissimè pubescentibus, petiolis ocreas subæquantibus. (T.) *v. v.*

9. P. *strigosum*, floribus 5-6-andris semidigynis glabris, *spicis* pedunculos glanduloso-pilosos vix æquantibus, bracteis ocreisque ciliatis, foliis hastatis sagittatisve scabriusculis, petiolis ramisque strigis recurvis, caule *erecto*. (*J. D.*) *v. v.*

10. P. *orientale*, floribus 7-andris semidigynis glabris, spicis cylindraceis pedunculatis, foliis ovatis acuminatis ramisque pubescentibus, ocreis orâ dilatatâ foliaceâ. (J.) *v. v.*
Polygonum orientale. *L.* ?
Obs. Planta Novæ Hollandiæ, quæ magis pubescens, forsan species distincta.

IV. Polygona. *Stylo trifido, Nuce triquetrâ, Staminibus 5—8. Foliis integerrimis.*

11. P. *decipiens*, floribus hexandris semitrigynis glabris eglandulosis, spicis subfiliformibus, bracteis nudis, ocreis ciliatis, foliis lanceolatis acuminatis margine lævibus ramisque glabris, caule erecto. (J.) *v. v.*

12. P. *plebeium*, floribus 5-andris trigynis axillaribus subgeminis, foliis linearibus subsessilibus, ocreis hinc fissis inde ciliatis, caule diffuso. (T. J.) *v. v.*

V. Helxine. *Foliis cordatis, Stylis 3-partitis, Nucibus angulatis. Staminibus 8. Floribus sæpè polygamis.*

13. P. *adpressum*, glabrum, caule volubili v. prostrato suffruticoso ramisque teretibus, foliis cordatis subacuminatis crenulatis margine scabris, racemis axillaribus terminalibusque, bracteis ocreisque nudis, perianthiis subbaccatis, floribus polygamis. (J. M. D.) *v. v.*

Polygonum

Polygonum adpressum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 99. *t.* 127.
Obs. Planta polymorpha, cui maximè affinis et certè congener est Coccoloba australis. *Forst. prod. n.* 176. *Willd. sp. pl.* 2. *p.* 457.

RUMEX. *L.*

Perianthium 6-partitum duplici serie. *Stamina* 6. *Styli* 3. *Stigmata* multifida. *Nux* triquètra, perianthii laciniis interioribus auctis valviformibus tecta.

1. R. *fimbriatus*, floribus hermaphroditis, valvulis nudis venosis uncinato-fimbriatis, pedicellis fructiferis reflexis incrassatis. (J.) *v. v.*
2. R. *bidens*, floribus diclinibus, valvulis nudis hastatis, foliis lineari-lanceolatis basi attenuatâ. (D.) *v. v.*

NYCTAGINES. *Juss.*

Perianthium tubulosum, subcoloratum, medio coarctatum, limbo integro v. dentato; æstivatione plicatâ.
Stamina definita, hypogyna. *Antheræ* biloculares.
Ovarium monospermum, ovulo erecto. *Stylus* 1. *Stigma* 1.
Utriculus tenuis, tubo persistenti aucto perianthii inclusus.
Semen integumentis destitutum (testâ utriculo adnatâ).
Albumen amylaceum sinu embryonis inclusum.
Embryo Cotyledonibus foliaceis: *Radiculâ* inferâ: *Plumulâ* inconspicuâ.
Caulis herbaceus v. frutescens v. arboreus. *Folia* opposita sæpiùsque inæqualia, altero ramum subtendente minore, nunc alterna. *Flores* axillares v. terminales, conferti

conferti v. solitarii, involucro communi v. proprio, monophyllo v. polyphyllo, quandoque minuto instructi.

BOERHAAVIA. *L.*

Perianthium limbo subintegro, deciduo. *Stamina* plicis perianthii pauciora (1—4). *Utriculus* tubo angulato apice clausi perianthii arctè inclusus. *Embryo* conduplicatus.

Caulis *herbaceus v. frutescens.* Folia *opposita, altero minore.* Umbellæ *sæpè paniculatæ, bracteis involucrantibus minutis.*

1. B. *mutabilis,* procumbens glabra v, tenuissimè pubescens, caule tereti, foliis repandis subovatis obtusis: paginis discoloribus, floribus 3-2-andris. (T. M!) *v. v.*

Obs. B. *tetrandra Forst.* forsan hujus varietas.

2. B. *pubescens,* procumbens pubescens, caule tereti, foliis repandis subovatis obtusis utrinque pilis articulatis pubescentibus, umbellis sparsis subpaniculatis, floribus subtriandris. (T.) *v. v.*

Obs. Præcedenti nimis affinis.

PISONIA. *L.*

Calpidia. *Du Petit Thouars. plant. ins. afric. 23. t. 8.*

Flores sæpiùs dioici organis imperfectis.

Perianthium limbo 5-plicato, semi-5-fido, persistente. *Stamina* plicis limbi plura (6—10). *Utriculus* tubo angulato sucto clavato perianthii inclusus. *Embryo* erectus.

Frutices v. Arbores. Folia *opposita et alterna, decidua.* Flores *subcymosi, bracteolis minutissimis.*

1. P. *grandis,* caule arboreo, foliis oblongis acuminatis glabris, cymis compositis, floribus polygamis 7—9-andris, perianthiis fructiferis spinulosis. (T.) *v. v.*

MONO-

MONOPETALÆ.

PLANTAGINEÆ. *Juss.*

Flores hermaphroditi, rariùs diclines.

In Hermaphroditis. *Calyx* (?) 4-partitus, persistens. *Corolla* (?) monopetala, tubulosa, hypogyna, scariosa, persistens: limbo 4-partito.

Stamina 4, tubo inserta, laciniis alternantia. *Filamenta* exserta, flaccida, æstivatione induplicata. *Antheræ* biloculares, loculis appositis contiguis, longitudinaliter dehiscentibus.

Ovarium sessile, absque disco cingente, 2-(raró 4-) loculare, ovulis peltatis, solitariis, binis v. indefinitis. *Stylus* 1, capillaris. *Stigma* hispidulum, indivisum, raró semibifidum.

Capsula circumscissa: *dissepimento* longitudinali, demùm libero, faciebus seminiferis.

Semina sessilia, peltata, sæpiùs definita, solitaria v. bina, nunc indefinita: *Testa* mucilaginosa. *Albumen* semini conforme, densè carnosum.

Embryo axilis, rectus, longitudine ferè albuminis. *Radicula* infera. *Plumula* inconspicua.

In Diclini. Masc. *Calyx* ut in hermaphroditis. *Corolla* similis. *Stamina* receptaculo inserta. *Rudimentum* minutum Pistilli.

Fem. *Calyx* 0, nisi bracteas tres sumas. *Corolla* urceolata, indivisa, ore coarctatâ, obsoletè dentata. *Stamina* nulla. *Ovarium* monospermum, ovulo erecto. *Stylus* et *Stigma* ut in hermaphroditis. *Capsula* transversim dehiscens. (*Bern. Juss. in act. paris.* 1742.)

Herbæ, caule sæpiùs abbreviato subnullo, nunc caulescentes, pube (quæ sæpè adest) simplici articulatâ. *Folia radicalia* in acaulibus conferta, stellata, integra, v. dentata seu incisa, sæpè plana et nervosá, nunc semiteretia,

semiteretia, axillis quandoque lanatis. *Scapi* axillares, raro terminales, indivisi. *Flores* spicati (raro subsolitarii) sessiles, unibracteati.

Obs. Plantaginearum diagnosis, si paradoxam Littorellam excipias, perfacilis, hâc verò inclusâ ordo definitione difficiliùs circumscribendus; affinitas quoque obscura et adhuc etiam de natura integumentorum floris disputatum est. Ab Illust. Jussieu inter apetalas collocatæ, ordinatio quæ aliis nonnullis nimis paradoxa videtur. Corollæ tamen textura et persistentia, quamvis staminiferæ certè inusitatæ, nec minùs singularis tubi ejusdem fructiferæ in plerisque partitio, cujus laciniæ cum iis limbi alternant.

Aliqua affinitas cum Plumbagineis corollâ quoque anomalâ instructis, harum vero stylus semper divisus cum ovulo unico, dum in Plantagineis hermaphroditis simplex ovulis uno pluribus.

Analogia inter Corollam Plantaginearum et Tubum staminiferum Amaranthacearum infirmata est eâdem Littorellæ non staminiferâ et in femineo flore præsenti. Æstivatio foliolorum calycis suspicionem aliquam inducit de eorumdem verâ naturâ.

PLANTAGO. *L. Juss.*

Psyllium. *Juss.*

Flores hermaphroditi. *Capsula* 2—4-locularis. *Semina* definita, v. indefinita.

Obs. Cum Cel. *Decandolle* genus integrum retinui, quamvis complectitur species seminibus definitis (1-2) et indefinitis, quippe hæ differentiæ vix ullis aliis sive habitus sive fructificationis, comitantur; species equidem caulescentes (Psyllium *Juss.*) invicem consentiunt capsulâ biloculari seminibus solitariis, sed hæc structura naturalis generis: species hemisphærii australis a reliquis diversæ sunt capsulæ bilocularis loculis dispermis. Singularis est P. *coronopus* capsulâ 4-loculari loculis monospermis.

Capsulæ loculis dispermis.

1. P. *varia*, pilosa, foliis elongato-lanceolatis trinervibus dentatis scapoque basi lanatis, spicâ multiflorâ. (J. D. M.) *v. v.*

Obs. Variat foliis subintegris et rarò spicâ pauciflorâ.

2. P. *de-*

2. P. *debilis*, pubescens, foliis lanceolatis dentatis integrisve trinervibus flaccidis scapoque filiformi basi imberbibus, spicæ floribus inferioribus distinctis. (J.) *v. v.*

Obs. Valdè affinis P. *variæ*.

3. P. *hispida*, hirsuta canescens, foliis lineari-lanceolatis dentatis scapoque basi imberbibus, spicâ multiflorâ imbricatâ. (D. M.) *v. v.*

4. P. *carnosa*, glaberrima, foliis lanceolatis inciso-dentatis subcarnosis scapoque 1—3-floro basi imberbibus. (D.) *v. v.*

PLUMBAGINEÆ. *Juss.*

Calyx tubulosus, plicatus, persistens.
Corolla mono- aut 5-petala, æqualis.
Stamina definita, in monopetalis hypogyna! in polypetalis epipetala!
Ovarium 1, liberum, monospermum; ovulo inverso, pendulo ab apice funiculi è fundo ovarii orti. *Styli* 5! (rarò 3-4). *Stigmata* totidem.
Utriculus subevalvis.
Semen inversum: *Integumento* simplici. *Embryo* rectus. *Radicula* superà.
Herbæ v. *Suffrutices*, facie varii. *Folia* alterna v. conferta, indivisa, basi subvaginantia. *Flores* spicati v. capitati.

PLUMBAGO. *L.*

Calyx plicatus, 5-dentatus. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis, limbo 5-partito. *Stamina* 5, hypogyna. *Stylus* 1, filiformis. *Stigmata* 5, acuta. *Capsula* valvata. *Semen* albuminosum.

Herbæ *v.* Suffrutices *caulescentes.* Folia *amplexicaulia.* Spicæ *terminales.* Flores *3-bracteati, albi v. rosei.*

1. P. *zeylanica,* foliis petiolatis oblongo-ovatis glabris integerrimis, caule erecto tereti. (T. J.!) *v. v.*
Plumbago zeylanica. *L.*

TAXANTHEMA. *Neck. elem. bot. 1. p. 115.*

Limonium. *Tournef. Mœnch.*

Calyx infundibuliformis, limbo scarioso, 5-plicato, 5-dentato. *Corolla* 5-petala, v. 5-partita. *Stamina 5,* unguibus petalorum inserta. *Styli* 5, rarò 3, distincti. *Capsula* evalvis, membranacea. *Semen* albuminosum. *Spicæ* secundæ, floribus 2-3-bracteatis.

Herbæ *v.* Suffrutices. Caule *scapove diviso.*

1. T. *australis,* scapis paniculatis angulatis foliisque lævibus spathulato-oblongis obtusiusculis petiolatis glaberrimis, radice fusiformi. (J. M. D. T.) *v. v.*

ÆGIALITIS.

Calyx plicato-angulatus, 5-dentatus, coriaceus. *Corolla* 5-petala, unguibus basi connatis. *Stamina* 5, epipetala. *Styli 5.* *Stigmata* capitata. *Conceptaculum* exsertum, angulatum, subcylindraceum, evalve, coriaceum. *Semen* germinans, exalbuminosum. *Plumula* conspicua.

Frutex *humilis, glaberrimus, inter* Rhizophoras *crescens.* Rami *teretes, fragiles, cicatricibus petiolorum annulati.* Folia *alterna, exstipulata, plana, coriacea, ovata, integerrima, petiolo marginato, basique dilatatâ vaginanti.* Spicæ *paniculatæ;* Floribus *alternis, subimbricatis, tribracteatis albis.*

Æ. *annulata.* (T.) *v. v.*

PRIMULACEÆ. *Vent.*

Lysimachiæ. *Juss.*

Calyx divisus, 5- rarò 4-fidus, regularis, persistens.
Corolla 1-petala, hypogyna, regularis, limbo 5- rarò 4-fido.
Stamina epipetala, tot quot laciniæ limbi, iisdem opposita!
Ovarium 1-loculare. *Stylus* 1. *Stigma* capitatum.
Capsula valvata. *Placenta* centralis, libera.
Semina numerosa, peltata, albuminosa.
Embryo inclusus, umbilico parallelus. *Radicula* vaga.
Herbæ. *Folia* sæpiùs opposita, nunc verticillata, v. sparsa.

Obs. Ordo placentatione seminum, relatione embryonis ad umbilicum, staminibusque laciniis corollæ oppositis cum Ophiospermis *Vent.* (Myrsineis *Nob.*) convenit; diversus tamen habitu et fructu capsulari.

CENTUNCULUS. *L.*

Calyx 4-5-partitus. *Corolla* suburceolata, 4-5-fida, marcescens. *Stamina* 4-5. *Filamentis* imberbibus. *Capsula* globosa, circumscissa.

Folia *alterna.* Flores *axillares, ebracteati.* Filamenta *distincta v. basi connata.*

1. C. *pentandrus,* floribus 5-fidis, foliis ovatis acutis pedunculos subæquantibus, corollæ basi glandulosâ. (T.) *v. v.*
Anagallis pumila. *Sw. flor. ind. occid.* 1. *p.* 345. (fide specim. in Herb. Banks.)

LYSIMACHIA. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* rotata, 5-fida. *Stamina* 5. *Capsula* globosa, 5—10-valvis.

 Folia

Folia *opposita v. verticillata.* Flores *axillares v. terminales, solitarii v. spicati aut corymbosi.*

Obs. Genus certè dividendum.

1. L. *maculata,* pubescens, foliis ovatis, floribus axillaribus, pedunculis (1-2) petiolo brevioribus. (J.) *v. v.*

Obs. In multis convenit L. *japonicæ* secundùm descriptionem Thunbergii, cujus plantam nunquam vidi.

Primulaceis affine.

SAMOLUS. *L.*

Sheffieldia. *Forst. Labill.*

Calyx semisuperus, 5-fidus. *Corolla* subcampanulata, 5-loba. *Stamina* 5, antherifera, laciniis limbi opposita, 5 alterna sterilia. *Capsula* semiinfera, ovata, semi-5-valvis, 1-loc. *Placentâ* centrali liberâ. *Semina* numerosa, juxta alteram extremitatem affixa, albuminosa. *Embryo* inclusus: *Radiculâ* umbilicum spectante.

Herbæ. Folia *alterna, integra.* Flores *terminales, subracemosi v. corymbosi, albi:* Pedicellis *medio v. basi unibracteatis.*

Obs. A Primulaceis differt, Ovarii basi saltem inferâ, seminibus juxta alteram extremitatem umbilicatis, staminibusque 5 sterilibus.

1. S. *Valerandi,* erecta, foliis omnibus obovatis oblongisve obtusis membranaceis, racemo corymboso: pedicellis medio bracteatis, capsulâ subglobosâ. (J.) *v. v.*

Samolus Valerandi. *L.*

Obs. Planta Novæ Hollandiæ cum Europæâ penitùs convenire videtur; Africæ australis parùm diversâ, foliis punctis minutis albis conspersis.

2. S. *littoralis,* caule tereti ramoso folioso, foliis radicalibus spathulatis: caulinis sublanceolatis, calycis semisuperi laciniis acutis. (J. M. T. D.) *v. v.*

Obs. Polymorpha planta uti pleræque littorales.

α. Rami steriles prostrati, floriferi erecti v. adscendentes, folia caulina lanceolata, bracteis pedicellis insidentibus.

Sheffieldia repens. *Linn. suppl. p.* 151.

β. Rami steriles prostrati, floriferi adscendentes, folia caulina lanceolata uti calyces subincana, bracteis pedicellos subtendentibus.

γ. Rami

γ. Rami omnes erecti foliaque lanceolata subincani, bracteæ pedicellos subtendentes; flores corymbosi.
Sheffieldia incana. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 40. *t.* 54.

δ. Pusillus, (vix biuncialis,) rami steriles prostrati, floriferi erecti, folia caulina semiteretia subulata calycesque incani.

3. S. *junceus*, caule erecto subsimplici tereti subaphyllo; foliolis stipuliformibus remotis, foliis radicalibus obovatis spathulatisque, racemo paucifloro, calycibus acutis. (M.) *v. v.*

4. S. *ambiguus*, caule erecto paniculatim ramoso tereti, foliis remotis linearibus subulatisve, racemis raris, calycibus subinferis obtusis: basi intrusà. (M.) *v. v.*

LENTIBULARIÆ. *Richard in Flor. Paris.* 1. *p.* 26.

Utriculinæ. *Hoffmannsegg et Link. Flor. Portug.*

Calyx divisus, persistens.
Corolla monopetala, hypogyna, irregularis, calcarata, bilabiata.
Stamina 2 inclusa, imæ corollæ inserta.
Antheræ simplices, nunc medio constrictæ.
Ovarium uniloculare. *Stylus* 1, brevissimus. *Stigma* bilabiatum.
Capsula unilocularis, polysperma; placentâ centrali magnâ.
Semina parva, exalbuminosa. *Embryo* nunc indivisus.

Herbæ aquaticæ v. paludosæ. *Folia* radicalia indivisa, v. composita, radiciformia et vesiculifera. *Scapi* squamulis stipuliformibus minutis v. nullis, nunc vesiculis verticillatis, sæpius indivisi, uniflori v. spicatim

spicatim v. racemoso-multiflori. *Flores* unibracteati v. rariùs ebracteati.

Obs. Secundum Cel. Richard l. c. Embryo in toto ordine monocotyledoneus, indivisum equidem in Utriculariis sed planè dicotyledoneum in Pinguiculis observavimus.

UTRICULARIA. *L.*

Calyx diphyllus, labiis æqualibus, indivisis. *Corolla* personata, labio inferiore basi calcaratâ. *Stamina* 2, filamentis apice intùs antheriferis. *Stigma* bilabiatum.

Herbæ aquatiles liberæ, *foliis radiciformibus demersis multifidis, vesiculis numerosis instructis: v.* paludosæ radicantes, *foliis radicalibus confertis indivisis, vesiculis quandoque radicalibus.* Scapi *nudi, nunc squamulis raris v. foliis vesicularibus instructi.* Flores *spicati racemosi v. solitarii.* Antheræ *sæpè simplices, nunc medio constrictæ quasi biloculares.* Stigmatis *labium superius minus, quandoque deficiens.* Capsula *sphærica, rarò compressa.*

I. *Folia radicalia composita, vesiculifera. Scapi aphylli. Flores flavi.*

1. U. *australis*, scapo paucifloro, labiis indivisis: inferiore duplò latiore quàm longo, calcari adscendenti anticè plano subtùs carinato. (J. D.) *v. v.*

Obs. Proxima U. vulgari *L.*

2. U. *exoleta*, scapo 1-2-floro, labio inferiore indiviso: superiore integro et semitrilobo, calcari adscendenti emarginato. (J.) *v. v.*

Obs. Valdè affinis U. minori. *L.*

II. *Folia radicalia indivisa, sæpè decidua. Radices affixæ, quandoque vesiculiferæ. Flores sæpiùs cærulei nunc flavi.*

3. U. *volubilis*, scapo volubili tereti subbifloro, labiis indivisis: superiore cuneato; inferiore maximo securiformi, calcari descendenti obtuso depresso, calycis foliolis obtusis. (M.) *v. v.*

4. U. *speciosa*, scapo stricto semidemerso, foliis radicalibus spathulatis nervosis elongato-petiolatis, pedunculis oppositis, labio superiore retuso: inferiore maximo securiformi integro, calcari obtuso. (J.) *v. v.*

Utricularia dichotoma, *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 11. *t.* 8. huic valdè affinis et forsan tantummodo varietas: ineptè nominata, cujus nulla pars dichotoma.

5. U. *oppositiflora*, scapo stricto tereti emerso, foliis radicalibus

bus ovatis obtusis petiolatis, pedunculis oppositis, labiis integris: inferiore maximo securiformi, palato lobato, calcari obtuso. (J.) *v. v.*

6. U. *uniflora,* scapo stricto tereti emerso unifloro, foliis radicalibus paucis subrotundis deciduis, labio superiore cuneiformi retuso: inferiore maximo securiformi integrò, palato lobato, calcari obtuso. (J. D.) *v. v.*

7. U. *Baueri,* scapo capillari simplici et parùm diviso: squamulis distantibus medio adnatis, floribus racemosis, labiis integris: superiore lineari; inferiore latiori quàm longo, calcari porrecto-descendenti obtusiusculo labiis longiore. (J.) D. Bauer. *v. s.*

8. U. *lateriflora,* scapo capillari simplici tereti: squamulis distantibus basi insertis, floribus lateralibus subspicatis, labio superiore lineari subretuso: inferiore subrotundo obsoletè crenulato, calcari emarginato. (J. D.) *v. v.*

9. U. *parviflora,* scapo simplici angulato subflexuoso: squamulis minutis basi insertis, floribus lateralibus distantibus subsessilibus pluribus abortientibus, labio superiore lineari emarginato: inferiore subrotundo integro, palato rugoso, calcari porrecto acutiusculo, calycis foliolo inferiore emarginato. (J.) *v. v.*

10. U. *simplex,* scapo capillari simplicissimo unifloro, labiis integris rotundatis: inferiore latiore quàm longo, calcari porrecto-depresso emarginato. (M.) *v. v.*

11. U. *violacea,* scapo capillari simplicissimo unifloro, labiis subintegris: inferiore deflexo longitudine calcaris descendentis subcylindracei integri, folio radicali subsolitario ovato. (M.) *v. v.*

12. U. *Menziesii,* scapo filiformi unifloro, foliis radicalibus numerosis spathulatis, labio superiore - - - : inferiore indiviso, calcari descendenti cylindraceo obtuso labiis duplò longiore. (M.) D. Menzies *v. s.*

13. U. *albiflora,* scapo filiformi unifloro, labio superiore emarginato: inferiore cuneiformi tridentato, calcari conicò descendenti. *Banks et Soland.* (T.) B.

14. U. *compressa,* scapo - - - , labio superiore emarginato: inferiore subtrilobo lobo intermedio emarginato, calcari conico-complanato porrecto-adscendenti. *Banks et Soland.* (T.) B.

15. U. *cyanea,* scapo simplici stricto paucifloro, floribus lateralibus remotis, pedunculis tribracteatis, calycibus acutis

corollam

corollam subæquantibus, labiis integris, calcari conico-subulato acuto descendenti, capsulâ compressâ, foliis linearibus decumbentibus. (J.) *v. v.*

16. U. *graminifolia*, scapo simplici angulato, racemo raro; pedunculis tribracteatis, calycibus acutis, labio superiore emarginato: inferiore subtrilobo, calcari descendenti conico, capsulâ compressâ, foliis elongato-linearibus. (T.) B. *v. s.*

Utricularia graminifolia. *Vahl. enum.* 1. *p.* 195*.

Utricularia uliginosa, *Vahl. enum.* 1. *p.* 203. vel ad hanc vel ad speciem præcedentem pertinet.

Utricularia cærulea. *Herb. Linn.*

17. U. *biloba*, scapo simplici tereti: squamulis distantibus adnatis, racemo paucifloro: pedunculis unibracteatis, labio superiore emarginato: inferiore bifido lobis obtusis, calcari descendenti-porrecto obtuso plano-convexo. (J.) *v. v.*

18. U. *limosa*, scapo simplici tereti, racemo multifloro, labio superiore integro: inferiore bilobo lobis acutiusculis divaricatis, calcari conico-complanato porrecto. *Banks et Soland.* (T.) B.

19. U. *pygmæa*, scapo simplici subbifloro, labio superiore integro: inferiore tripartito laciniis indivisis lateralibus linearibus divaricatis, calcari conico porrecto. *Banks et Soland.* (T.) B.

20. U. *tenella*, scapo subsimplici paucifloro, labio superiore bipartito: inferiore trifido lobis indivisis intermedio majore, foliis ellipticis. (M.) *v. v.*

21. U. *barbata*, scapo subsimplici paucifloro, labio superiore emarginato: inferiore trifido laciniâ intermediâ bilobâ, palato intùs barbato, calcari subulato descendenti. *Banks et Soland.* (T.) B.

22. U. *flava*, scapo filiformi, racemo multifloro raro, labio superiore bifido: inferiore trifido lobis indivisis, calcari subulato descendenti. *Banks et Soland.* (T.) B.

23. U. *chrysantha*, scapo subramoso, spicis racemosis multifloris, labio superiore bifido: inferiore quadrilobo, calcari subulato-conico descendenti, pedicellis tribracteatis, bracteis calycibusque coloratis. (T.) B.

24. U. *multifida*, scapo simplici filiformi paucifloro, labio superiore bifido: laciniis e latiore basi subulatis, inferiore trifido; lobis subæqualibus semibifidis laciniis emarginatis, calcari obtuso compresso. (M.) *v. v.*

SCRO-

SCROPHULARINÆ.

Personatarum genera. *L.* Scrophulariæ. *Juss.*
Pedicularum genera. *Juss.*

Calyx divisus, persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, sæpiùs irregularis, æstivatione imbricatâ; decidua.

Stamina plerumque 4, didynama, raró æqualia, quandoque duo.

Ovarium polyspermum, biloculare. *Stylus* 1. *Stigma* bilobum, raró indivisum.

Capsula (rarissimè *Bacca*) bilocularis, 2—4-valvis, valvis integris v. bifidis, dissepimento vel duplicato ex inflexis marginibus valvularum orto; vel simplici parallelo integro, sive contrario bipartibili. *Placentæ* centrales, septo adnatæ, vel demùm solutæ.

Semina numerosa, albuminosa. *Embryo* inclusus, rectus: *Radiculâ* umbilicum spectante.

Herbæ (quandoque Frutices,) sæpiùs oppositifoliæ. *Inflorescentia* varia.

Obs. Relatio dissepimenti ad valvulas capsulæ plurilocularis, sive illud contrarium sive parallelum sit, magni valoris semper facit Ill. Jussieu; et ob hanc causam Rhododendra sua ab Ericis, Pediculares a Scrophulariis segregat, genera sæpè derimans arctâ affinitate juncta; hæc nota tamen quæ ad genera distinguenda plerumque, nec semper, valet, minimè sufficit, dum aliis haud comitata, ad eorum separationem in ordinibus diversis, ut luculenter probatum est in pluribus generibus hujus familiæ, præsertim in Veronicâ, cujus in variis speciebus modi ferè omnes dehiscentiæ obtinent.

Sect. I. Stamina duo antherifera. Capsula bilocularis.

VERONICA. *L. Juss.*

Hebe. *Juss.*

Calyx 4-partitus, rarò 5-partitus. *Corolla* subrotata. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* 4-partitus, inæqualis, lobis indivisis. *Stamina* 2 antherifera; sterilia nulla. *Capsula* valvis medio septiferis, v. bipartibilis.

Herbæ *vel* Frutices. Folia *opposita, quandoque verticillata v. alterna, sæpè dentata v. incisa.* Inflorescentia *varia.* Calyces *ebracteati.*

Obs. Ex investigatione specierum ultra 30, patet dissepimentum duplicatum esse, et ex inflexis marginibus valvularum ortum; in quibusdam tamen, iis præcipuè capsulâ compressâ instructis, ejusdem lamellæ arctissimè invicem valvulisque cohærent, hinc contrarium evadit et tunc sæpiùs per axin bipartibile; in nonnullis autem a valvulis omnino discedens liberum et parallelum est. In sectione capsulâ bipartibili, placenta, quæ pedicellata et gracilis, vel alteri segmento cohæret, vel ab utroque discedit. In toto genere valvulæ plus minus fissæ, in pluribus usque ad basin.

Veronica virginica et siberica *L.* ob tubum corollæ calyce 5-partito longiorem amandandæ ad Pæderotam si equidem retinenda sit, ab hâc Wulfenia parùm differt, Corollâ ringenti labio superiore fornicato, stamina includente, et inferiore secundum axin pubescenti; huic proximum genus efficit Eranthemum salsoloides. *Linn. fil.*

I. *Capsula bipartibilis.*

1. V. *formosa*, fruticosa, foliis perennantibus decussatis lanceolatis integerrimis glaberrimis basi acutis, ramis bifariam pilosiusculis, corymbis axillaribus paucifloris. (D.) *v. v.*

2. V. *labiata*, racemis axillaribus longissimis, foliis elongato-lanceolatis acuminatis inæqualiter serratis, (D. M.) *v. v.*
Veronica Derwentia. *Littlejohn in And. repos.* 531.

3. V. *perfoliata*, racemis lateralibus pedunculatis multifloris, foliis integerrimis glaberrimis ovatis acuminatis basi connatis. (J.) *v. s.*

II. Cap-

II. *Capsulæ dissepimentum contrarium.*

4. V. ***gracilis,*** corymbis lateralibus paucifloris, foliis lineari-lanceolatis integris cauleque subsimplici glaberrimis. (J.) *v. s.*

5. V. ***calycina,*** racemis lateralibus paucifloris, foliis ovatis rugosis inæqualiter crenatis petiolatis cauleque repenti hirsutis, calycibus pilosis ciliatis capsulâ longioribus. (D. M.) *v. v.*

6. V. ***distans,*** corymbis lateralibus pedunculatis paucifloris, foliis ovatis latè serratis glabris, petiolis ciliatis, caule decumbenti bifariam piloso. (M.) *v. v.*

7. V. ***arguta,*** racemis lateralibus laxis, foliis ovato-lanceolatis glabris inæqualiter serratis, caule bifariam pubescente, petiolis inferioribus folio ter brevioribus. (J.) *v. v.*

Obs. Sequenti quàm maximè affinis.

8. V. ***plebeia,*** racemis lateralibus laxis, foliis ovatis inæqualiter inciso-serratis glabris, caule tenuissimè pubescente, petiolis inferioribus dimidio folii longioribus. (J.) *v. v.*

GRATIOLA.

Gratiolæ species. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* tubulosa, bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trifido æquali. *Stamina* 2 antherifera, 2-3 sterilia. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* 4-valvis, dissepimento e marginibus inflexis tardiùs solubilibus.

Herbæ *oppositifoliæ.* Flores *axillares, bibracteati.*

Obs. Præter sequentes Novæ Hollandiæ, legitimæ species sunt *Gratiola officinalis, pilosa, peruviana,* aliæque paucæ ineditæ ab Americâ septentrionali.

1. G. *latifolia,* glabra, foliis ovatis obtusis obsoletè crenatis integerrimisque, floribus sessilibus. (J. D.) *v. v.*

2. G. ***pubescens,*** glanduloso-pubescens, foliis lanceolatis dentatis, floribus subsessilibus. (J. M. D.) *v. v.*

3. G. ***pedunculata,*** pulvereo-pubescens, foliis lanceolatis extra medium dentatis pedunculo vix longioribus. (J.) *v. v.*

MICROCARPÆA.

Calyx tubulosus, 5-gonus, 5-fidus. *Corolla* bilabiata. *Stamina* 2 antherifera, sterilia nulla. *Capsula* bivalvis, dissepimento contrario, demum libero.

Herba *pusilla, muscosa, glabra, oppositifolia.* Flores *axillares, ebracteati, minuti.*

Obs. Huic affinitate proxima est Hedyotis maritima *Linn. suppl.*, diversa præcipuè capsulâ evalvi.

M. *muscosa.* (T.) *v. v.*
Pæderota minima. *Kœnig in Retz. obs. fasc.* 5. *p.* 10. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 7.

Sect. II. Stamina 4 antherifera.

EUPHRASIA. *L.*

Calyx tubulosus, bifidus, laciniis lateralibus bifidis. *Corolla* ringens, labio superiore bifido; inferiore 3-partito. *Stamina* didynama. *Antheræ* didymæ, cohærentes, lobis basi mucronatis. *Stigma* bilabiatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis medio septiferis, dissepimento tardiùs bipartibili. *Semina* striata.

Herbæ *oppositifoliæ.* Folia *sæpiùs dentata, v. incisa.* Spica *terminalis, foliata.* Calyces *ebracteati.* Antheræ *plerumque barbatæ.*

1. E. *alpina*, corollæ laciniis omnibus emarginatis, calycibus subsessilibus pubescentulis capsulâ parùm brevioribus, foliis cuneatis 3—5-crenatis glabris: ramorum fertilium distantibus; sterilium decussatis. (D.) *v. v.*

2. E. *tetragona*, corollæ laciniis inferioribus emarginatis, calycibus glabris obtusis subsessilibus capsulas æquantibus, foliis subovalibus 3—5-dentatis obtusis glabris, caule tetragono. (M.) *v. v.*

3. E. *collina*, corollæ laciniis omnibus emarginatis, calycibus glabris capsulâ ferè dimidio brevioribus, spicâ multiflorâ: paribus inferioribus distantibus, foliis lineari-cuneatis obtusè tridentatis glabris. (D.) *v. v.*

4. E. *striata*, corollæ laciniis striatis retusis, calycibus acutiusculis glabris, spicâ subovatâ: floribus omnibus imbricatis, bracteis foliisque subpalmato-5-lobis glabris, caulibus adscendentibus. (D.) *v. v.*

5. E. *paludosa*, corollæ laciniis subintegris, calycibus acutiusculis, spicæ multifloræ paribus inferioribus distinctis, foliis linearibus acutiusculis paucidentatis glabris; rameis distantibus. (J.) *v. v.*

6. E. *spe-*

6. E. *speciosa*, corollæ laciniis retusis: inferiorum intermediâ emarginatâ, calycibus acutiusculis pubescentibus, foliis decussatis ovatis crenato-incisis cauleque erecto scabris. (J.) *v. v.*

7. E. *scabra*, glanduloso-pubescens scabra, corollæ pubescentis laciniis integris, calycibus acutis, foliis lanceolatis dentato-incisis. (D. M.) *v. v.*

8. E. *arguta*, pubescens, corollæ laciniis integris, calycibus bracteisque setaceo-acuminatis, foliis lanceolatis pinnatifido-incisis scabris, caule erecto. (J.) *v. v.*

BUCHNERA.

Buchneræ species. *L.*

Calyx tubulosus, 10-striatus, 5-dentatus, æqualis. *Corolla* *v.* hypocrateriformis, limbo 5-partito, subæquali, v. bilabiato. *Stamina* didynama, inclusa. *Antheræ* lineares, integræ. *Stigma* subclavatum, emarginatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis medio septiferis. *Placenta* columnaris, demum libera.

Herbæ *oppositifoliæ, sæpè scabræ, siccatione nigricantes. Spica terminalis. Flores tribracteati, albi v. purpurei, citò nigricantes.*

Obs. Hujus loci sunt Buchnera americana, elongata, asiatica, et Peripea palustris *Aubl.* quæ a B. *elongatâ* ut videtur diversa.

I. *Corollæ limbus 5-partitus, subæqualis.*

1. B. *urticifolia*, scabra, foliis infimis approximatis oblongis obtusis: mediisque dentatis lanceolatis distantibus, bracteis lanceolatis ciliatis calycis dimidio brevioribus, capsulæ apice exserto. (T.) *v. v.*

2. B. *tetragona*, glabra, caule tetragono, foliis paucidentatis: infimis oblongis; mediis lanceolatis, spicis 4-gonis, bracteis latè ovatis ciliatis calyce longioribus. (T.) B. *v. s.*

3. B. *gracilis*, glabriuscula, foliis oblongis obtusis integris, caule simplici glabro, spicâ rarâ, bracteis ciliatis calycis dimidio brevioribus, capsulæ apice exserto. (J.) *v. v.*

4. B. *linearis*, scabra, foliis oblongo-linearibus integris obtusis, spicâ fructiferâ rarâ, bracteis linearibus longitudine dimidii calycis pilosi. (T.) *v. v.*

5. B. *tenella*, scabra, foliis lineari-lanceolatis integris acutis, spicâ rarâ, bracteis lanceolatis calycis dimidium æquantibus, tubo corollæ glabriusculo. (T.) *v. v.*

6. B. *ru-*

6. B. *ramosissima*, scabra ramosissima, foliis integris v. rameis lineari-lanceolatis, bracteis lanceolatis calyce ter brevioribus, tubo corollæ extùs piloso. (T.) *v. v.*

7. B. *asperata*, scaberrima, foliis inferioribus lanceolato-oblongis paucidentatis: superioribus lineari-lanceolatis integerrimis, bracteis subtendentibus lanceolato-ovatis calyce duplò brevioribus, capsulis inclusis. (T.) *v. v.*

II. *Corollæ limbus bilabiatus, labio superiore breviore, semibifido v. retuso; inferiore 3-partito, subæquali.*

8. B. *curviflora*, scaberrima, foliis elongato-linearibus integerrimis patentibus, calycibus 5-striatis, labio superiore corollæ retuso: inferiore 3-partito ter breviore. (T.) *v. v.*

Obs. Buchnera asiatica differt præcipuè calyce 15-striato.

9. B. *parviflora*, scaberrima, foliis linearibus integerrimis strictis, calycibus 5-striatis, labio superiore corollæ integro: inferiore 3-fido vix duplò breviore. (T.) *v. v.*

CENTRANTHERA.

Calyx hinc fissus, laciniis 5 inde cohærentibus. *Corolla* infundibuliformis, limbo patenti, 5-lobo, inæquali. *Stamina* inclusa. *Antheræ* lobis basi calcaratis. *Stigma* lanceolatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, dissepimento contrario, placentifero, demum libero.

Herbæ *erectæ, hispidæ.* Folia *opposita, integra, angusta.* Spica *terminalis.* Flores *alterni, tribracteati, erectiusculi, purpurascentes.* Capsula *ovata, acutiuscula, valvis integris v. bipartitis.* Semina *minuta, testâ laxâ, reticulatâ.* Albumen *parcum.* Embryo *teres.* Calyx *demum bipartibilis.*

Obs. Affinis hinc Buchneræ et Euphrasiæ, inde Digitali? A Sesamo, cui aliquo modo propinqua, differt præcipuè capsulæ structurâ seminibusque albuminosis.

Stigma iterum examinandum: Species altera (?) ex Indiâ orientali.

C. *hispida.* (T.) B. *v. s.*

OURISIA. *Commers. Juss. p.* 100. *Gært. fil.*

Calyx 5-fidus, subæqualis. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5-fido, subæquali, obtuso. *Stamina* didynama. *Stigma* bilobum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis medio septiferis. *Semina* testâ laxâ arilliformi.

Herbæ

Herbæ *oppositifoliæ*, *repentes*. Pedunculi *terminales v. axillares*, *ebracteati*.

Obs. Planta Insulæ Diemen a Magellanicâ facie diversa, et calyce æquali profundiùsque diviso, necnon corollâ breviore, ideoque forsan generis distincti.

1. O. *integrifolia*, glabra, caule repenti, foliis subovatis integerrimis, pedunculo terminali subsolitario, calyce profundè 5-fido æquali. (D.) *v. v.*

MIMULUS. *L.*

Calyx prismaticus, 5-dentatus. *Corolla* personata, labio superiore bilobo, lateribus reflexis, inferiore trifido, laciniis subæqualibus. *Stamina* didynama: *Antherarum* lobis divaricatis. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* inclusa, bilocularis, bivalvis, valvis integris, medio septiferis.

Herbæ *oppositifoliæ*. Pedunculi *axillares*, *ebracteati*.

Obs. Plantæ sequentes Novæ Hollandiæ ab Americanis vix genere diversæ.

1. M. *gracilis*, glaberrima erecta, foliis lineari-oblongis oblongisve obtusis integris, pedunculis elongatis. (J. T.) *v. v.*

2. M. *repens*, glabra repens, ramis adscendentibus, foliis ovalibus obtusis, pedunculis calyce brevioribus. (J. D.) *v. v.*

MAZUS. *Lour. cochin.*

Calyx campanulatus, 5-fidus, æqualis. *Corolla* ringens, labio superiore bilobo, lateribus reflexis; inferiore trifido, lobis integris, basi bigibbosâ. *Stamina* didynama. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* inclusa, bilocularis, bivalvis, valvis integris, medio septiferis.

Herbæ *humiles*. Folia *ad radicem conferta*, *caulina dum ulla opposita*. Scapi *racemoso-multiflori vel uniflori*; *pedicellis alternis*, *basi v. medio unibracteatis*.

Obs. Ad hoc genus, quod affinitate proximum Mimulo, pertinere videtur Lindernia japonica *Thunb.* quæ forsan a Mazo rugoso *Lour.* haud diversa sit.

1. M. *pumilio*, corollæ labio superiore profundè bifido, scapis 1—4-floris calycibusque glabris. (D.) *v. v.*

α. Racemus 3-4-florus, pedunculis juxta apicem bracteolâ setaceâ.

β. Scapus uniflorus.

UVEDA-

UVEDALIA.

Calyx prismaticus, 5-dentatus. *Corolla* ringens; labio superiore bilobo; inferiore trifido, laciniâ intermediâ parùm dissimili, basi bigibbosâ. *Stamina* didynama: *Antherarum* lobis divaricatis. *Stigma* complanatum. *Capsula* inclusa, bilocularis, 4-valvis, dissepimento e valvularum marginibus inflexis tardiùs solubilibus, placentæ centrali insertis.

Herbæ *oppositifoliæ*. Pedunculi *axillares et terminales, uniflori, ebracteati*. Corolla *cærulea*.

Obs. Genus, quod nimis forsan affine Mimulo, dixi in memoriam .... Uvedale LL. D. a Plukenetio et Petiverio laudati, qui Hortum Botanicum prope Enfield instruxit exoticis præcipuè divitem.

1. U. *linearis*, foliis linearibus pedunculo aliquoties brevioribus. (T.) *v. v.*

TORENIA. *L.*

Calyx tubulosus, 5-dentatus, v. bilabiatus, labiis 2-3-dentatis. *Corolla* ringens, labio superiore bilobo, inferiore trifido. *Stamina* didynama: *Antheris* per paria cohærentibus, lobis oppositis: Filamentis longioribus dente laterali auctis. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis integris; dissepimento parallelo, libero.

Herbæ. Folia *opposita, dentata*. Pedunculi *axillares et terminales, ebracteati, fructiferi erecti*.

Obs. Genus cui etiam pertinent Capraria crustacea *L.* et Anthirrhinum hexandrum *Forst. prod.*, valde affine Vandelliæ et Linderniæ.

1. T. *scabra*, foliis lanceolato-ovatis serratis scabris, caule erecto pubescentulo, calyce 5-dentato æquali. (T.) *v. v.*

2. T. *flaccida*, foliis latè-ovatis obtusis crenatis cauleque glabris, pedunculis flore 3-4-plo longioribus. (T.) B. *v. s.*

LINDERNIA. *L.*

Calyx 5-partitus, æqualis. *Corolla* ringens, labio superiore retuso; inferiore 3-fido, basi bicarinatâ. *Stamina* didynama: *Antheris* per paria cohærentibus. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis integris; dissepimento parallelo, libero, placentifero.

Herbæ

Herbæ teneræ. Folia opposita. Pedunculi axillares et terminales, ebracteati, fructiferi deflexi, post dehiscentiam capsulæ arrecti.

Obs. Character ad species Novæ Hollandiæ formatus, Linderniæ pyxidariæ haud omninò conveniens. Lindernia dianthera, *Sw.* et *L.* japonica, *Thunb.* certè genere diversæ. Gratiola hyssopoides et rotundifolia differunt tantummodo filamentis duobus sterilibus.

1. L. *alsinoides*, foliis ovatis integris et paucidentatis: caulinis distantibus; floralibus minutis, tubo corollæ calyce parùm longiore, caule erecto. (T.) *v. v.*

2. L. *scapigera*, foliis latè-ovatis subintegris: infimis confertis; caulinis paucissimis minoribus; floralibus minutis, tubo corollæ calyce duplo longiore. (T.) *v. v.*

3. L. *subulata*, foliis lineari-subulatis integris. (T.) B. *v. s.*

MORGANIA.

Calyx 5-partitus, æqualis. *Corolla* ringens; labio superiore bilobo; inferiore trifido, lobis subæqualibus, obcordatis. *Stamina* didynama, inclusa: *Antherarum* lobis divaricatis, muticis. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis bipartitis; dissepimento ex inflexis marginibus valvularum.

Herbæ *oppositifoliæ*. Caulis *erectus*, *4-gonus*. Folia *linearia*. Pedunculi *axillares*, *uniflori*, *apice bibracteati*. Flores *cærulei*.

Obs. Herpestidi proximum genus, diversum calyce æquali et corollâ magis inæquali.

Dixi in memoriam Hugonis Morgan Pharmacopœi Londinensis, cujus Hortus Botanicus a Lobelio et Gerardo sæpè laudatus est.

1. M. *glabra*, glabra, foliis linearibus integris v. paucidentatis, pedunculis floridis calyces subæquantibus. (T.) *v. v.*

2. M. *pubescens*, pubescens, foliis lanceolato-linearibus dentatis, pedunculis floridis calyce brevioribus. (T.) *v. v.*

Obs. Præcedenti quam maximè affinis, vix tamen varietas.

HERPESTIS. *Gært. carp.* 3. *p.* 187. *t.* 214.

Monieria. *Browne. Michaux. Gært. carp.* 3. *p.* 187. *t.* 214.

Calyx 5-partitus, inæqualis, foliolis duobus interioribus minoribus,

ribus, obtectis. *Corolla* tubulosa, subbilabiata. *Stamina* didynama, inclusa: *Antherarum* lobis divaricatis. *Stigma* emarginatum. *Capsula* calyce (ut plurimùm aucto) inclusa, bilocularis, bivalvis, valvis bipartitis; dissepimento parallelo, libero; placentis adnatis.

Herbæ *oppositifoliæ*. Flores *axillares, pedunculis bibracteatis*.

Obs. Hujus loci esse videtur Lindernia dianthera *Sw.*, caret autem bracteis, quæ in Herpestidis *Gært.* icone etiam desunt.

1. H. *floribunda*, glabra erecta, foliis lineari-lanceolatis, calycibus fructiferis reticulatis subcordatis, pedunculis sub apice bibracteatis. (T.) *v. v.*

LIMNOPHILA.

Calyx tubulosus, 5-fidus, æqualis. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5-fido, subæquali. *Stamina* didynama, inclusa: *Antheræ* per paria cohærentes. *Stigma* dilatatum, obliquum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, valvis bipartitis, dissepimento marginibus tardiùs dehiscentibus valvularum inserto.

Herbæ *oppositifoliæ, paludosæ*. Folia *profundè incisa, sæpè 3-partita, et hinc quasi verticillata*. Pedunculi *axillares, apice bibracteati*.

L. *gratioloides*. (T.) *v. v.*
Hottonia indica. *L.*

Obs. Plures forsan species sub hoc nomine confusæ sunt, in recenti statu tantummodo extricandæ.

ADENOSMA.

Calyx 5-partitus, laciniâ supremâ majore. *Corolla* ringens, labio superiore indiviso, inferiore trilobo, æquali. *Stamina* didynama: *Antheris* approximatis. *Stigma* dilatatum. *Capsula* ovata, rostrata, bipartibilis: *Placentæ* suturis adnatæ.

Herba *annua, pubescens, glandulis conspersa, odore* Menthæ, *siccata nigricans*. Spica *foliata, v. flores axillares*. Calyx *bibracteatus, pilis articulatis hirsutus*. Corolla *cærulea*.

Obs. Huic genus proximum constituunt Ruellia uliginosa et

balsamea:

balsamea: utrumque Acanthaceis finitimum, sed præcipuè Adenosma ob capsulam rostratam.

A. *cærulea.* (T.) B. *v. s.*

LIMOSELLA. *L.*

Calyx 5-fidus, æqualis. *Corolla* breviter campanulata, 5-fida, æqualis. *Stamina* didynama, v. subæqualia, quandoque 2. *Stigma* capitatum. *Capsula* semibilocularis, bivalvis, valvis integris, septo parallelo, incompleto.

Herbæ *pusillæ, paludosæ, repentes.* Folia *fasciculata, petiolis basi dilatatis semivaginantibus.* Scapi *uniflori, ebracteati.*

Obs. In serie naturali Pinguiculæ accedit.

1. L. *australis,* foliis spathulato-linearibus scapo longioribus, floribus didynamis, rarò diandris. (D. M.) *v. v.*

Obs. Species hujus generis iterum scrutandæ.

SCOPARIA. *L.*

Calyx 4-partitus, æqualis. *Corolla* rotata, 4-partita, regularis. *Stamina* æqualia. *Stigma* obtusum. *Capsula* subglobosa, bilocularis, bivalvis, dissepimento e marginibus inflexis valvularum, inserto placentæ magnæ centrali.

Suffrutex. Folia *terna, passim apposita.* Pedunculi *axillares, uniflori.*

Obs. Ab ordine facie et structurâ aliquantulum discedit.

S. *dulcis.* *L.* (T.) *v. v.*

Obs. Unica species generis?

SOLANEÆ. *Juss.*

Calyx 5-divisus, (rarò 4-divisus,) persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, limbo 5-fido, (rarò 4-fido,) regulari v. parùm inæquali, decidua; æstivatione in veris plicatâ, in spuriis imbricatâ.

 Stamina

Stamina epipetala, tot quot laciniæ limbi, iisdemque alterna, unico nunc abortiente.

Ovarium 1, 2—4-loculare, polyspermum. *Stylus* 1. *Stigma* obtusum, rarò lobatum.

Pericarpium 2—4-loculare, v. capsula, dissepimento parallelo et duplicato; v. bacca placentis dissepimento adnatis.

Semina numerosa, sessilia. *Albumen* carnosum.

Embryo inclusus, plùs minùs arcuatus, sæpè excentricus: Radiculâ umbilicum spectante.

Herbæ v. *Frutices*. *Folia* alterna, indivisa v. lobata; floralia quandoque bina juxta posita. *Inflorescentia* varia, sæpè extraalaris, pedicellis ebracteatis.

Obs. A Scrophularinis distinguuntur præcipuè embryone arcuato v. spirali et corollæ æstivatione plicatâ, floribusque sæpissimè regularibus isostemonibus. Hinc genera corollâ non plicatâ et simul embryone recto, vel excludenda, vel cum iis corollâ imbricatâ, embryone leviter arcuato, staminibusque didynamis in propriâ sectione disponenda, futuri ordinis initia.

Sect. I. Corolla limbo sæpiùs plicato. Stamina numero laciniarum. Embryo valdè curvatus. Solaneæ veræ.

A. Pericarpium baccatum.

SOLANUM. *L.*

Calyx 5—4-fidus. *Corolla* rotata, rarò campanulata, 5—4-fida. *Antheræ* conniventes, apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* subglobosa, 2- (rarò 4-) locularis.

Herbæ v. Frutices *inermes v. aculeati*. Folia *indivisa v. lobata, nunc impari-pinnata*. Inflorescentia *varia, sæpiùs extraalaris*.

I. *Inermia.*

1. S. *verbascifolium*, fruticosum, foliis ovato-oblongis acuminatis integerrimis tomentosis: paginis discoloribus; axillis aphyllis, corymbis subterminalibus dichotomis pedunculatis, calycibus semiquinquefidis. (T.) *v. v.*
Solanum verbascifolium. *L.*

2. S. *te*-

2. S. *tetrandrum*, suffruticosum erectum, foliis subgeminis oblongo-ovatis integris membranaceis pube rarâ conspersis, racemis lateralibus corymbosis simplicibus, floribus quadrifidis. (T.) *v. v.*

3. S. *viride*, suffruticosum, foliis ovato-oblongis acutis integris planis membranaceis glabris, racemis lateralibus corymbosis simplicibus v. bipartitis, floribus 5-fidis, calycibus semiquinquefidis. (T.) *v. v.*

4. S. *laciniatum*, fruticosum v. subherbaceum glabrum, foliis pinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis terminali elongatâ: v. integris lineari-lanceolatis elongatis, racemis lateralibus corymbosis simplicibus v. bipartitis, calycibus semiquinquefidis, corollæ laciniis emarginatis, baccis ovalibus.
α. Fruticosum, foliis pinnatifidis. (J. D.) *v. v.*
Solanum laciniatum. *Hort. kew.* 1. *p.* 247.
β. Fruticosum, foliis indivisis. (J.) *v. v.*
γ. Herbaceum, foliis pinnatifidis. (J. D.) *v. v.*

5. S. *nigrum*, herbaceum, foliis subovatis sinuato-angulatis acutis membranaceis, corymbis lateralibus subumbellatis. (J. T.) *v. v.*
Solanum nigrum ε. *L.*

6. S. *biflorum*, subinerme, caule aculeis paucissimis acerosis v. nullis, foliis oblongo-ovatis integris tomentosis inermibus, pedunculis lateralibus bifloris geminisve, calycibus 5-fidis acuminatis. (T.) *v. v.*

II. *Aculeata.*

7. S. *discolor*, caule fruticoso: aculeis setaceis rectis, foliis ellipticis subrepandis: suprà glabris; subtùs tomentosis cinereis calycibusque inermibus, racemis lateralibus multifloris indivisis. (T.) *v. v.*

8. S. *stelligerum*, caule fruticoso: aculeis raris acerosis rectiusculis, foliis integris subinermibus: suprà glabris lævibus; subtùs tomentosis cinereis, corymbis lateralibus subumbellatis simplicibus subsessilibus, calycibus inermibus.
α. Aculei caulini leviter curvati. (J.) *v. v.*
Solanum stelligerum. *Smith exot. bot*, 2. *p.* 57. *t.* 88.
β. Aculei caulini recti. (T.) *v. v.*

9. S. *violaceum*, caule fruticoso: aculeis rectis subacerosis, foliis integris repandisve longo-lanceolatis subinermibus: suprà scabriusculis; subtùs tomentosis cinereis, corymbis lateralibus

lateralibus subumbellatis breviter pedunculatis simplicibus, corollis calyce inermi triplo longioribus. (J.) *v. v.*

10. S. *furfuraceum*, caule fruticoso: aculeis acerosis, foliis angusto-lanceolatis integerrimis: suprà parcè aculeatis inermibusve glabris lævibus; subtùs tomentosis cinereis, umbellis lateralibus 2—4-floris sessilibus, calycibus inermibus. (T.) *v. v.*

11. S. *parvifolium*, caule fruticoso: aculeis acerosis, foliis angusto-lanceolatis integerrimis planis: suprà glabris parcè aculeatis; subtùs tomentosis, calycibusque inermibus, umbellis lateralibus 2—4-floris sessilibus. (T.) *v. v.*

12. S. *ellipticum*, caule fruticoso: aculeis rectis basi tomentosis, foliis oblongo-ovalibus obtusis integris utrinque tomentosis calycibusque aculeatis, pedunculis subtrifloris. (T.) *v. v.*

13. S. *sodomeum*, caule suffruticoso diffuso: aculeis rectis basi dilatatis, foliis oblongis sinuato-pinnatifidis: lobis obtusis angulatis sinuatisve; suprà glabris subtùs pilosiusculis utrinque calycibusque aculeatis, pedunculis paucifloris. (J.) *v. v.*

Solanum sodomeum. *L.*

Obs. E Brasiliâ v. Prom. B. Spei forsan introductum.

14. S. *armatum*, caule herbaceo diffuso: aculeis confertis rectis setaceo-subulatis, foliis oblongis sinuato-pinnatifidis: lobis angulatis sinuatisve utrinque glabris calycibusque aculeatis, racemis 2—5-floris pedunculisve solitariis. (J.) *v. v.*

15. S. *Hystrix*, caule herbaceo diffuso: aculeis confertissimis subulatis rectis, foliis oblongis pinnatifido-sinuatis glabris calycibusque aculeatissimis, corollâ armatâ! (M.) *v. v.*

16. S. *cinereum*, caule herbaceo: aculeis rectis subulato-setaceis, foliis oblongis pinnatifido-sinuatis: suprà glabris lævibus; subtùs tomentosis cinereis; utrinque calycibusque aculeatis, pedunculis 2-3-floris. (J.) *v. v.*

17. S. *pungetium*, caule herbaceo: aculeis rectis acerosis, foliis ovato-oblongis pinnatifido- v. repando-sinuatis membranaceis utrinque pilosis concoloribus calycibusque aculeatis, pedunculis lateralibus solitariis geminisve unifloris. (J.) *v. v.*

18. S. *campanulatum*, caule herbaceo: aculeis confertissimis rectis subulatis, foliis ovatis angulato-lobatis utrinque hirsutis calycibusque aculeatissimis, racemis simplicibus armatis, corollis campanulatis. (J.) *v. v.*

19. S. echinat-

19. S. *echinatum*, caule erecto: aculeis setaceis rectis acerosis, foliis ovato-oblongis integris inermibus utrinque tomentosis, racemis oppositifoliis simplicibus, baccâ subquadriloculari calyce echinato inclusâ. (T.) *v. v.*

OBS. A plerisque Solanis duplici characteri recedit.

PHYSALIS. *L.*

Calyx 5-dentatus. *Corolla* campanulato-rotata, plicata, 5-loba. *Antheræ* conniventes, longitudinaliter dehiscentes. *Stigma* capitatum. *Bacca* calyce inflato, angulato, membranaceo, inermi tecta, bilocularis.

Herbæ v. Suffrutices, *inermes*. Folia *indivisa v. lobata*. Flores *extraalares, solitarii v. conferti.*

1. P. *pubescens*, herbacea pubescens, caule angulato, foliis geminis cordatis subintegris mollibus, calycis dentibus acuminatis, corollæ limbo basi intùs 5-maculato. (J.) *v. v.*

Physalis pubescens L. (secundum exemplar in illius Herbario, sed planta Herbarii Cliffortiani diversa, hæc tamen primaria auctoritas hujusce speciei, quoniam anno 1753 in Linnæi Herbario defuit.)

Physalis peruviana *L.* secundum descriptionem in Sp. Pl.

Physalis pubescens. *Flor. peruv.* 2. *p.* 41.

Physalis edulis. *Sims bot. mag.* 1068.

OBS. Planta e Brasiliâ v. Prom. B. Spei introducta, nunc in Coloniâ Novæ Cambriæ Australis ubique obvia.

2. P. *parviflora*, annua tenuissimè pubescens, caule angulato diffuso, ramis flexuosis, foliis ovatis integris, calycis dentibus acutis, antheris flavis, seminibus punctatis. (T.) *v. v.*

Sect. I. B. Corolla plicata. Pericarpium capsulare.

NICOTIANA. *L.*

Calyx tubulosus, 5-fidus. *Corolla* infundibuliformis v. hypocrateriformis, limbo 5-fido. *Stigma* capitatum. *Capsula* bilocularis, apice 4-fariam dehiscens.

Herbæ v. Suffrutices. Flores *terminales, racemosi.*

1. N. *undulata*, corollis hypocrateriformibus; limbo obtusissimo, filamentis 4 longioribus adnatis, foliis pubescentibus mollibus: radicalibus subspathulatis; caulinis acuminatis. (J. M.) *v. v.*

Nicotiana undulata. *Vent. Malm.* 10. *Sims bot. mag.* 673.

Sect.

Sect. II. Corolla non plicata, regularis. Stamina didynama. Embryo leviter arcuatus. Pericarpium capsulare v. baccatum.

ANTHOCERCIS. *Labill.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* campanulata, tubo basi coarctatâ, staminiferâ; limbo 5-partito, æquali. *Stamina* inclusa, didynama, cum rudimento 5ti. *Stigma* capitato-emarginatum. *Capsula* 2-loc., 2-valv., valvarum marginibus inflexis, placentæ parallelæ insertis. *Semina* reticulata.
Frutices *glabriusculi.* Folia *alterna; petiolo basive attenuatâ cum ramo articulata, crassa, nunc glanduloso-punctata.* Flores *axillares, subsolitarii, pedunculo minutè bracteato, ad articulum sæpiùs solubili.* Corolla *alba v. flava, speciosa, tubo intùs striato, limbo quandoque* 6—8-*partito.*

1. A. *littorea,* foliis obovatis impunctatis margine lævibus utrinque ramulisque glaberrimis, corollæ laciniis tubo longioribus, capsulâ oblongâ calycem bis superante. (M.) *v. v.*
Anthocercis littorea. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 19. *t.* 158.

2. A. *viscosa,* foliis obovatis glanduloso-punctatis margine scabriusculis: novellis ramulisque tenuissimè pubescentibus, capsulâ ovatâ calycem subæquante. (M.) *v. v.*

DUBOISIA.

Calyx bilabiatus, brevis. *Corolla* infundibuliformi-campanulata, limbo 5-partito, subæquali. *Stamina* imæ corollæ inserta, inclusa, didynama, rudimento 5ti. *Stigma* capitato-emarginatum. *Bacca* bilocularis, polysperma. *Semina* subreniformia.
Arbuscula *glabra, facie* Myopori. Folia *alterna, cum ramulo articulata, integra.* Paniculæ *axillares, ad divisuras bracteis caducis.* Flores *albi,* (Myopori,) *tubo intùs striato.* Bacca *parva, ovalis, nigra.*

D. *Myoporoides.* (J.) *v. v.*

Solaneis Scrophularineisque affine.

DIPLANTHERA. *Banks et Soland.*

Calyx 3-fidus, laciniâ posticâ integrâ; lateralibus bifidis. *Corolla* bilabiata, fauce compressâ; labio superiore obcordato;

to; inferiore 3-partito, lobis subrotundis. *Stamina* 4, imæ corollæ inserta, exserta, subæqualia, adscendentia. *Antheræ* loculis distinctis, divergentibus, æstivatione juxta latera filamentorum reflexis. *Ovarium* biloculare, polyspermum; *placentis* 2, adnatis, in singulo loculo. *Stylus* situ staminum. *Stigma* bilamellatum. *Pericarpium* - - - - - -

Arbor *mediocris, comâ irregulari, diffusâ.* Rami *teretes, tomentosi.* Folia *quaterna, petiolata, magna, integra, basi supernè biglandulosa.* Thyrsi *terminales, subrotundi, depressi:* Pedunculis *partialibus verticillatis:* Pedicellis *trichotomis.* Flores *speciosi.* Calyx *semicoloratus.* Corolla *flava.*

Obs. Pericarpio ignoto ordinatio incerta, habitus enim peculiaris. An Besleriis v. Sesameis affinis? an Halleriæ propiùs accedens?

D. *tetraphylla.* (T.) B. *v. s.*

GENTIANEÆ. *Juss.*

Calyx monophyllus, divisus, persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, sæpissimè regularis, marcescens, v. decidua; limbo partito, æquali, lobis numero laciniarum calycis, sæpiùs 5, nunc 4—8, æstivatione imbricatis.

Stamina epipetala, tot quot corollæ laciniæ iisdemque alternantia, aliqua rarò abortientia.

Ovarium 1, 1-2-loculare, polyspermum. *Stylus* 1 v. 2, ex parte v. omninò connati. *Stigma* 1-2.

Capsula (nunc *Bacca*) polysperma, 1-2-locularis, sæpè bivalvis, valvularum marginibus introflexis, et in

 unilocularibus

uniloculaЯibus seminiferis; in bilocularibus placentæ centrali insertis.

Semina parva; *Embryone* recto, in axi *Albuminis* carnosi, mollis, incluso: *Radiculâ* umbilicum spectante.

Herbæ (rarò *Frutices*), sæpiùs glabræ, oppositifoliæ. *Folia* integra, exstipulata. *Flores* terminales, v. axillares.

Obs. Ordo habitu faciliùs quàm charactere distinguendus, hinc Polemoniaceis Scrophularinisque proximus, ab his floribus regularibus isostemonibus, ab illis dehiscentiâ capsularum seminumque placentatione diversus: inde Apocineis nonnullis affinis.

Ex ordine depellanda Ophiorrhiza Mungos, quæ planta verè Rubiacea, capsulâ semibiferâ, Oldenlandiæ proxima; retinenda tamen Mitreola, proprium genus constituens.

Ad calcem ordinis adjeci Menyanthes, foliis alternis, compositis v. sæpè dentatis distinctas.

Anopteri agmen claudentis dubia affinitas, fructificatione haud multum, at habitu toto cœlo a Gentianeis distantis.

In Swertiâ perenni *L.* embryonem in regione umbilici, contra assertionem b. Gærtneri, observavi.

Sect. I. Capsula unilocularis, nunc semibilocularis.

GENTIANA. *Borckh. in Roem. archiv.* 1. *p.* 28.

Hippion. *Schmid. bohem.* Gentianæ species. *L.*

Calyx 4-5-fidus. *Corolla* infundibuliformis aut hypocrateriformis, 4-5-fida, fauce nudâ. *Stigma* bilobum. *Semina* immarginata.

1. G. *montana*, corollis 5-fidis campanulato-infundibuliformibus, floribus pedunculatis subcorymbosis solitariisve, foliis caulinis remotis sessilibus ellipticis ovatisve: infimis approximatis basi attenuatis. (D.) *v. v.*

Gentiana montana. *Forst. prod. n.* 138. (auctoritate specim. in Nova Zelandia lect. et a Forstero nominati.)

Obs. Planta Novâ Zelandiâ folia habet caulina latiora ovata, alioqui vix diversa.

ORTHO-

ORTHOSTEMON.

Calyx tubulosus, 4-dentatus. *Corolla* limbo brevi, 4-partito, fauce nudâ, marcescens. *Stamina* æqualia, exserta: *Antheris* longitudinaliter dehiscentibus, apice muticis, defloratis strictis. *Stigmata* 2, subrotunda.
Herbæ *flaccidæ*. Folia *latiuscula*. Flores *terminales*.

Obs. Genus medium inter Canscoram *Lam.* (quæ Centaurium *Borckh.* l. c.) et Erythræam, ab illâ limbo corollæ staminibusque æqualibus, ab hâc antheris rectis et floribus 4-fidis diversum; an genera rectè separata? an potiùs omnia conjungenda?

1. O. *erectum*, caule erecto, foliis latè ovatis trinerviis? inferioribus petiolatis, pedunculis subcorymbosis, calycis dentibus tubum corollæ vix superantibus. (T.) B. *v. s.*
Obs. Facies Exaci diffusi *Vahl.*, quod secundum auctoris descriptionem Canscoræ species.

ERYTHRÆA. *Renealm. sp.* 77. *t.* 76. *Borckh. l. c. Richard in Pers. syn.* 1. *p.* 283. char. reform.

Calyx 5-fidus. *Corolla* infundibuliformis, limbo brevi, marcescens. *Antheræ* defloratæ spirales. *Stylus* erectus. *Stigmata* 2, subrotunda. *Capsula* linearis.

Obs. Chironia (cujus *legitimæ* species C. jasminoides, lychnoides, nudicaulis, linoides, tetragona; *dubiæ* C. baccifera et frutescens,) diversa est, Calycis figurâ, Corollæ limbo tubum superante, Stylo declinato, Pericarpii placentis collo coarctato.

1. E. *australis*, floribus subsecundis subsessilibus, bracteis superioribus calyce brevioribus, foliis ovali-oblongis obtusis trinervibus. (J. M. T. D.) *v. v.*
Obs. Proxima E. *spicatæ*.

Sect. II. Capsula bilocularis.

SEBÆA. *Soland. mss.*

Exaci species. *L.*

Calyx 4-5-partitus, foliolis carinatis alatisve. *Corolla* 4-5-fida, marcescens. *Stamina* exserta: *Antheris* longitudinaliter

 dehis-

dehiscentibus, defloratis apice calloso recurvis. *Stigmata* 2. *Capsula* valvis margine inflexis, *Placentæ* centrali, demum liberæ insertis.

Obs. Huc pertinent Exacum albens, aureum, cordatum, *Linn. suppl.* aliaque inedita Africæ australis.

Exacum (cujus genuinæ species sunt Ex. sessile et pedunculatum *L.* forsan E. punctatum *Linn. suppl.* aliaque inedita Indiæ orientalis,) distinguitur, Calyce minus-profundè diviso: Antheris apice ecallosis, poro v. rimâ brevi dehiscentibus, defloratis strictis: Stylo declinato: Stigmate indiviso: Capsulæ placentâ utriusque loculi medio septo adnatâ, demum liberâ.

1. S. *ovata*, floribus quinquefidis, calycis carinis simplicibus, foliis ovatis nervosis. (J. D.) *v. v.*
Exacum ovatum. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 38. *t.* 52.

MITRASACME. *Labill.*

(Meliùs Mitragyne.)

Calyx angulatus, 4-(raro 2-) fidus. *Corolla* tubo angulato; limbo 4-partito, æquali; decidua. *Stamina* æqualia, inclusa, (rarò exserta). *Antheræ* posticæ. *Stylus* basi bifidus. *Capsula* inter divisuras styli dehiscens.

Herbæ *glabræ v. pilosæ.* Folia *opposita, nunc confertissima radicalia, caulina nulla; nunc connata.* Flores *terminales umbellati, rariùs axillares solitarii.* Capsula *apice dehiscens, nec aperta.*

Obs. A Gentianeis legitimis parùm diversa, propiùs tamen Exaco quam Scrophularinis accedit.

I. *Calyx 4-fidus. Stamina inclusa, medio tubo inserta; Stylus ad anthesin basi bifidâ; Stigma bilobum.* Mitrasacmæ veræ.

1. M. *polymorpha,* umbellâ semicompositâ, pedunculo elongato calycibusque glabris: laciniis apice imberbibus, foliis linearibus subciliatis subtùs glabris pilosisve, caule erecto hirsuto. (J.) *v. v.*

2. M. *squarrosa,* umbellâ semicompositâ, pedunculo glabro mediocri, calycis laciniis apice imberbibus, foliis lato-linearibus confertis apicibus recurvis basi ciliatis margine cartilagineis, caule multiplici piloso. (J.) *v. v.*

3. M. *cinerascens,* umbellâ simplici 3-4-florâ, pedunculo glabro,

bro, calycis laciniis apice imberbibus, foliis lineari-lanceolatis mucronulo setaceo ciliatis glabris, ramis adscendentibus pilosis: internodio ultimo longiore glabriusculo. (J.) *v. v.*

4.* M. *canescens*, umbellâ sub triflorâ sessili: pedicellis glabris, calycis laciniis apice barbatis, foliis linearibus obtusis utrinque hirsutis, caule procumbente, ramis adscendentibus: internodiis omnibus pilosis, radice perenni. (J.) *v. v.*

5. M. *multicaulis*, pedunculis 2—4 unifloris ex ultimis alis caule brevioribus pilosis, corollæ tubo calycem totum pilosum subæquante limbum duplò superante, capsulis ovatis, foliis linearibus pilosis, caule multiplici: partialibus indivisis erectis hirsutis. (T.) *v. v.*

6. M. *ramosa*, umbellâ terminali 4—6-florâ: pedicellis pilosis, corollæ tubo calycem pilosum æquante, foliis linearibus pilosis, caule basi simplici suprà subramoso. (T.) B. *v. s.*

7. M. *laricifolia*, pedunculis axillaribus unifloris caule simplici longioribus pubescentibus, corollæ tubo calycem bis limbum ter superante, capsulis globosis, foliis subulato-linearibus setaceo-mucronatis glabris: marginibus recurvis basi ciliatis. (T.) B. *v. s.*

8. M. *prolifera*, umbellâ terminali 2-3-florâ pedunculisve totidem axillaribus, corollæ tubo globoso limbum superante: fauce barbatâ, capsulis globosis, foliis lineari-lanceolatis glabris, caule ramoso humili. (T.) *v. v.*

9. M. *alsinoides*, pedunculis solitariis lateralibus, foliis ovato-lanceolatis glabris, caule dichotomo erecto. (J.) D. Bauer. *v. s.*

10. M. *paludosa*, umbellâ 2-3-florâ subterminali, corollis subrotatis, antheris apice exsertis, foliis lanceolato-linearibus glabris, ramis adscendentibus. (J.) *v. v.*

11. M. *pygmæa*, scapis radicalibus capillaribus, umbellis simplicibus compositisve, corollâ calycem setaceo-mucronatum sesquilongiore, capsulis ovatis apice exsertis, foliis radicalibus ovali-oblongis. (T.) *v. v.*

12. M. *elata*, scapis radicalibus elongatis: foliolis stipuliformibus remotis, umbellis simplicibus compositisve, corollâ hypocrateriformi: tubo calycem ter superante, foliis radicalibus stellatis oblongis. (T.) *v. v.*

13. M. *stellata*, scapis glabris caule pubescenti longioribus, umbellis compositis, corollæ limbo tubo dimidio breviore: laciniis semiovatis, foliis lanceolato-linearibus acutis glabris uninervibus: summis approximatis stellatis. (T.) B. *v. s.*

14. M. *serpyllifolia*, repens glabriuscula, ramis diffusis adscendentibusve, foliis ovatis petiolatis ciliatis pedunculis axillaribus solitariis duplò longioribus, calycibus glabris, stigmate subindiviso. (J.) *v. v.*

15. M. *pilosa*, repens pilosa, foliis ovatis petiolatis ciliatis pedunculis axillaribus solitariis sesquilongioribus, calycibus hispidis. (D.) *v. s.*
Mitrasacme pilosa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 36. *t.* 49.

16. M. *phascoides*, acaulis, floribus 3-4 sessilibus, foliis lineari-lanceolatis pilosis. (T.) B. *v. s.*

II. *Calyx bifidus.* (reliqua ut in Sect. I.)

17. M. *paradoxa*, umbellâ terminali, foliis lineari-lanceolatis, caule erecto, capsulâ inclusâ. (M.) *v. v.*

III. *Stylus ad anthesin basi indivisâ. Stigma integrum.* (reliqua ut in Sect. I.)

18. M. *connata*, scapo terminali glabro caule piloso longiore, umbellis simplicibus, corollæ limbo tubum subæquante; laciniis lineari-lanceolatis, calycis laciniis tubo dimidio brevioribus, foliis lanceolato-linearibus trinervibus: summis stellato-approximatis. (T.) *v. v.*

IV. *Calyx plicatus, lobis concavis. Stamina exserta, fauci inserta. Capsula demum semibivalvis.*

19. M. *ambigua*, scapis radicalibus capillaribus nudis, umbellâ subcompositâ, foliis oblongo-lanceolatis. (T.) B. *v. s.*

Sect. III. Capsula bipartibilis.

LOGANIA.

Euosma. *And. repos.* 520.

Calyx 5-partitus. *Corolla* subcampanulata, fauce villosiusculâ, limbo 5-partito. *Stamina* 5, limbo breviora. *Stylus* 1, diu persistens. *Stigma* clavato-capitatum. *Capsula* bipartibilis.

bilis. *Placenta* utrinsque segmenti suturæ ventrali adnata, demum libera, polysperma. *Semina* peltata.

Frutices v. Herbæ. Folia *integerrima, sæpiùs stipulata, stipulis in vaginulam intrapetiolarem connatis, v. distinctis interpetiolaribus lateralibusve; nunc exstipulata.* Flores *terminales v. axillares, opposito-corymbosi v. racemosi, nunc solitarii.* Corolla *alba, quandoque venosa.* Albumen *carnosum.*

Obs. Ad calcem Gentianearum posui, propter affinitatem quamdam cum Mitrasacme et Exaco, necnon quia characteri artificiali ordinis haud malè respondet; arctiorem nexum tamen cum Apocineis et Rubiacearum Usteria habere videtur.

Proximum genus est Geniostoma *Forst.* quod habitu, vaginulâ stipulari et floribus penitus convenit, distinguitur Capsulæ valvis integris, marginibus inflexis angustis insertis placentis duabus invicem cohærentibus et post valvularum dehiscentiam persistentibus: an huic affinis Anasser *Juss. gen.* 150? non autem *Rumphii* vol. 7. t. 7, quæ Pittospori species: an denique Logania cum Geniostomate, Anasser, Fagræâ et Usteriâ in proprio ordine, inter Apocineas et Rubiaceas medio, segreganda?

Obs. II. In memoriam Jacobi Logan, auctoris experimentorum de plantarum generatione; Loghania *Scop.* est Ruyschia *Jacq.*

Nomen citatum Andreusii rejeci, quia genericum (Euosma) unicâ v. duplici specie tantùm, et specificum (albiflora) toto genere, convenit.

I. *Fruticosæ. Calyx obtusus. Stamina medio tubo inserta, inclusa.*

A. *Vaginula intrapetiolaris.* Loganiæ veræ.

1. L. *crassifolia*, foliis ovatis v. subrotundis mucronatis crassocoriaceis, floribus corymbosis, ramis scabris, caule diffuso. (M.) *v. v.*

2. L. *latifolia*, foliis obovatis utrinque acutiusculis, floribus corymbosis, ramulis lævibus, caule erecto. (M.) *v. v.*
Exacum vaginale. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 37. *t.* 51.

3. L. *ovata*, foliis ovatis subsessilibus basi obtusâ, floribus corymbosis, ramulis lævibus, caule erecto. (M.) *v. v.*

4. L. *elliptica*, foliis ovato-ellipticis utrinque acutiusculis subsessilibus unciâ brevioribus, floribus corymbosis, ramulis lævibus, caule erecto. (M.) *v. v.*

5. L. *longi-*

5. L. *longifolia*, foliis lanceolatis acutis planis (1-2½ uncias longis), vaginâ intrapetiolari truncatâ, corymbis trichotomis: pedicellis glabris. (M.) *v. v.*

I. B. *Stipulæ setaceæ laterales distinctæ, v. nullæ.* Euosma. *And. repos.*

6. L. *floribunda*, foliis lanceolatis utrinque attenuatis lævibus, stipulis lateralibus setaceis, racemis axillaribus compositis folio brevioribus: pedicellis pubescentibus. (J.) *v. v.*
Euosma albiflora. *And. repos.* 520.

7. L. *revoluta*, foliis linearibus margine recurvis: suprà scabriusculis, racemis axillaribus simplicibus folio brevioribus: pedicellis pubescentibus, caule erecto. (J.) *v. v.*

8. L. *fasciculata*, foliis spathulato-linearibus obtusis planis lævibus, corymbo terminali paucifloro, ramulis scabriusculis, caule diffuso. (M.) *v. v.*

II. *Herbaceæ v. Suffruticosæ. Calyx acutus. Stamina fauci inserta, semiexserta.* STOMANDRA.

9. L. *serpyllifolia*, suffruticosa, foliis ovatis, stipulis interpetiolaribus calycibusque ciliatis, floribus terminalibus subcorymbosis. (M.) *v. v.*

10. L. *pusilla*, herbacea, foliis ellipticis, stipulis interpetiolaribus triangularibus, floribus axillaribus solitariis. (J.) *v. v.*

11. L. *campanulata*, herbacea, foliis linearibus exstipulatis, floribus terminalibus, pedunculis calycibusque pubescentibus. (M.) *v. v.*

GENERA GENTIANEIS AFFINIA. FOLIIS PLERUMQUE ALTERNIS, SÆPE DENTATIS DIVISISVE.

VILLARSIA. *Vent.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* subrotata, limbo patenti, 5-partito, laciniis disco plano, basi barbato v. squamulato. marginibus adscendentibus æstivatione inflexis. *Stamina* 5, laciniis alterna. *Stylus* 1. *Stigma* bilobum, lobis dentatis. *Glandulæ* 5 hypogynæ, staminibus alternæ. *Capsula* polysperma, unilocularis, bivalvis (in aquaticis evalvis), valvularum axibus seminiferis. *Folia* simplicia.

Herbæ *natantes v. paludosæ.* Folia *alterna, rarò opposita, petiolis basi dilatatis, semivaginantibus, integra v. dentata,* *subtùs*

subtùs in plerisque punctata. Flores *v. subumbellati axillares, nunc petiolis insidentes, v. paniculati terminales.* Corolla *sæpiùs flava, laciniarum marginibus fimbriatis v. integris.*

Obs. Menyanthes ab hâc differt, præcipuè laciniis corollæ disco longitudinaliter barbatis, margine simplicibus, foliisque ternatis.

Obs. Ordinatio utriusque generis difficilis; affinitas certè quædam cum Gentianeis, seminibus præsertim parietalibus, eorumque intimâ structurâ; in Gentianâ luteâ porro cotyledones semidiscretæ ut in Menyanthi; denique squamulæ faucis in Villarsiâ iisdem Swertiæ analogæ; vix tamen in eodem ordine conjungenda, propter folia alterna et sæpiùs dentata v. divisa. In Gentianeis veris enim ut in Apocineis et Rubiaceis omnibus folia semper integerrima! et Apocinearum paucis exceptis opposita seu verticillata.

I. *Capsula evalvis.* Aquaticæ.

1. V. *geminata,* repens, foliis altè cordatis integris, racemis oppositifoliis: pedicellis geminatis, capsulâ calycem æquante, seminibus margine nudis.

α. Folia subcoriacea subtùs sæpiùs discolora diametro 1-2-unciali. (J.) *v. v.*

β. Folia membranacea paginis concoloribus diametro 6—10-lineari. (T.) *v. v.* Forsan distincta, quandoque acaulis.

II. *Capsula valvata.* Paludosæ.

2. V. *reniformis,* foliis radicalibus reniformibus integris, caule elongato nudiusculo, floribus paniculatis. (J. D.) *v. s.*

Obs. Sequenti nimis affinis.

3. V. *parnassiifolia,* foliis radicalibus ovato-cordatis repando-dentatis, caule elongato nudiusculo, floribus paniculatis, corollæ laciniarum marginibus integris, capsulâ calycem superante; valvis bifidis, seminibus scabriusculis. (J. M. D.) *v. v.*

Swertia parnassiifolia, *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 72. *t.* 97. perperam respectu corollæ.

Menyanthes exaltata. *Sims, bot. mag.* 1029.

Obs. Planta polymorpha, staturâ nunc 3-pedali nunc vix 10-pollicari, foliis dentatis et integris, quandoque angulatis varians.

ANOPTERUS. *Labill.*

Calyx 6-fidus, persistens. *Corolla* 6-fida, tubo brevissimo. *Stigma*

Stigma bifidum. *Capsula* unilocularis, bivalvis, polysperma. *Semina* valvarum marginibus affixa, pendula, apice alata. *Embryo* minutus, subglobosus, albumine carnoso inclusus: *Radiculâ* superâ.

Arbor *elegans, glaberrima, trunco gracili*. Folia *sparsa, nunc opposita, coriacea, serraturis glandulosis*. Racemi *terminales*.

Obs. Genus incertæ sedis. Ericeis forsan affinior quam Gentianeis, non obstantibus seminum placentatione parietali et Embryone minuto.

A. glandulosa. (D.) *v. v.* absque floribus.
Anopterus glandulosa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 86. *t.* 112.

ASCLEPIADEÆ. *Br. in Wern. Trans. Edin.* 1. *p.* 12.

Contortarum genera. *L.* Apocinearum gen. *Juss.*
Apocynarum gen. *Adans.*

Calyx quinquedivisus, persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, quinqueloba, regularis, æstivatione imbricatâ, rarissimè valvatâ; decidua.

Stamina 5, imæ corollæ inserta, laciniis limbi alternantia. *Filamenta* sæpiùs connata. *Antheræ* biloculares, nunc septis semicompletis subquadriloculares. *Pollen* ad dehiscentiam antherarum coalescens in massas numero loculorum, rariùsve per paria confluentes et geminatim v. quaternatim v. solitariè processubus quinque stigmatis affixas.

Ovaria 2. *Styli* 2, arctè approximati sæpè brevissimi. *Stigma* ambobus commune, dilatatum, pentagonum, angulis corpusculiferis.

Folliculi 2, altero nunc abortiente. *Placenta* suturæ applicata, demum libera.

Semina

Semina numerosa, imbricata, pendula, ad umbilicum sæpissimè comosa. *Albumen* tenue.
Embryo rectus: *Cotyledones* foliaceæ: *Radicula* supera: *Plumula* inconspicua.
Frutices rariùsve Herbæ, utplurimum lactescentes et volubiles. *Folia* integra, opposita, quandoque alterna v. verticillata, ciliis interpetiolaribus stipularum loco sæpiùs instructa. *Flores* subumbellati, fasciculati v. racemosi, interpetiolares.

Obs. Diagnosis ordinis constat Polline totius floris coalescente in massas numero definitas, quæ ad dehiscentiam antherarum processubus 5 glandulosis stigmatis affixæ; et hàc œconomià ab omnibus dicotyledonibus diversus, Orchideis subanalogus.

Characteres generum totius ordinis in *Act. Soc. Werner. Edin.* l. c. dedimus.

MICROSTEMMA. *Br. in Wern. trans. edin.* 1. *p.* 25.

Corolla rotata, 5-fida. *Corona staminea* monophylla, carnosa, 5-loba, lobis antheris alternantibus. *Antheræ* apice simplici (nec membranaceo). *Massæ Pollinis* medio lateri insertæ, stigmati incumbentes. *Stigma* muticum. *Folliculi* graciles, læves. *Semina* comosa.

Herba *glabra, erecta.* Radix *tuberosa.* Caulis *infrà simplex, foliis minutis: suprà ramosus, foliis oppositis, linearibus.* Umbellæ *laterales et terminales, subsessiles.* Corollæ *nigro-purpureæ, intùs barbatæ.*

M. *tuberosum.* (T.) *v. v.*

HOYA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 26.

Corolla rotata, 5-fida. *Corona staminea* 5-phylla, foliolis depressis, carnosis, angulo interiore producto in dentem antheræ incumbentem. *Antheræ* membranà terminatæ. *Massæ Pollinis* basi affixæ, conniventes, compressæ. *Stigma* muticum. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Suffrutices *volubiles v. decumbentes.* Folia *opposita.* Umbellæ *interpetiolares, multifloræ.*

Obs. Dixi in honorem Thomæ Hoy, Botanici, et plantarum cultoris periti. Asclepias volubilis *Linn. suppl.* quæ Watta-kaka-codi *Rheed. mal.* 9. *p.* 25. *t.* 15. (nobis Hoya viridiflora,) hujus loci est.

1. H. *carnosa*, foliis ovali-oblongis carnosis, corollis barbatis, coronæ foliolis subtùs sulcatis! *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 27. (T.) *v. v.*

Asclepias carnosa. *Linn. suppl.* 170. *Mur. syst. veg. ed.* 14. *p.* 260. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 1264. *Pers. syn.* 1. *p.* 275. *Sims, bot. mag. t.* 788. *Smith, exot. bot.* 2. *p.* 21. *t.* 70.

Stapelia chinensis. *Lour. cochin.* 1. *p.* 205. (fide speciminis ab auctore missi in Herb. Banks.)

Obs. Plures forsan species sub hoc nomine confusæ sunt.

TYLOPHORA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 28.

Corolla rotata, 5-partita. *Corona staminea* 5-phylla, foliolis depressis, carnosis, angulo interiori simplici, edentulo. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* erectæ, basi affixæ, marginibus simplicibus. *Stigma* muticum. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Herbæ v. Suffrutices *volubiles*. Folia *opposita, membranacea*. Umbellæ *interpetiolares*. Flores *sæpiùs parvi*.

1. T. *grandiflora*, umbellis subsessilibus simplicibus paucifloris: pedicellis glabris, foliis cordatis ovatis acutis ramisque pubescentibus. (J.) *v. s.*

2. T. *barbata*, umbellis subgeminatis: pedunculo communi foliis breviore, corollâ barbatâ, foliis ovatis acutis glaberrimis. (J.) *v. v.*

3. T. *flexuosa*, umbellis alternis sessilibus: pedunculo communi flexuoso, foliis cordatis oblongis venosis, corollâ imberbi. (T.) *v. v.*

4. T. *paniculata*, paniculis dichotomis, corollæ laciniis suprà ligulatis, foliis ovatis acuminatis glabriusculis: inferioribus subcordatis. (J.) D. Bauer. *v. s.*

MARSDENIA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 28.

Corolla urceolata, 5-fida, nunc subrotata. *Corona staminea* 5-phylla, foliolis compressis, indivisis, intùs simplicibus. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* erectæ, basi affixæ. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Suffrutices, *sæpiùs volubiles*. Folia *opposita, latiuscula, plana*. Cymæ *nunc* Thyrsi *interpetiolares*. Stigma *sæpiùs muticum, quandoque rostratum, rostro indiviso v. bifido*.

Obs. Pergulariæ forsan nimis affinis, quæ diversa tantummodo foliolis coronæ stamineæ intùs laciniâ auctis.

Genus

Genus dicatum Gulielmo Marsden Armigero, nuper Collegio Rei Navalis ab Epistolis, Historiæ Sumatræ erudito auctori, Botanices promotori.

I. *Stigma muticum.* Marsdeniæ veræ.

1. M. *velutina*, caule volubili, foliis cordatis latè ovatis acuminatis tomentosis mollibus, cymis umbelliformibus, fauce nudâ. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 29. (T.) *v. v.*

2. M. *viridiflora*, caule volubili, foliis oblongo-lanceolatis glabriusculis basi obtusis, tubo intùs villosiusculo. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 30. (T.) *v. v.*

3. M. *suaveolens*, caule suberecto, foliis ovali-lanceolatis glabris aveniis, tubo ventricoso, fauce barbatâ. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 30. (J.) *v. v.*

4. M. *cinerascens*, caule erecto, foliis ovatis obtusiusculis venosis pube rarâ conspersis, petiolis semuncialibus, corollis subrotatis. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 30. (T.) *v. v.*

II. *Stigma rostratum.* Nephrandra.

5. M. *rostrata*, caule volubili, foliis ovatis subcordatis acuminatis glabris, umbellis multifloris, limbo barbato. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 31.

Obs. A congeneribus diversa, massis pollinis reniformibus, subtransversis, extremitate a corpusculo stigmatis remotiore affixis.

DISCHIDIA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 32.

Corolla urceolata, 5-fida. *Corona staminea* 5-phylla, foliolis bifidis, laciniis subulatis, patentibus, apice recurvis. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* erectæ, basi affixæ. *Stigma* muticum. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Herba *perennis, in arboribus parasitica, dependens, lactescens, farinâ albâ conspersa.* Caulis *ad genicula inferiora radicans.* Folia *opposita, subrotunda, crassa, carnosa.* Flores *parvi, subumbellati.*

D. *nummularia.* (T.) B. *v. s.*

Nummularia lactea minor. *Rumph. amb.* 5. *p.* 472. *t.* 176. *f.* 1.

Obs. Aliarum ex Indiâ orientali exemplaria manca tantùm vidi.

GYMNEMA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 33.

Corolla suburceolata, 5-fida: *Fauce* sæpiùs coronatâ squamulis denticulisve 5, sinubus impositis. *Corona staminea* nulla. *Antheræ*

Antheræ membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* erectæ, basi affixæ. *Folliculi* graciles, læves. *Semina* comosa.

Suffrutices *sæpiùs volubiles.* Folia *opposita, membranacea, plana.* Umbellæ *interpetiolares, cymosæ.*

1. G. *geminatum,* fauce coronatâ, tubo intùs pilosiusculo; umbellis geminatis: pedunculis petiolo brevioribus, foliis ovatis glabriusculis, ramulis pubescentibus, caule volubili. (T.) *v. v.*

Obs. Huic congener et valdè affinis est Asclepias lactifera *Linn. sp. pl.* (in Herbario Hermanni visa), necnon Periploca sylvestris *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 1252.

2. G. *trinerve,* fauce nudâ, umbellis sessilibus, foliis oblongo-lanceolatis trinervibus pubescentibus, caule erecto. (T.) *v. v.*

OXYSTELMA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 40.

Corolla tubo brevi, subrotata. *Columna* exserta. *Corona staminea* 5-phylla, foliolis compressis, acutis, indivisis. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* compressæ, apice attenuato affixæ, pendulæ. *Stigma* muticum. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Herbæ *perennes v.* Suffrutices, *volubiles, glabræ.* Folia *opposita.* Racemi *v.* Umbellæ *interpetiolares.*

Obs. Hujus generis est Periploca esculenta, *Linn. suppl. Roxb. corom.* 1. *p.* 13. *t.* 11. a plantâ Novæ Hollandiæ equidem valdè diversa et posthac forsan separanda.

1. O. *carnosum,* fasciculis umbelliformibus pedunculatis, corollæ laciniis linearibus, foliis carnosis subovalibus subconnatis glabris. (T.) *v. v.*

CYNANCHUM. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 42.

Cynanchi species. *L.*

Corolla 5-partita, subrotata. *Corona staminea* monophylla, 5—20-loba, dum 5-fida lobis antheris oppositis. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* ventricosæ, pendulæ. *Stigma* apiculatum. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Plantæ *perennes v.* Suffrutices, *utplurimum volubiles.* Folia *opposita.* Umbellæ *interpetiolares.*

Obs. Sub hoc charactere complectuntur Cynanchum acutum,

[illegible], monspeliacum, capense, obtusifolium, *L.* Periploca tunicata *Retz.* et *Willd.* Periploca africana *L.* Asclepias Vincetoxicum, nigra, siberica *L.* davurica *Willd.* Genus itaque vix naturale et increscentibus speciebus certè dividendum, coronâ stamineâ characteres præcipuos præbente. Plantæ Novæ Hollandiæ cum Periplocâ tunicatâ sectionem naturalem efficiunt, sequentibus notis a reliquis distinguendam.

Corona staminea *tubulosa, columnam includens, ore 5—10-fido, carinis decem interioribus simplicibus v. in lacinulas suprà productis.* Massæ Pollinis *infra apicem affixæ.* Stigma *apiculo emarginato.* Folliculi *ventricosi, angulati, patentes.* Caulis *volubilis.* Folia *cordata.*

1. C. *pedunculatum,* pedunculo communi foliis acuminatis glabriusculis longiore, axillis diphyllis, carinis interioribus coronæ in lacinulas productis. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 45. (T.) *v. v.*

2. C. *floribundum,* pedunculo communi foliis acuminatis glaberrimis breviore, axillis aphyllis, carinis interioribus corollæ in lacinulas productis. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 45. (M.) *v. v.*

3. C. *erubescens,* pedunculo communi petiolum æquante, foliis acutis, axillis subdiphyllis, ramulis floribusque tenuissimè pubescentibus, coronæ 10-fidæ carinis simplicibus. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 45. (T.) B. *v. s.*

SARCOSTEMMA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 50.

Corolla rotata. *Corona staminea* duplex: *exterior* cyathiformis v. annularis, crenata; *interior* 5-phylla, exteriorem superans, foliolis carnosis. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ Pollinis* apice affixæ, pendulæ. *Stigma* submuticum. *Folliculi* graciles, læves. *Semina* comosa.

Caulis *volubilis, v. decumbens, sæpiùs aphyllus, articulatus, nunc foliis oppositis, distantibus.* Flores *umbellati, laterales v. terminales.*

Obs. Hujus loci sunt Cynanchum viminale *L.* Asclepias viminalis *L.*; et forsan Asclepias aphylla *Thunb.* nec non Asclepias stipitacea *Forsk.* Cynanchum pyrotechnicum et Asclepias aphylla ejusdem.

1. S. *australe,* aphylla articulata decumbens quandoque volubilis, umbellis lateralibus caule in eâdem directione ultra producto:

producto: v. terminalibus receptaculo communi pedicellorum convexo excentrico. (M. T.) *v. v.*

Obs. Valdè affine S. *viminali*, quod Cynanchum viminale, *L.*

SECAMONE. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 55.

Periplocæ spec. *L.*

Corolla rotata. *Corona staminea* 5-phylla. *Massæ Pollinis* 20! erectæ, quaternatim affixæ apici corpusculi singuli exsulci stigmatis. *Stigma* apice coarctato. *Folliculi* * * * *

Frutices *erecti v. volubiles, glabri.* Folia *opposita.* Cymæ *interpetiolares, dichotomæ.* Flores *minuti.*

Obs. Ad hoc genus, medium inter *Asclepiadeas veras* Polline lævi, massis 10 juxta basin corpusculorum 5 sulcatorum stigmatis affixis, et *Periploceas* Polline granuloso, pertinent Periploca secamone *L.* Periploca emetica *Retz.* et tertia; species; inedita; Indiæ orientalis.

1. S. *elliptica*, caule erecto, foliis ellipticis acuminatis glabris, pedunculis pedicellisque tomentosis, corollis imberbibus. (T.) *v. v.*

2. S. *ovata*, caule divaricato, foliis ovatis acutis glabris, pedunculis pedicellisque glabriusculis, corollis imberbibus. (T.) *v. v.*

GYMNANTHERA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 58.

Corolla hypocrateriformis; *corona faucis* 5-phylla, foliolis aristatis. *Stamina* exserta. *Filamenta* fauci inserta, distincta. *Antheræ* imberbes, acuminatæ. *Massæ Pollinis* granulatæ, quaternatim applicitæ apice dilatato corpusculi singuli stigmatis. *Folliculi* cylindracei, læves, divaricati. *Semina* comosa.

Frutex *volubilis, glaberrimus, lactescens.* Folia *opposita, nitida.* Pedunculi *laterales, subdichotomi.* Flores *albo-virescentes, imberbes.* Squamæ 5, *incisæ, intùs subsinubus calycis insertæ.* Albumen *nullum.*

Obs. Affinitate proxima Periplocæ.

G. *nitida.* (T.) *v. v.*

APOCINEÆ.

Apocinearum pars. *Juss.*

Calyx 5-divisus, persistens.
Corolla monopetala, hypogyna, regularis, 5-loba, æstivatione imbricatâ, decidua.
Stamina 5, epipetala, laciniis limbi alterna. *Filamenta* distincta. *Antheræ* biloculares, longitudinaliter dehiscentes. *Pollen* granulosum, stigmati immediatè applicitum.
Ovaria 2, v. 1 biloculare, in plurimis polyspermum. *Styli* 2 v. 1. *Stigma* 1.
Pericarpium folliculare, capsulare, drupaceum, v. baccatum, duplex v. simplex.
Semina sæpissimè albuminosa.
Embryo foliaceus. *Plumula* inconspicua.
Arbores v. *Frutices* sæpè lactescentes. *Folia* opposita, nunc verticillata, rarò sparsa, integerrima, ciliis glandulisve interpetiolaribus sæpiùs instructa. *Inflorescentia* subcorymbosa.

Obs. Ordo, uno alterove genere forsan excepto, verè naturalis, sed etiam his exclusis vix definiendus. Œconomiâ Antherarum et Stigmatis facilè distinguitur ab Asclepiadeis, affinitate proximis, quæ insuper floris et fructûs et seminum structurâ magis uniformes. Gentianeis et Rubiaceis quoque finitimus.

Sect. I. Semina comosa. Fructus bifollicularis; nunc Capsula bilocularis.

PARSONSIA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 64.

Echitidis species. *Jacq.* et *Swartz.*

Corolla infundibuliformis, fauce tuboque esquamatis; limbo 5-partito, recurvo, laciniis æquilateris. *Stamina* exserta.

 Fila-

Filamenta medio v. juxta basin tubi inserta, simplicia. *Antheræ* sagittatæ, medio stigmate cohærentes, lobis posticis polline destitutis. *Ovaria* 2, v. 1 biloculare. *Stylus* 1. *Stigma* dilatatum. *Squamæ* 5 hypogynæ, distinctæ v. connatæ. *Folliculi* 2, distincti v. cohærentes.

Frutices *volubiles*. Folia *opposita*. Flores *cymosi, nunc racemosi, interpetiolares v. terminales.*

Obs. Species Americæ meridionalis, quæ Echitis corymbosa *Jacq.* floribunda *Swartz.* et spicata *Jacq.* posthac forsan separandæ, ob Ovarium duplex, et Folliculos distinctos; in reliquis, inter quas Periploca capsularis *Forst. prod.* Ovarium biloculare, Folliculique longitudinaliter cohærentes.

Dixi in memoriam Jacobi Parsons, M. D., auctoris operis incompleti, dicti "The Microscopical Theatre of Seeds," aliarumque dissertationum Botanici argumenti. Parsonsia *Browne*, a Linnæo ad Lythrum relata, Cupheæ species est.

1. P. *velutina*, cymis pedunculatis oppositis, foliis cordatis ovatis acutis v. subacuminatis pubescentibus. (T.) *v. v.*

2. P. *mollis*, cymis bifidis, foliis lanceolatis acuminatis pubescentibus mollibus. (T.) *v. v.*

3. P. *lanceolata*, cymis bifidis, foliis lanceolatis acuminatis glabris. (T.) *v. v.*

LYONSIA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 66.

Corolla infundibuliformis, fauce tuboque esquamatis; limbo 5-partito recurvo, laciniis æquilateris: æstivatione valvatâ. *Stamina* exserta: *Filamenta* medio tubo inserta, filiformia: *Antheræ* sagittatæ, medio stigmate cohærentes, lobis posticis polline vacuis. *Ovarium* biloculare. *Stylus* 1, filiformis, apice dilatato. *Stigma* subconicum. *Squamæ* hypogynæ connatæ. *Capsula* cylindracea, bilocularis, valvis folliculiformibus, dissepimento parallelo libero utrinque seminifero, placentis adnatis.

Frutex *volubilis*. Folia *opposita*. Cymæ *terminales, trichotomæ*. *Flores inter minores, limbo barbato.*

Obs. Parsonsiæ nimis affinis, diversa tantummodo Capsulæ structurâ.

Dixi in memoriam Israelis Lyons, Fasciculi plantarum circa Cantabrigiam nascentium auctoris.

1. L. *straminea*. (J. D.) *v. v.*

BALFOU-

BALFOURIA. *Br. in Wern. trans.* 1. *p.* 70.

Corolla infundibuliformis: *Faux* coronata tubulo crenulato: *Limbi* laciniæ rectæ, æquilateres. *Stamina* fauci inserta. *Antheræ* sagittatæ, mucronatæ, medio stigmate cohærentes. *Ovarium* biloculare. *Stylus* 1, filiformis, apice dilatato. *Stigma* angulatum. *Squamulæ* 10, basi calycis extra corollam insertæ, nullæ hypogynæ. *Folliculi* - - - -

Arbor *glabra,* [illegible]. Folia *opposita, lanceolato-linearia, falcata, denticulis interpetiolaribus.* Cymæ *trifidæ, laterales et terminales.*

In memoriam dixi ANDREÆ BALFOUR, Equ. Aur. Horti Botanici et Musei Edinensis conditoris.

1. B. *saligna.* (T.) v. v.

WRIGHTIA, *Br. in Wern. trans.* 1, *p.* 73.

Nerium. *Gært.* Nerii species. *L.*

Corolla hypocrateriformis: *Faux* coronata, squamis decem, divisis. *Stamina* exserta: *Filamenta* fauci inserta. *Antheræ* sagittatæ, medio stigmate cohærentes. *Ovaria* 2, cohærentia. *Stylus* 1, filiformis, apice dilatato. *Stigma* angustius. *Squamæ* 5—10, basi calycis extra corollam insertæ: nullæ hypogynæ. *Folliculi* distincti, v. cohærentes, placentis adnatis. *Semina* ad extremitatem umbilico obversam comosa!

Arbusculæ. Folia *opposita.* Corymbi *subterminales.* Flores *albi.* Albumen 0. Embryo *cotyledonibus longitudinaliter involutis, albus, aquâ tepidâ immersus roseus evadens.*

OBS. Hujus generis sunt Nerium antidysentericum, et zeylanicum *L.*, aliæ nondescriptæ, et forsan Nelem-Pala *Rheed. mal.* 9. *p.* 5. *t.* 3 et 4.

In honorem dixi amici æstimati GULIELMI WRIGHT, M. D. S. R. S. cui Flora Jamaicensis multùm debet.

1. W. *pubescens,* foliis elliptico-oblongis acuminatis calycibusque pubescentibus, corymbis erectis, tubo corollæ calyce parùm longiore, folliculis cohærentibus. (T.) *u. v.*

Sect. II. Semina non comosa. Fructus bifollicularis.

TABERNÆMONTANA. *L.*

Corolla hypocrateriformis, limbo 5-partito. *Stamina* inclusa: *Antheris*

Antheris sagittatis. *Ovaria* 2. *Stylus* filiformis. *Stigma* e dilatatâ basi bifidum. *Folliculi* 2. *Semina* pulpâ immersa.

Arbusculæ. Folia *opposita*. Stipulæ *interpetiolares, infrà adnatæ, apice solutæ*. Cymæ *subdichotomæ*. Calyx *persistens*.

1. T. *orientalis*, foliis lanceolato-oblongis acuminatis ramisque glaberrimis, cymis decompositis glabris, bracteis subulatis tardiùs deciduis. (T.) *v. v.*

Obs. Ad hanc forsàn pertineat Curutu-Pala *Rheed. mal.* 1. *p.* 83. *t.* 46. quæ T. alternifolia *L.* cujus nullum exemplar in Herbario Linneano.

2. T. *pubescens*, foliis elliptico-oblongis subacuminatis subtùs ramulisque pubescentibus, cymarum ramis erectis calycibusque pilosis, bracteis minutissimis caducis. (T.) *v. v.*

3. T. *ebracteata*, foliis ovalibus ellipticisve cymisque pubescentibus, ramis pedunculisque patulis ebracteatis. (T.) *v. v.*

Sect. III. Semina peltata, non comosa. Fructus simplex, baccatus, v. rarò capsularis. Albumen copiosum, subcorneum.

CARISSA. *L. Juss.*

Corolla infundibuliformis, limbo 5-partito, fauce nudâ. *Stamina* inclusa. *Ovarium* biloculare, loculis oligospermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* e basi dilatatâ bifidum. *Bacca* 2-locularis, 1 v. oligosperma. *Semina* peltata.

Frutices. Folia *opposita, setulis intrapetiolaribus*. Pedunculi *axillares et terminales, multiflori, passim spinescentes steriles*.

1. C. *ovata*, spinosa erecta, ramis brachiatis, ramulis scabris, foliis latè ellipticis acutis mucronatis glabris venis subramosis, spinis rectis divaricatis folio ter brevioribus. (T.) *v. v.*

2. C. *scabra*, spinosa diffusa, foliis ovatis mucronatis utrinque scabris. (T.) *v. v.*

3. C. *lanceolata*, spinosa, foliis angusto-lanceolatis, laciniis corollæ lanceolato-subulatis. (T.) *v. v.*

Obs. Duplex varietas; *α.* glabra, ramulis lævibus: *β.* ramulis passimque foliis pubescentibus.

STRYCH-

STRYCHNOS. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* tubulosa, limbo patente, 5-partito, æstivatione valvatâ. *Stamina* 5, fauci inserta. *Ovarium* 2-loculare, polyspermum. *Stylus* 1. *Stigma* capitatum. *Bacca* globosa, cortice crustaceo, intùs pulposa. *Semina* placentæ centrali affixa, peltata, albumine copioso. *Embryo* foliaceus, radiculâ vagâ.

Arbores v. Arbusculæ *non lactescentes*. Folia *opposita, sæpiùs nervosa*. Flores *corymbosi*.

1. S. *lucida*, foliis ovatis acutiusculis coriaceis 3-nervibus: nervis bipartitis. (T.) *v. v.* sine floribus.

Sect. IV. Ovarium duplex. Fructus subdrupaceus. Albumen ruminatum, magnum.

ALYXIA. *Banks.*

Gynopogon. *Forst.*

Corolla hypocrateriformis, fauce nudâ. *Stamina* inclusa. *Ovaria* 2, oligosperma. *Styli* subcohærentes. *Stigma* obtusum. *Drupæ* 2, (alterâ nunc abortiente,) pedicellatæ, simplices, monospermæ, v. catenatim compositæ, putamine semibiloculari! *Semen* semibipartitum! *Albumen* ruminatum! corneum. *Embryo* erectus.

Arbusculæ v. Frutices *glabri, lactescentes*. Folia *verticillata v. opposita, coriacea, compacta, sempervirentia*. Flores *axillares v. terminales, quandoque spicati, inter minores, albi sæpè suaveolentes*.

Obs. I. Character Gynopogonis valdè erroneus est et nomen falsum, quippe vix ulla species (ex 11 nobis examini subjectis) stigmate reverâ barbato donata, pluresque penitùs imberbes sunt.

Obs. II. Habitu et floris structurâ Apocineis veris similis, diversa, Albumine ruminato facillimèque in lobis separando centro tantummodò solido embryonifero! Embryo rectus v. curvatus.

An cum Rauvolfiâ et Ophioxylo in propriâ sectione jungenda? licet in his ovarium semibilobum, loculis monospermis; albumen tenuè carnosum non ruminatum et Embryo major, foliaceus.

1. A. spi-

1. A. *spicata*, spicis axillaribus: floribus verticillatis subsessilibus tribracteatis, foliis ternis ovali-oblongis, petiolis pedunculo brevioribus: basi simplici. (T.) *v. v.*

2. A. *tetragona*, spicis axillaribus: floribus verticillatis subsessilibus tribracteatis, foliis quaternis oblongis, petiolis pedunculo longioribus: basi gibbosâ. (T.) B. *v. s.*

3. A. *obtusifolia*, umbellâ axillari pedunculatâ, calycibus ebracteatis, foliis ternis ovatis obovatisve obtusissimis. (T.) *v. v.*

4. A. *ruscifolia*, floribus subsessilibus terminalibus, foliis quaternis ternisve ellipticis v. lanceolatis: mucrone spinescenti, venis acutangulis. (T.) *v. v.*

5. A. *buxifolia*, floribus subgeminatis interpetiolaribus, foliis oppositis ovalibus obovatisve obtusis aveniis. (T.) *v. v.*

BIGNONIACEÆ.

Bignoniearum sect. II. *Juss.*

Calyx monophyllus, divisus v. integer, nunc spathaceus.

Corolla monopetala, hypogyna, sæpius irregularis, 4-5-loba.

Stamina. Filamenta 5, inæqualia, quatuor plerumque nunc 2 v. omnia antherifera. *Antheræ* biloculares, loculis insertione æqualibus.

Ovarium disco glanduloso cinctum, 2-loculare, v. pseudo-4-loculare, polyspermum. *Stylus* 1. *Stigma* bilamellosum.

Capsula bivalvis, bilocularis, quandoque pseudo-4-locularis. *Dissepimentum* parallelum v. contrarium, demùm

dentum liberum, ad commissuras cum valvulis seminiferum.

Semina transversa, foliaceo-compressa. *Albumen* 0. *Embryo* rectus, foliaceus: *Radiculâ* centrifugâ.

Arbores v. *Frutices*, sæpè volubiles v. scandentes. *Folia* opposita, (rarissimè alterna,) composita, raro simplicia, exstipulata. *Inflorescentia* terminalis, subpaniculata.

Obs. Ordinis sic limitati diagnosis e fructûs seminumque structurâ et placentatione facilis; admissis tamen sectionibus reliquis Jussæanis vix definiendus. An verò charactere parùm mutato admittenda *Incarvillea?* defectu albuminis, floris pericarpiique structurâ subsimilis; diversa, habitu, seminibus pendulis et manifestè intra marginem dissepimenti insertis.

TECOMA. *Juss.*

Bignoniæ species. *L.*

Calyx 5-dentatus. *Corolla* subcampanulata, ore 5-lobo, inæquali. *Stamina* 4, didynama: filamento quinto sterili, breviore. *Capsulæ dissepimentum* contrarium.

Frutices, rarò Arbores. Folia *opposita, impari-pinnata* v. *digitata.* Flores *paniculati.*

Obs. Tecoma australis vix separanda ob capsulam elliptico-oblongam, quæ in reliquis elongata, siliquæformis.

1. T. *australis*, foliis pinnatis glabris: foliolis 5 ellipticis; adultis integris, capsulis oblongis, caule volubili. (J. T.) *v. v.*

Bignonia pandorea. *And. repos.* 86. *Vent. malm.* 43.

Obs. Nec Bignoniæ species secundum *Vent.* l. c. nec Insulæ Norfolkiæ incola.

SPATHODEA. *Palis. Fl. D'Ow.*

Bignoniæ species. *L.*

Calyx spathaceus, hinc fissus, inde dentatus v. integer. *Corolla* subinfundibuliformis, limbo 5-lobo, parùm inæquali. *Stamina* 4, didynama; filamento quinto sterili. *Capsula* siliquæformis, falcata, pseudo-4-locularis. *Dissepimentum* contrarium, suberosum.

Frutices v. *Arbores.* Folia *opposita, rariùs alterna, pinnata, quandoque simplicia.* Flores *subpaniculati.*

Obs.

Obs. I. Character fructûs e Bignoniâ spathaceâ *L.* necnon e Ligno equino *Rumph.* 3. *p.* 73. *t.* 46. et Spathodeâ (?) alternifolia.

Spathodeæ fructus a *D. Palis. l. c.* depictus valdè diversus, non solùm Placentatione seminum apterorum, sed præcipuè Plumulâ conspicuâ magnâ, an itaque plantæ hujus familiæ pertineat, forsan dubitandum.

Bignonia indica, quam ad Spathodeam retulit Persoon, (in *Syn.* 2. *p.* 173,) diversa, calyce non spathaceo sed truncato, demùm augente fructu hinc findente, et capsulæ dissepimento parallelo.

Obs. II. Bignonia *Juss.* forsan dividenda secundum figuram et texturam capsulæ ejusque dissepimenti, et stamen quintum sterile v. antheriferum.

Millingtonia *L.* cum Bignoniâ convenit dissepimento capsulæ siliquæformis parallelo; differt calyce et corollâ penitùs regularibus, staminibus longè exsertis, Antheris basi affixis, lobis parallelis, altero basi calcarato.

1. S. *heterophylla,* foliis glabris pinnatis v. ternatis simplicibusve: foliolis lanceolato-linearibus integris, floribus racemosis, caule arborescenti. (T.) *v. v.* absque fructu.

2. S.? *alternifolia,* foliis alternis simplicibus subovatis integris coriaceis glabris, caule arborescenti. (T.) B. *v. s.* absque floribus.

ACANTHACEÆ. *Juss.*

(Acanthi.)

Calyx 5-4-divisus, partitus v. tubulosus, æqualis v. inæqualis; raró multifidus v. integer et obsoletus: persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, staminifera, plerùmque irregularis; limbo ringente v. bilabiato, raró unilabiato; nunc subæqualis; decidua.

Stamina

Stamina sæpiùs duo antherifera, modò 4 didynama, brevioribus quandoque effœtis. *Antheræ* v. biloculares, loculis insertione inæqualibus æqualibusve; v. uniloculares; longitudinaliter dehiscentes.

Ovarium disco glanduloso basi cinctum, biloculare, loculis 2-polyspermis. *Stylus* 1. *Stigma* bilobum, raro indivisum.

Capsula bilocularis, loculis 2-polyspermis, abortione quandoque monospermis, elasticè bivalvis. *Dissepimentum* contrarium, per axin (medio quandoque apertum) bipartibile, segmentis valvulis adnatis, modò ab iisdem elasticè dissilientibus, integris v. raro sponte bipartibilibus; margine interiore seminiferis.

Semina processubus subulatis adscendentibus dissepimenti plerumque subtensa, subrotunda: *Testa* laxa. *Albumen* nullum.

Embryo curvatus v. rectus. *Cotyledones* magnæ, suborbiculatæ: *Radicula* teres, descendens et simul centripeta, curvata v. recta. *Plumula* inconspicua.

Herbæ v. *Frutices* intra tropicos præcipuè provenientes; pube dum adsit simplici, nunc capitatâ rarissimè stellatâ. *Folia* opposita, raro quaterna, exstipulata, simplicia, indivisa, integra v. serrata; raro sinuata v. sublobata. *Inflorescentia* terminalis v. axillaris, spicata, racemosa, fasciculata, paniculata v. solitaria. *Flores* in spicis sæpiùs oppositi, nunc alterni, tribracteati, bracteis lateralibus raro deficientibus, quandoque magnis foliaceis calycem nanum interdum obsoletum includentibus.

Obs. I. Ordo certè naturalis, haud tamen facilè circumscribendus. Retinacula peculiaria seminum in plerisque obvia, in nonnullis desunt. Albuminis defectus constans nota est, sed communis Bignoniis conterminis. Placentatio seminum semper in axi dissepimenti marginibusve interioribus ejusdem segmentorum. Radicula descendens et centripeta. Dissepimenti contrarii partitio in omnibus præter Thunbergiam obtinet. Staminis quinti rudimentum in ordine haud infrequens. Elastica dehiscentia capsulæ ferè universalis.

Obs. II. Ex analysi specierum ferè omnium Herbarii ditissimi Banksiani, characteres generici exceptionibus vix ob-

 noxii

noxii et secundum relativum valorem dispositi sequentes proponuntur.

1. Semina cum v. absque Retinaculis. 2. Dissepimentum valvis adnatum v. liberum. 3. Antheræ biloculares v. uniloculares. 4. Stamina antherifera 2 v. 4. 5. Corollæ irregularis limbus bi- v. uni-labiatus. 6. Calyx æqualis v. inæqualis. 7. Capsulæ loculi 2- v. polyspermi?

Sequentes vacillantes, quandoque tamen aliis comitantibus notis usurpandi.

1. Corolla subregularis et tunc hypocrateriformis antheris 2, exsertis; v. infundibuliformis antheris 4, inclusis. 2. Corollæ irregularis limbus ringens v. bilabiatus et hujus labium inferius divisum v. indivisum. 3. Antherarum loculi insertione æquales v. inæquales, et dum æquales paralleli v. divaricati, dum inæquales, approximati alterni v. distantes quasi in extremitatibus arcûs apicis filamenti; loculis basi simplicibus v. appendiculatis. 4. In diandris filamenta sterilia v. nulla. 5. Capsulæ valvulæ naviculares v. dorso compressæ, sessiles v. ungue elastico.

HYPOESTES. *Soland. mss.* charactere parùm mutato.

Justiciæ species. *L. Juss. Vahl.*

Calyx 5-fidus, æqualis; *Involucro* 4-fido, trifloro (abortione sæpè unifloro) inclusus. *Corolla* bilabiata. *Stamina* 2. *Antheræ* uniloculares! *Ovarii* loculi 2-spermi. *Dissepimentum* adnatum. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ v. Suffrutices *caulescentes.* Involucra *in spicis thyrsisve axillaribus v. terminalibus opposita, bracteis foliaceis subtensa.* Flores *purpurei v. albi.*

Obs. Genus naturale a Solandro jamdudum formatum, qui calycem proprium duplicem admisit et forsan (si ab etymologiâ nominis generici conjecturare liceat) interiorem pro accessorio habuit. Species sunt Justicia fastuosa, Forskalei, purpurea, aristata, verticillaris, et serpens. *Vahl. enum.*

1. H. *floribunda*, herbacea, thyrsis axillaribus terminalibusque, foliis elliptico-lanceolatis acuminatis glabris, involucri laciniis semi-lanceolatis muticis: interioribus minoribus. (T.) *v. v.*

Obs. Justicia purpurea differt præsertim spicis brevioribus simplicibus; hujus folia in specimine Herbarii Linnei utrinque pube brevissimâ instructa.

JUSTICIA. *Juss.*

Justiciæ et Diantheræ species. *L.* Justiciæ species. *Vahl.*

Calyx æqualis, 5-partitus, rarò 4-partitus. *Corolla* valdè irregularis, bilabiata, v. ringens, labio inferiore diviso. *Stamina* 2 antherifera. *Antheræ* biloculares, loculis insertione sæpiùs inæqualibus. *Filamenta* sterilia nulla v obsoleta. *Ovarii* loculi 2-spermi. *Dissepimentum* adnatum. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ v. Frutices *caulescentes, inflorescentiâ variâ.*

Obs. Genus posthac speciebus pluribus probè examinatis certè dividendum; characteribus tamen minimè ex unicâ fonte, sed e modificationibus antherarum, corollæ, capsulæ et etiam inflorescentiæ, nec ab iis seorsum sed unâ pluribus simul sumptis petendis.

In plerisque capsula unguiculata, ungue sæpiùs contrario valvis navicularibus, nunc in eodem plano cum valvulis dorso compressis.

In *bilabiatis* pluribus capsula unguiculata valvulis navicularibus, antherarum loculi subparalleli et mutici, filamenta nulla sterilia, calyx 5-partitus.

Ringentes calyce 5-partito inflorescentiam variam admittunt, pleræque antherarum loculos alternos et parùm divaricatos inferiore basi appendiculato habent; in nonnullis capsularum valvulæ dorso compressæ.

Ringentes calyce 4-partito pleræque densè spicatæ, floribus tribracteatis, bracteis calyce subconformibus, antherarum loculis alternis approximatis, inferiore basi appendiculato, capsularum valvulis dorso compressis instructæ: hujus sectionis separationem genericam parùm (an satis?) obstat foliolum quintùm accessorium nanum calycis quandoque obvium.

Specierum in *Vahlii enum.* propositarum præter Hypoëstes, Eranthema, Diclipteras, et Nelsonias, aliquæ certè excludendæ, præcipuè Justicia pulcherrima et scabra, quæ cum J. cristata *Jacq. hort. schoenb.* 3. *p.* 38. t. 320. distinctum genus efformant (Aphelandra *nobis*); ob calycem 5-partitum inæqualem; Stamina 4 antherifera, antheras uniloculares: hinc summa affinitas cum Crossandrâ *Salisb.*, inflorescentiâ et calyce simili, diversâ, corollâ unilabiatâ nec bilabiatâ.

Justicia *echioides* et *paniculata* forsan separari merentur, propter antherarum loculum inferiorem basi barbatum, capsularum valvulas dorso compressas, et inflorescentiam; invicem

invicem tamen discrepant numero seminum, quæ in J. *echioidi* 2, in *paniculatâ* plura; hinc quoniam alioqui persimiles, character e seminibus definitis v. indefinitis parùm infirmatus est.

Illust. Jussæus in dissertatione nuperrimâ (in *Annal. du mus.* 9. *p.* 251) e speciebus omnibus diandris dissepimento incompleto et a valvis demùm soluto instructis, genus unicum constituit quod verò minimè naturale est. A Solandro, 30 ferè annis antehac, Dicliptere sectionis 1, 2- et 5-tæ Jussæi, conjunctæ fuere *Diantheræ* nomine, sequente charactere e codicibus mss. desumpto, "Corolla ringens, resupinata. Stamina 2. Antheræ geminæ. Capsulâ carinâ elasticâ dissiliente. Dissepimentum liberum." Resupinatio corollæ equidem vix admittenda, quoniam bracteæ foliaceæ floribus tribus communes sunt, et pro "Antheris geminis" substitui debet Antherarum loculi distantes, arcum apicis filamenti terminantes, mutici, altero altiore.

Sectio 3tia, Jussæi distinctum genus efficere videtur, ob corollam ringentem, labio inferiore latiore, diviso, antherarum loculos alternos, approximatos, inferiore basi appendiculato, et præcipuè propter inflorescentiam ferè peculiarem, bracteas dorsales nempe spicæ densæ secundæ bifarias; anticas dilatatas unifloras, includentes calycem bracteolasque 2 minores laterales.

Sectio 4ta, quæ Justicia est *Houstoni*, a reliquis distinguitur habitu, et corollæ bilabiatæ labiis indivisis.

I. *Calyx 4-partitus. Corolla ringens, labio inferiore diviso.*

1. J. *juncea*, spicâ terminali densâ, foliis linearibus margine scabris, caule erecto. (T.) *v. v.*

   α. Folia elongata paginis cauleque lævibus.
   β. Folia paginis cauleque pilosiusculis.

2. J. *media*, spicâ terminali densâ, foliis lanceolatis basi attenuatis subpetiolatis cauleque erecto undique pilosis. (T.) *v. v.*

3. J. *adscendens*, spicâ terminali densâ, foliis angusto-oblongis obtusis basi parum attenuatis cauleque ramosissimo diffuso hirsutis. (T.) *v. v.*

ERANTHEMUM. *Linn. flor. zeyl. et gen. pl.*

Justiciæ species. *Vahl.*

Calyx 5-partitus, æqualis. *Corolla* hypocrateriformis, limbo 5-partito,

5-partito, æquali v. parùm inæquali. *Stamina* 2 antherifera, exserta. *Antheræ* loculis parallelis muticis. *Filamenta* 2 sterilia. *Ovarii* loculi 2-spermi. *Capsulæ* valvulæ naviculares, *dissepimento* adnato. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ v. Frutices, *inflorescentiâ variâ.*

Obs. I. Eranthemum capense Linnei quod unica species cum genus condidit in Appendice Floræ Zeylanicæ, et cujus character absque mutatione in omnibus Generum Plantarum editionibus receptus fuit, planta Zeylanica est, et (fide Herbarii Hermanni) ad sectionem Justiciarum corollis subæqualibus in methodo Vahlii referenda, forsan ab omnibus in ejusdem *Enumeratione* propositis distincta, *nervosæ* et *roseæ* propinqua. Linneus autem, qui nullum exemplar in herbario suo possidebat, postea, plantâ hâcce e memoriâ obliteratâ, alias diversissimas et verè capenses nempe Selagines diandras generi adjecit, denique Linneus filius in *Suppl.* alteram a prioribus toto cælo diversam, nempe Eranthemum salsoloides admisit, et huic nuperiùs a. b. Vahlio genus limitatum est.

Obs. II. Secundum characterem propositum ferè omnes Justiciæ corollis subæqualibus in methodo Vahlii hùc referri debent, exceptâ J. infundibuliformi, quæ Crossandra *Salisb. parad.*, et forsan J. serpyllifoliâ quæ dubia est: genus itaque vix omninò naturale, quia complectitur species Indicas spicâ densâ bracteis subtendentibus foliaceis, aliasque ejusdem patriæ, necnon Novæ Hollandiæ et Africæ æquinoctialis laxius spicatas fasciculatasve, bracteis minoribus subulatis; denique Antillarum frutices spinosos, habitu diversissimos, pedunculis axillaribus subunifloris.

1. E. *variabile,* suffruticosum tenuissimè pubescens inerme, spicis terminalibus laxiusculis floribus subternis; pedunculisve axillaribus paucifloris, calycibus bracteisque subulatis, foliis ovatis oblongisve integerrimis v. subdentatis.

α. Folia integerrima ovata, spica multiflora. (J.! T.) *v. v.*

β. Folia angusto-oblonga repando-dentata, spica multiflora. (T.) *v. v.* Forsan distincta.

γ. Folia linearia obsoletè dentata, pedunculus pauciflorus. (T.) *v. v.* An species distincta a *β*?

RUELLIA.

Ruelliæ species. *L. Juss.*

Calyx 5-partitus, (nunc profundè 5-fidus,) æqualis. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5-fido, parùm inæquali, patenti.

Stamina

Stamina 4 antherifera inclusa: *Antheræ* loculis parallelis, muticis. *Ovarii* loculi polyspermi. *Capsula* teretiuscula, subsessilis, dissepimento adnato. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ *oppositifoliæ, caulescentes, sæpè pilosæ.* *Flores axillares v. terminales.*

Obs. Hujus generis species determinatæ sunt Ruellia strepens, patula, clandestina, paniculata, reptans, secunda? ovata *Willd. sp. pl.* Aliæ plures probabiles.

Secundum characterem propositum exclusæ sunt omnes capsulæ loculis dispermis, quæ vix tamen in uno genere conjungi possint; harum Ruellia intrusa typus est generis, Corollâ infundibuliformi parùm inæquali; staminibus inclusis; antherarum loculis parallelis muticis; spicâ laxâ secundâ, floribus alternis minutè tribracteatis: hujus præter Justiciam gangeticam *L.* aliquas species ineditas ex Indiâ orientali habemus.

Ruellia macrophylla *Vahl.* aliæque nonnullæ americanæ quamvis loculis capsulæ dispermis instructæ distincti generis esse videntur.

Ruelliæ bifloræ ovarii loculi 2-spermi, dissepimentum adnatum incompletum; habitus genuinis Ruelliis subsimilis.

Ruellia Blechum et Blechioides rectè separatæ sunt sub nomine generico *Blechi* ab Illust. Juss. Ob dissepimentum liberum, et his addenda est R. angustifolia *Sw.*, minimè tamen iisdem jungendum sit Blechum anisophyllum *Juss.*, cujus calyx inæqualis, laciniâ dorsali maximâ, nec æqualis, Ovarii loculi 2-spermi nec polyspermi, dissepimenti segmenta sponte bipartibilia et inflorescentia diversa; hujus generis (Ætheilema *nobis*,) genuina species est Ruellia imbricata *Forsk.*, fide speciminis ab ipso auctore in Herb. Banks., et alias nonnullas ineditas ex Indiâ orientali et Africâ æquinoctiali, in eodem herbario examini subjecimus.

Lepidagatheos *Willd.* ab illo malè definitæ sequentem characterem e pluribus speciebus ex Indiâ orientali, Chinâ, Africâ æquinoctiali et etiam Indiâ occidentali, in Herb. Banks. visis desumptum propono. Calyx 5-*partitus, inæqualis.* Corolla *bilabiata.* Stamina 4 *anthera.* Ovarii *loculi 2-spermi.* Capsulæ *sessilis Dissepimentum adnatum.* Hinc patet affinitas cum *Ætheilemâ*, cui insuper approximatur, valvularum lateribus membranaceis, carinâ latâ ligneâ, et dissepimento cultro faciliùs in duas laminas scissili quàm in plerisque ordinis.

Ruellia balsamea et uliginosa cum tertiâ specie Indicâ nondescriptâ,

scriptâ, genus efficiunt potiùs ad Scrophularinas referendum, ob capsulas vix elasticè dissilientes, et semina plurima minuta, retinaculis destituta.

Ruellia depressa et spinescens ab ordine quoque removendæ, propter capsulæ et antherarum structuram, iisque proximum genus constat Ruellia ovata *Thunb. prod.* antheris simillibus, calyce et fructu diversis.

1. R. *australis*, floribus axillaribus subsessilibus solitariis ternisve, calycibus 5-partitis subulatis hirsutis, foliis lanceolatis ovalibusve, caule subdiffuso v. erectiusculo. (T. J.) *v. v.*

2. R. *pumilio*, floribus axillaribus solitariis subsessilibus, bracteis minutis, calycibus profundè 5-fidis glabris, foliis angusto-oblongis obtusis, caule diffuso. (J.) *v. v.*

3. R. *acaulis*, caule abbreviato, foliis cuneato-oblongis obtusis, pedunculis axillaribus unifloris capsulâ aliquoties longioribus, calycibus glabriusculis ebracteatis. (T.) B. *v. s.*

4. R. *bracteata*, floribus axillaribus, bracteis foliaceis magnis deciduis, corollæ tubo elongato: limbo subæquali, capsulis unguiculatis, foliis oblongis ellipticisve, caule erecto. (T.) *v. v.*

HYGROPHILA.

Calyx tubulosus, semi 5-fidus, æqualis. *Corolla* ringens. *Stamina* 4 antherifera, antherarum loculis parallelis, muticis. *Ovarii* loculi polyspermi. *Dissepimentum* adnatum. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ *paludosæ, caulescentes.* Folia *angusta.* Flores *axillares, conferti, subsessiles.* Bracteæ *parvæ, ciliatæ.* Calyx *fructûs 5-partibilis.* Capsula *sessilis, valvis dorso compressis.*

Obs. Genus (cujus typus Ruellia ringens *L.*) Ruelliæ proximum, diversum satis videtur corollâ ringenti et calyce tubuloso, qui verò capsulâ augente 5-partibilis.

1. H. *angustifolia*, foliis lanceolato-linearibus paribus approximatis, axillis pilosis, caulis internodiis superioribus corollâ brevioribus. (T.) B. *v. s.*

Obs. Hujus congener et valdè affinis est Ruellia ringens *Osb.* et *Linn. sp. pl.* exclus. syn. Floræ Zeylanicæ et Rheed. Mal.

ACANTHUS. *L. Juss.*

Dilivaria. *Juss.*

Calyx 4-partitus, inæqualis, foliolis lateralibus minoribus, inclusis. *Corolla* unilabiata. *Stamina* 4 antherifera. *Antheræ* uniloculares, barbatæ. *Ovarii* loculi 2-spermi. *Stigma* bilobum. *Dissepimentum* adnatum.

Herbæ v. Frutices. Folia *opposita, sæpiùs incisa dentibus spinosis, nunc integerrima.* Flores *spicati, tribracteati, bracteis interioribus nunc deficientibus.* Filamenta *exteriora in quibusdam sub apice denticulo aucta.*

Obs. Inter Acanthum et Dilivariam *Juss.* vix ullam differentiam in fructificationis partibus video, nec insignem in habitu, quo autem et inflorescentiâ Blepharis valdè diversa est: Crossandra huic certè affinis, sed calyce 5-partito et inflorescentiâ distinguenda.

1. A. *ilicifolius*, caule fruticoso aculeato v. inermi, foliis oblongis spinoso-dentatis passimque integris, spicâ multiflorâ: floribus tribracteatis. (T.) B. *v. s.*
Acanthus ilicifolius. *L.*

2. A. *ebracteatus*, caule suffruticoso inermi, foliis oblongis spinoso-dentatis passimque integris, spicâ multiflorâ, floribus unibracteatis. (T.) *v. v.*
Acanthus ebracteatus. *Vahl. symb.* 2. *p.* 75. *t.* 40. *Willd. sp. pl.* 3. *p.* 399.

NELSONIA.

Calyx inæqualis, 4-partitus. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5-fido, parùm inæquali. *Stamina* 2 antherifera inclusa; *Antherarum* loculis insertione æqualibus, divaricatis: sterilia nulla. *Capsula* sessilis, acumine elastico, *dissepimento* adnato, loculis polyspermis. *Semina* sine retinaculis.

Herbæ *caulescentes, diffusæ, pubescentes, subincanæ.* Folia *latiuscula, integra.* Spicæ *terminales, densæ, æquales.* Bracteæ *oppositæ, unifloræ, latæ.* Flores *parvi, bibracteolati.* Calycis *foliolum anticum emarginatum v. semibifidum.* Corolla *alba v. purpurea.*

Obs. Elytrariæ retinaculis seminum pariter destitutæ proximum genus, diversum, defectu filamentorum sterilium, figurâ antherarum, et præcipuè habitu. Huc præter nonnullas ineditas Indiæ orientalis et Africæ æquinoctialis,

forsan

forsan referendæ Justicia hirsuta, origanoides, canescens et nummulariæfolia *Vahl. enum.*

Dixi in memoriam Davidis Nelson, Hortulani meritissimi, qui in ultimo itinere Cookii plurimas novas species plantarum detexit, postea expeditioni priori Cel. Navarchi Bligh adjunctus, in insulâ Timor succubuit.

1. N. *campestris*, foliis ellipticis lanatis, bracteis spicæ acutis, calycis foliolo antico semibifido: dorsali acuto corollæque laciniis integris. (T.) *v. v.*

2. N. *rotundifolia*, foliis subrotundis: adultis pilosiusculis, bracteis spicæ acutis, calycis foliolis 2 latioribus corollæque laciniis emarginatis. (T.) B. *v. s.*

CONVOLVULACEÆ. *Juss.*

Calyx 5-divisus, (sæpissimè partitus,) persistens.
Corolla monopetala, hypogyna, regularis, limbo 5-lobo, sæpiusque plicato, decidua.
Stamina 5, imæ corollæ inserta, ejusdem laciniis alterna.
Ovarium simplex 2—4-loculare, rarò subuniloculare; nunc 2—4-partitum: oligospermum, ovulis definitis erectis, dum uno pluribus collateralibus; basi cinctum glandulâ annulari. *Stylus* 1, apice sæpè divisus, nunc ad basin definitè partitus. *Stigmata* obtusa v. acuta.
Capsula 1—4-locularis, valvis margine appositis angulis dissepimenti liberi basi seminiferi, nunc evalvis v. transversim dehiscens.
Semina Albumine parco, mucilaginoso.
Embryo curvatus; *Cotyledonibus* corrugatis; *Radiculâ* inferâ.

Herbæ v. *Frutices*, plures volubiles, et lactescentes, glabræ v. pube simplici. *Folia* alterna, indivisa v. lobata, rarò pinnatifida; exstipulata. *Inflorescentia* axillaris, v. terminalis, pedunculis 1-multifloris, partialibus sæpissimè bibracteatis.

Obs. Corrugatio cotyledonum definito seminum numero semper comitata est, ideoque ex ordine amandavi Hydroleam, Namam, Sagoneam, et Diapensiam, utroque charactere orbatas; necnon Retziam cujus semina pauciora subdefinita, sed embryone recto, teretiusculo intra albumen carnosum incluso instructa, et habitus diversissimus. Loeselia cujus stigma certè triplex nec indivisum ad Polemoniaceas rectè retulit Jussieu.

Ad Convolvulaceas pertinet Falkia, cujus ovarium 4-partitum lobis monospermis, et Embryo contortuplicatus.

Sect. I. Ovarium unicum.

CONVOLVULUS. *Jacq.*

Convolvuli species. *L.*

Calyx 5-partitus, nudus, v. bracteis 2 minoribus imbricatus. *Corolla* campanulata, 5-plicata. *Stamina* limbo breviora. *Ovarium* 2-loculare (rarò 3-loculare?), loculis dispermis. *Stylus* indivisus. *Stigmata* 2, filiformia. *Capsula* valvata.

Herbæ (*rarò* Frutices,) *volubiles v. prostratæ, sæpiùs lactescentes.*

1. C. *erubescens*, volubilis pilosiusculus, foliis hastatis: lobis posticis dentatis incisisve; intermedio lanceolato v. lineari dentato v. integerrimo, pedunculis solitariis 1—3-floris, calycis foliolis æqualibus ovatis mucronulo patulo, capsulâ erectâ bivalvi, seminibus scabris. (J. D.) *v. v.*

Convolvulus erubescens. *Sims, bot. mag.* 1067.

Obs. Nimis affinis C. *althæoidi* et *lanuginoso*.

2. C. *angustissimus*, volubilis pilosiusculus, foliis tripartitis: lobis lateralibus 2-3-fidis; intermedio longiore angusto-lineari canaliculato, pedunculis 1-floris, calycis foliolis æqualibus ovatis mucronulatis, capsulis nutantibus bivalvibus, seminibus scabris. (D.) *v. v.*

Obs. Præcedenti valdè affinis, an distincta?

3. C. *remo-*

5. C. *remotus*, volubilis pilosiusculus pube adpressâ, foliis hastatis lineari-oblongis integris, pedunculis unifloris, calycis foliolis æqualibus ovatis mucronulatis, seminibus scabris. (M.) *v. v.*

6. C. *multivalvis*, volubilis, foliis ovatis acuminatis subcordatis integris pubescentibus, corymbis pedunculatis, calycis foliolis inæqualibus acutis, capsulis erectis multivalvibus, seminibus scabriusculis angustissimè marginatis.

α. Folia utrinque pubescentia vix cordata, capsula calycibus paulò longior. (T.) *v. v.*

Convolvulus corymbosus, *Forst. prod.* non Linnei.

β. Folia glabriuscula subcordata, capsula calyce acuminato brevior. (T.) *v. v.* Forsan distincta.

Obs. Convolvulus corymbosus *L.* diversissima species est, a Plumerii icone mutuata, et radices ei adscriptæ ad Columneam in eâdem tabulâ depictam pertinent.

CALYSTEGIA.

Calyx 5-partitus, *bracteis* duabus foliaceis inclusus. *Corolla* campanulata, 5-plicata. *Stamina* subæqualia, limbo breviora. *Ovarium* semibiloculare, 4-spermum. *Stylus* indivisus. *Stigmata* 2, obtusa, (teretia v. globosa). *Capsula* unilocularis.

Herbæ *lactescentes, glabræ, volubiles v. prostratæ, (extra tropicum provenientes)*. *Pedunculi solitarii, uniflori.*

Obs. Ob duplicem notam bractearum et capsulæ genus constitui primo intuitu facilè distinguendum, complectens Convolvulum Soldanellam *L.* spithameum *L*? et speciem chinensem ineditam foliis altè lobatis.

1. C. *sepium*, foliis sagittatis acutissimis : posticè obtusis truncatisve integris, bracteis acutis calyce longioribus dimidio corollæ brevioribus, pedunculo angulato petiolum superante. (J. M. D.) *v. v.*

Convolvulus sepium. *L.*

Convolvulus repens. *L.* (fide exemplaris Herb. Gronovii quod unica auctoritas hujus speciei, in Herb. Linn. non extantis: Convolvulus repens *Vahl. symb.* 1. *p.* 17. et Belleri *Rheed. malab.* 11. *p.* 107. *t.* 52. valdè diversi sunt, nec hujus generis.)

Obs. Convolvulus tuguriorum, *Forst. prod. n.* 74. secundum illius iconem ineditam, huic valdè affinis et vix distincta.

2. C. *marginata*, foliis sagittatis acutissimis : posticè acutiusculis

culis subdentatis, bracteis obtusis corollæ dimidio longioribus, pedunculo petiolis breviore: angulis marginatis undulatis. (J.) *v. v.*

3. C. *reniformis*, foliis reniformibus subrepandis crassiusculis, pedunculis teretiusculis, bracteis cordatis longitudine calycis, caule prostrato. (J.) *v. v.*

Obs. Facies C. Soldanellæ *L.* diversa præcipuè pedunculis teretiusculis: an verè distincta species?

IPOMŒA. *Jacq.*

Ipomœa. *L.* Convolvuli species. *L.*

Calyx 5-partitus, nudus. *Corolla* campanulata v. infundibuliformis, 5-plicata. *Ovarium* 2-3-loculare, loculis dispermis. *Stylus* indivisus. *Stigma* capitatum, 2-3-lobum. *Capsula* 2-3-locularis.

Herbæ *volubiles, quandoque erectæ.* Folia *indivisa v. lobata, nunc pinnatifida.* Semina *in quibusdam comosa.*

Obs. Species nonnullæ, scilicet Ipomœa Quamoclit., coccinea, filiformis, sanguinea et repanda, a reliquis diversæ sunt corollâ angusto-infundibuliformi, staminibus adscendentibus limbum subæquantibus; vix aliis notis.

I. *Caulis volubilis. Folia indivisa.*

1. I. *alata*, glabra, foliis cordatis acuminatis integris: petiolis marginatis, pedunculis unifloris tetragonis alatis, bracteis caducis. (T.) *v. v.*

2. I. *longiflora*, glabra, foliis cordatis indivisis trilobisve acutis: petiolis apice subtùs biglandulosis, pedunculis 1—3-floris: fructiferis incrassatis, calyce subinæquali obtuso mutico, corollis longissimis. (T.) *v. v.*

3. I. *gracilis*, glabra, foliis hastatis subtùs basi biglandulosis utrinque acutis, pedunculis unifloris, calycibus rugosis acutis corollâ ter brevioribus, seminibus umbilico barbato. (T.) *v. v.*

Obs. Varietas caule piloso, lobis posticis foliorum obtusiusculis.

4. I. *plebeia*, pubescens, foliis hastato-cordatis acuminatis integris posticè rotundatis, pedunculis unifloris petiolo brevioribus juxta basin bibracteatis, calycibus æqualibus acuminatis pilosis, capsulis glabris, seminibus lanatis. (T.) B. *v. s.*

5. I. *eriocarpa*, pubescens, foliis cordatis lanceolatis acuminatis integris,

integris, pedunculis 2-3-floris brevissimis, calycibus acuminatis capsulisque pilosis. (T.) B. *v. s.*

6. I. *luteola*, glabra, foliis cordatis acuminatis integerrimis (vix uncialibus), pedunculis subunifloris, calycibus acutis, corollâ flavâ. (T.) *v. v.*

7. I. *Turpethum*, pubescens, foliis cordatis acutis integris: inferioribus nunc angulatis, pedunculis inferioribus multifloris; superioribus 1-2-floris, bracteis membranaceis ovatis caducis, calycibus sericeis, capsulis didymis tenuissimis inclusis, seminibus glabris, caule angulato. (T.) *v. v.*

Convolvulus Turpethum. *L.*

Obs. Planta Herbarii Hermanni, quæ hujus speciei unica auctoritas, a nostrâ paulò diversa caule latiùs alato.

8. I. *velutina*, tomentosa, foliis cordatis obtusis integris mollibus: sinu baseos subtruncato, pedunculis multifloris, calycibus glabris obtusis. (T.) *v. v.*

9. I. *abrupta*, glabra, foliis cordatis acutiusculis: sinu baseos clauso, pedunculis unifloris petiolum vix æquantibus, calycibus æqualibus ovalibus obtusis. (T.) D. Bauer. *v. s.*

10. I. *congesta*, tomentosa, foliis cordatis acuminatis integris mollibus, pedunculis multifloris: pedicellis congestis, calycis foliolis acumine subulato: interioribus minoribus, (T.) B. *v. s.*

11. I. *urceolata*, tomentosa, foliis cordatis subreniformibus integris, cymis multifloris subsessilibus, calycibus æqualibus pilosis orbiculatis obtusis, corollæ tubo urceolato subovato. (T.) B. *v. s.*

12. I. *graminea*, glabra, foliis elongato-linearibus mucronatis integerrimis, pedunculis unifloris, calycibus obtusis, corollis longissimis. (T.) *v. v.*

13. I. *denticulata*, glabra, foliis hastatis lanceolatis linearibusve acutissimis: lobis posticis dentatis, pedunculis unifloris, calycibus subæqualibus: foliolis oblongo-lanceolatis acuminatis. (T.) *v. v.*

Tala-neli. *Rheed. mal.* 11. *p.* 113. *t.* 55.

Obs. Convolvulus Medium *L.* ad quem synonymon supra citatum Rheedii retulit, diversus esse videtur secundum descriptionem calycis.

II. *Caulis repens v. prostratus. Folia indivisa integra v. incisa.*

14. I. *carnosa*, prostrata glaberrima, foliis cordatis emarginatis carnosis eglandulosis (vix uncialibus), pedunculis 1-2-floris, calycibus æqualibus. (T.) *v. v.*

15. I. mari-

15. I. *maritima*, repens glaberrima, foliis subrotundis emarginatis bilobisve crassiusculis basi subtùs biglandulosis, pedunculis 1-multifloris, calycibus obtusis: foliolis exterioribus brevioribus. (T.) *v. v.*
Convolvulus maritimus. *Lam. encyc. botan.* 3. *p.* 550.
Convolvulus brasiliensis. *L.* et C. Pes capræ *L.*

16. I. *incisa*, prostrata villosiuscula, foliis subcordatis dentato-incisis: superioribus hastatis, pedunculis unifloris glabris folio longioribus, calycis foliolis æqualibus lanceolatis acuminatis. (T.) *v, v.*

17. I. *cinerascens*, repens tomentosa, foliis subcordatis ovato-oblongis incisis subsericeis, pedunculis 1-2-floris villosis folio longioribus, calycis glabri foliolis æqualibus oblongo-lanceolatis acutis. (T.) *v. v.*

III. *Caulis volubilis. Folia lobata.*

18. I. *hederacea*, pilosa, foliis cordatis trilobis: lobis lateralibus acutis; intermedio acuminato, pedunculis unifloris, calycibus hirsutis: foliolis lanceolatis acumine elongato subulato, capsulis erectis trilocularibus. (T.) B. *v. s.*
Ipomœa hederacea. *L.* et Convolvulus Nil. *L.*

19. I. *paniculata*, glaberrima, foliis palmatis: lobis subseptenis oblongo-lanceolatis integris, cymis dichotomis, calycibus æqualibus obtusis, capsulis erectis, seminibus comosis. (T.) *v. v.*
Convolvulus paniculatus. *L.*

20. I. *pendula*, glabra, foliis quinato-digitatis: foliolis lanceolatis mucronulatis margine integerrimis: extimis indivisis bifidisve, pedunculis 1-3-floris, calycis foliolis subæqualibus obtusis tubo corollæ ter brevioribus. (J. T.) *v. v.*
Convolvulus mucronatus. *Forst. prod. n.* 79. (fide exemplaris a Novâ Caledoniâ, ab ipso auctore nominatò in Herb. Banks.)

21. I. *quinata*, glabra, foliis quinato-digitatis: foliolis lanceolatis integerrimis mucronulatis, pedunculis unifloris, calycibus obtusis: foliolis duobus interioribus duplo longioribus dimidium tubi corollæ æquantibus. (T.) *v. v.*
Obs. Nimis affinis sequenti; an distincta species?

22. I. *hirsuta*, hirsuta pilis patulis, foliis quinato-digitatis: foliolis oblongo-lanceolatis, pedunculis subunifloris, calycibus glabris obtusis: foliolis duobus interioribus paulò longioribus. (T.) *v. v.*

23. I. *dis-*

23. I. *dissecta*, glabra, foliis palmatis: laciniis linearibus dentato-pinnatifidis: intermediâ elongatâ, pedunculis subunifloris, calyce dimidium corollæ (semuncialis) æquante: foliolis ovatis nervis cristatis. (T.) v. v.
Ipomœa dissecta. *Willd. phyt.* 1. *p.* 5. *t.* 2. *f.* 3? *Sp. pl.* 1. *p.* 880?

24. I. *diversifolia*, glabra, foliis palmatis: laciniis linearibus dentato-pinnatifidis: intermediâ elongatâ passim integrâ, pedunculis unifloris, calyce ¼ corollæ (uncialis et ultrà) æquante: foliolis oblongis nervis rugosis. (T.) v. v.

IV. *Caulis erectiusculus.*

25. I. *biflora*, tomentosa, caule apice flexuoso, foliis lanceolatis acutis integerrimis: basi obtusâ, pedunculis subbifloris, calycis foliolis ovatis acuminatis. (T.) v. v.

26. I. *erecta*, tomentosa erecta, foliis oblongo-linearibus obtusis integerrimis, pedunculis subunifloris, calycis foliolis acutis, capsulâ sexvalvi. (T.) v. v.

27. I. *pannosa*, tomentosa suffruticosa erectiuscula, foliis integerrimis oblongis obtusiusculis pannoso-tomentosis, pedunculis unifloris, calycis foliolis acuminatis: duobus interioribus duplo minoribus. (T.) v. v.

28. I. *heterophylla*, annua adscendens glabriuscula v. pilosa, foliis oblongis semihastatis integris obtusis nunc e basi pinnatifidâ suprà dentatis, pedunculis unifloris brevissimis, calycis foliolis æqualibus lanceolatis acuminatis. (T.) v. v.

BREWERIA.

Calyx 5-partitus. *Corolla* infundibuliformis, plicata. *Styli* 2, indivisi, basi subconnati. *Stigmata* capitata. *Capsula* bilocularis, valvata, loculis dispermis, calyce haud mutato cincta.

Herbæ *diffusæ, non lactescentes.* Folia *integra.* Flores *axillares, subsolitarii.*

Obs. Affinitate media inter Ipomœas ultimæ sectionis et Evolvulum: a Poranâ, cui charactere proxima, distinguitur calyce fructifero non mutato, et habitu. Bonamia *Aub. du Petit Thuar. isl. afr.* 17. *t.* 5. quæ a Poranâ differt solummodò calyce fructifero non mutato, a Breweriâ distinctissima habitu, charactere simillima est, nec diversa nisi seminibus

minibus arillato-baccatis, stylis exsertis et forsàn corollis non plicatis.

Genus in memoriam dixi Samuelis Brewer, a Dillenio in Historia muscorum sæpè laudati.

1. B. *linearis*, villosa, foliis lanceolato-linearibus complicatis, stylis æqualibus basi cohærentibus. (T.) *v. v.*

2. B. *media*, villosiuscula, foliis lanceolatis: basi obtusâ subcordatâ, stylis inæqualibus ad medium connatis. (T.) *v. v.*

3. B. *pannosa*, tomentosa, foliis ovatis subcordatis pannoso-tomentosis, calycibus inæqualibus: foliolis exterioribus ovatis subacuminatis, stylis inæqualibus infrà connatis. (T.) *v. v.*

POLYMERIA.

Calyx 5-partitus. *Corolla* infundibuliformis, plicata. *Stylus* 1. *Stigmata* 4—6, acuta. *Ovarium* 2-loculare, loculis 1-spermis. *Capsula* 1-locularis, 1-2-sperma.

Herbæ *diffusæ v. repentes, non lactescentes. Pedunculi axillares, bibracteati.*

Obs. Convolvulo proxima; diversa, stigmatum numero et ovarii loculis monospermis.

1. P. *calycina*, calycis foliolis inæqualibus: exterioribus basi cordatâ, seminibus glabris.
   α. Folia oblonga obtusa glabriuscula. (J. T.) *v. v.*
   β. Folia oblongo-linearia, pube tenuissimâ. (T.) *v. v.*

2. P. *pusilla*, calycis foliolis æqualibus, foliis cordatis subemarginatis unifloris, seminibus villosiusculis.
   α. Folia ovata obtusa. (T.) *v. v.*
   β. Folia subhastata linearia. (T.) *v. v.*

3. P. *quadrivalvis*, calycibus æqualibus, foliis cordatis obtusis suprà glabris subtùs venis pubescentulis, pedunculis unifloris, capsulâ 4-valvi 2-spermâ, seminibus tomentosis. (T.) *v. v.*

4. P. *lanata*, calycibus æqualibus, foliis cordatis obtusis mucronulatis utrinque seminibusque lanatis, pedunculis unifloris. (T.) *v. v.*

5. P. *ambigua*, calycibus æqualibus, foliis cordatis oblongis obtusis mucronulatis suprà glabriusculis subtùs lanatis, pedunculis 1—3-floris. (T.) *v. v.*

EVOLVULUS. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* subrotata, plicata. *Ovarium* 2-loculare, loculis 2-spermis. *Styli* duo, bipartiti. *Stigmata* simplicia. *Capsula* valvata.

Herbæ *non lactescentes, prostratæ v. repentes, rarò erectæ.* Folia *integra.* Pedunculi *axillares 1-pauciflori, pedicellis bibracteatis.*

Obs. Cladostyles *Humboldt* et *Bonpland.* differt tantummodo capsulâ evalvi, et forsan numero ovulorum.

1. E. *linifolius,* erectus villosus, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus, pedunculis 1—3-floris folio paulò longioribus, stylis 4 geminatim approximatis. (T.) *v. v.*
   Evolvulus linifolius. *L.*

2. E. *decumbens,* prostratus villosus, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus, pedunculis subunifloris folio paulo longioribus, stylis 2 bipartitis. (T.) *v. v.*

3. E. *alsinoides,* procumbens villosus, foliis ovalibus subsessilibus, pedunculis subbifloris folia æquantibus, capsulis deflexis. (T.) *v. v.*
   Evolvulus alsinoides. *L.* (secundum exemplaria Herb. Herm. quorum folia brevissimè petiolata.)
   Evolvulus hirsutus. *Lam. encyc. botan.* 3. *p.* 538. (secundum descriptionem, sed ejusdem icon in *Illust. gen. t.* 216. paulò differt pedunculis omnibus unifloris, hinc convenit fig. *Burm. zeyl.* 9. necnon *t.* 6. *f.* 1. et *Pluk. t.* 9. *f.* 1.)

4. E. *villosus,* diffusus villosus, ramis adscendentibus, foliis lanceolato-oblongis, pedunculis 1-2-floris folio longioribus. (T.) *v. v.*
   Evolvulus villosus. *Flor. peruv. et chil.* 3. *p.* 30. *t.* 253. *f.* 6.
   Obs. Nimis affinis Evolvulo alsinoidi.

5. E. *argenteus,* diffusus incanus, ramis elongatis indivisis, foliis lanceolato-ovatis subsessilibus acutis argenteis, pedunculis unifloris folia subæquantibus. (T.) *v. v.*
   Obs. Quam maximè affinis Evolvulo sericeo *Flor. peruv. et chil.* 3. *p.* 30. *t.* 252. cujus folia latiora, ovata et petiolata.

CRESSA. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5-partito, laciniis planis. *Stamina* exserta. *Ovarium* 2-loculare,

lare, loculis dispermis. *Styli* 2. *Stigmata* capitata. *Capsula* monosperma.

Herbæ *humiles, non lactescentes, pubescentes.* Folia *sparsa, integerrima.* Flores *in alis foliorum summorum subspicati, bibracteati.*

1. C. *australis,* foliis lanceolato-ellipticis subsessilibus, caule erecto. (T.) *v. v.*

Obs. Cressa cretica *L.* (a quâ haud specie differt Cressa indica *Retz.*) distinguitur, foliis ovatis sessilibus basi obtusis, calycibus subsericeis, caule sæpè diffuso; in utrâque corolla extùs plùs minùs barbata.

WILSONIA.

Calyx urceolatus, 5-gonus, 5-dentatus. *Corolla* infundibuliformis, æstivatione imbricatâ. *Ovarium* 2-spermum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* capitata. *Capsula* - - -

Suffrutex *humilis, prostratus, ramosissimus, pubescens.* Folia *disticho-imbricata, parva, crassiuscula, sessilia.* Flores *axillares, sessiles, solitarii, ebracteati.*

Obs. Fructu ignoto affinitas incerta, habitu haud multùm diversa a Cressâ. Ovarium rursùs introspiciendum ut constet an biloculare sit necne.

In memoriam dixi Joannis Wilson, auctoris operis haud spernendi "A Synopsis of British plants in Mr. Ray's method" dicti, de quo plura vide in *Pult. Sketch.* 2. *p.* 264.

W. *humilis.* (M.) *v. v.* flor. emarcid. fruct. immat.

Sect. II. Ovaria 2—4, unilocularia.

DICHONDRA. *Forst.*

Steripha. *Banks. Gært.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* subrotata, limbo 5-partito, plano. *Ovaria* 2, disperma. *Styli* 2, basilares. *Stigmata* capitata. *Utriculi* 1-spermi.

Herbæ *humiles, repentes, pubescentes, non lactescentes.* Folia *cordata, petiolata, integra.* Pedunculi *axillares, uniflori, ebracteati.*

Obs. Falkia quæ hujus sectionis a Dichondrâ distinguitur Calyce 5-fido: Corollâ plicatâ: Ovariis 4, monospermis, basi geminatim Stylorum ope connexis: Cotyledonibus sessilibus.

1. D. re-

1. D. *repens*, pubescens, foliis reniformibus retusis emarginatisve. (J. M. D.) *v. v.*

Dichondra repens. *Forst. gen.* (fide specim. e Novâ Zelandiâ, ubi primùm detecta ab Illust. Banks.)

Dichondra sericea. *Sw. flor. ind. occid.* 1. *p.* 556. (secundum specimina Jamaicensia differt solummodo foliis subtùs magis sericeis, quæ tamen in plantâ Novæ Hollandiæ sæpè subsericea sunt.)

Dichondra repens. *Flor. peruv. et chil.* 3. *p.* 23. (secundum exemplar peruvianum a Dombey, vix specie diversa, folia tamen majora et pedunculos breviores habet.)

Sect. III. Embryo acotyledoneus.

CUSCUTA. *L.*

Calyx 5- rarò 4-fidus. *Corolla* globoso-urceolata, limbo 5-fido, marcescens. *Ovarium* 2-loculare, loculis dispermis. *Capsula* bilocularis, circumscissa.

Herbæ *aphyllæ, volubiles, parasiticæ.* Flores *aggregati, subcapitati v. spicati, unibracteati.* Squamæ 5; *epipetalæ, infra filamenta, iisdemque oppositæ, rarò deficientes.*

Obs. I. E speciebus decem examini subjectis novem constanter decimam sæpè floribus 5-fidis observavi: unica monogyna est, digynarum duæ tantùm stigmatibus acutis, unica inedita absque squamis epipetalis quæ in C. *europæâ* et *monogyna* certè exstant.

Obs. II. Germinationem embryonis indivisi in Cuscutâ europæâ primùm descripsit Linneus in *Sp. pl. ed.* 2. *p.* 180., mox Adanson in *Famill.* 2. *p.* 241. et Gouan *in Flor. monsp.* 16.: nuperiùs in C. *australi* Mirbel in *Ann. du mus.* 13. *p.* 65.

1. C. *australis*, digyna, stigmatibus capitatis, squamis epipetalis fimbriato-laceris infra filamenta latè subulata desinentibus, calycis profundè 5-fidi laciniis lævibus. (J. T.) *v. v.*

2. C. *carinata*, digyna, stigmatibus capitatis, squamis epipetalis fimbriato-laceris bases filamentorum subulato-filiformium superantibus, calycis 5-fidi laciniis carinatis subrugosis. (T.) B. *v. s.*

Grammica aphylla. *Lour. cochin.* 171. (fide specim. ab auctore in Herb. Banks. visi.)

BORAGINEÆ. *Juss.*

Calyx 5-divisus, (rarò 4-divisus,) persistens.
Corolla hypogyna, monopetala, sæpissimè regularis, 5-fida, nunc 4-fida; æstivatione imbricatâ.
Stamina epipetala, numero laciniarum et cum iis alternantia, rarò plura.
Ovarium 4-partitum, 4-spermum, v. simplex 2—4-loculare, ovulis definitis, pendulis.
Nuculæ 4, distinctæ v. infrà connatæ; nunc *Drupa* 4-locularis v. *Bacca* 2—4-pyrena.
Semina exalbuminosa, modò albumine lamelliformi, carnoso.
Embryo inversus.
Herbæ v. *Frutices.* *Folia* alterna, exstipulata, sæpè aspera. *Flores* in spicis sæpè secundi, nunc paniculati, v. corymbosi, quandoque axillares solitarii.

Obs. Distincti ordinis initia constituunt genera capsularia Hydrophyllum, Phacelia et Ellisia, ob albumen copiosum cartilagineum, et folia composita v. altè lobata: in Hydrophyllo embryo minutus; in Phaceliâ (cui pertinet Aldea *Flor. peruv. et chil.* quæ vix specie differt a Hydrophyllo magellanico *Lam.*) embryo ferè longitudine albuminis; in Ellisiâ inquirendus.

An insuper ab ordine removendæ Cordia et Varronia (genere vix diversæ)? in quibus Cotyledones plicatæ et Stylus dichotomus.

In Bourreriâ Gærtnerus filius embryonem erectum descripsit, qui in *Ehretiâ acuminatâ* certè inversus est.

HELIOTROPIUM. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* hypocrateriformis; fauce edentulâ; limbo 5-fido, sinubus plicatis, simplicibus v. dente instructis. *Stamina* inclusa. *Stigma* peltatum, subconicum. *Nuculæ* 4, cohærentes, receptaculo communi nullo.

Obs.

Obs. Excludenda sunt H. indicum *L.* ob nucem altè bilobam mitriformem, lobis bipartibilibus, segmentis biloculeribus loculo ventrali vacuo: et H. malabaricum *Retz.* necnon H. supinum *Willd. sp. pl.* ob calycem tubulosum 5-dentatum. H. villosum *Willd.* differt fauce intùs dentibus 5 subulatis coarctatâ.

I. *Spicæ conjugatæ v. dichotomæ, ebracteatæ, novellæ spiraliter revolutæ. Faux imberbis. Embryo rectus.* Heliotropia vera.

1. H. *asperrimum*, strigosum asperrimum, spicis capituliformibus, foliis oblongis obtusis subsessilibus: marginibus revolutis undulatis, caule erecto. (M.) *v. v.*

2. H. *glandulosum*, spicis conjugatis, foliis ovalibus obtusis rugosis tomentosis calycibusque glandulosis, caule suffruticoso. (M.) *v. v.*

3. H. *ovalifolium*, foliis ovalibus villosis sericeis, spicis conjugatis simplicibusque, calycibus inæqualibus, stigmate subsessili apice barbato, caule erecto v. decumbenti. (T.) *v. v.*

Heliotropium ovalifolium. *Forsk. arab.* 38. (auctoritate speciminis ab illo in Herb. Banks.)

Heliotropium coromandelianum. *Retz. obs.* 2. *p.* 9. forsan diversum, quoniam auctor caulem et folia hispida statuit, quæ in H. ovalifolio sericea et subargentea sunt.

4. H. *gracile*, foliis oblongo-lanceolatis acutiusculis, planis utrinque cinerascentibus pilis adpressis, spicis conjugatis simplicibusve, calycibus inæqualibus, caule erecto. (T.) *v. v.*

Obs. Nimis affine H. *ovalifolio*.

II. *Spicæ solitariæ; bracteis suboppositifloris, foliaceis; novellæ non spirales. Faux intùs barbata. Embryo arcuatus.* Orthostachys.

5. H. *foliatum*, annuum strigosum pilis decumbentibus, ramis adscendentibus, foliis lanceolatis planis, spicis paucifloris, bracteis lanceolatis subpetiolatis calyce duplò longioribus. (T.) *v. v.*

6. H. *bracteatum*, annuum strigosum pilis decumbentibus, ramis erectis, foliis lanceolatis planis, spicis paucifloris, bracteis lanceolatis subsessilibus, calyce paulò longioribus. (T.) *v. v.*

7. H. *pauciflorum*, annuum erectum ramosissimum strigosum pilis decumbentibus, foliis lanceolato-linearibus (semunciâ brevioribus): marginibus recurvis, spicis paucifloris, bracteis

teis linearibus longitudine calycis acutiusculi tubum corollæ æquantis. (T.) *v. v.*

8. H. *ventricosum*, annuum erectum ramosum strigosum pilis subpatentibus, foliis linearibus acutis: marginibus recurvis, spicâ multiflorâ, bracteis calycem acuminatum æquantibus, tubo corollæ juxta apicem exsertum ventricoso. (T.) *v. v.*

9. H. *tenuifolium*, incano-tomentosum erectum, foliis filiformi-linearibus, spicis alternis solitariisve, bracteis subulatis calyce sericeo brevioribus. (T.) *v. v.*

10. H. *fasciculatum*, suffruticosum ramosissimum strigosum pilis patentibus, foliis linearibus acutis margine recurvis sessilibus (sesquilinearibus) passim fasciculatis, floribus sparsis. (T.) *v. v.*

11. H. *paniculatum*, suffruticosum ramosissimum strigosum pilis subadpressis, foliis angusto-linearibus margine recurvis, spicis alternis paniculatis, bracteis calyce acuto brevioribus. (T.) *v. v.*

12. H. *glabellum*, suffruticosum ramosissimum glabrum, foliis filiformi-linearibus margine recurvis subtùs pilis paucissimis, spicis raris, bracteis subulatis calycem ciliatum vix æquantibus, limbo corollæ tubo breviore. (T.) *v. v.*

OBS. Proximum H. zeylanico *L.*

13. H. *prostratum*, annuum prostratum strigosum pilis adpressis, foliis lanceolatis acuminatis planis subsessilibus, bracteis calyces vix æquantibus. (T.) *v. v.*

MYOSOTIS.

Myosotidis species. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* hypocrateriformis; *fauce* clausâ fornicibus: *limbo* 5-partito, obtuso. *Stamina* inclusa; antheris peltatis. *Stigma* capitatum. *Nuces* 4, distinctæ, basi umbilicatæ.

Racemi *simplices, ebracteati.*

OBS. Nisi racemis ebracteatis vix diversa ab Anchusâ, cui ideo referendæ sunt Myosotis spathulata *Forst.* et rupestris *Pall.*

Species Linneanæ fructu echinato, distinctum genus constituunt, Cynoglosso proximum, ob nuces columnæ centrali adnatas, echinatas, compressas nec depressas, et racemos bracteatos.

1. M. *aus-*

1. M. *australis*, hispida, foliis oblongo-lanceolatis, calycibus tubum æquantibus: pilis patentibus uncinatis. (J. D.) *v. v.*

EXARRHENA.

Calyx 5-fidus. *Corolla* hypocrateriformis; *fauce* fornicibus coarctatâ: *limbo* 5-partito, obtuso. *Stamina* exserta; antheris peltatis. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* subsimplex. *Nuces* 4, distinctæ, basi umbilicatæ.

Herba *facie* Myosotidis, (*cui certè quam maximè affinis, et diversa præcipuè genitalibus exsertis,*) *pilosa.* Folia *decurrentia.* Racemi *conjugati v. solitarii, ebracteati.* Flores *albi, suaveolentes.*

E. *suaveolens.* (D.) *v. v.*

CYNOGLOSSUM.

Cynoglossi species. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* breviter infundibuliformis; *fauce* clausâ fornicibus: *limbo* 5-partito, obtuso. *Stamina* inclusa. *Stigma* capitatum, subemarginatum. *Nuces* depressæ, intùs adnatæ columnæ centrali.

Racemi *sæpiùs ebracteati, nunc bracteati, bracteis quandoque maximis foliiformibus.*

Obs. Excludendæ sunt species Linneanæ genitalibus v. saltem staminibus exsertis; necnon eæ nucibus compressis.

Rindera *Pall.* distinctissima est fauce nudâ, nucibusque compressis.

1. C. *australe*, racemis ebracteatis, nucibus echinatis: glochidibus dorsalibus paucioribus: marginalibus longioribus simplici serie, foliis lanceolatis utrinque strigosis, caule erecto. (J. D.) *v. v.*

Obs. C. hirsutum *Thunb. prod.* differt glochidibus æqualibus.

2. C. *suaveolens*, racemis bracteatis, nucibus echinatis: glochidibus æqualibus, foliis strigosis lanceolatis: rameis semiamplexicaulibus. (M. J.) *v. v.*

3. C. *latifolium*, pedunculis extraaxillaribus, foliis floralibus ovatis subpetiolatis acuminatis scabris, caule aculeato. (J.) *v. v.*

TRI-

TRICHODESMA.

Borraginoides. *Boerh. lugd.* 1. *p.* 188. cum tab. *Mœnch. meth.* 515. Pollichia. *Medic. philos. bot. par.* 1. *p.* 32. Borago. *Gært.* 1. *p* 323. *t.* 67. Boraginis species. *L. Juss.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* subrotata; *fauce* nudâ: *limbi* laciniis apice subulatis. *Stamina* exserta: *filamenta* brevissima: *Antheræ* villis dorsalibus bifariis cohærentes, aristis subulatis, tortilibus. *Stigma* subsimplex. *Nuces* semiimmersæ; foveis columnæ quadrialatæ, juxta apicem affixatæ. Herbæ *strigosæ*. Racemi *bracteati*.

Obs. Genus cujus species sunt Borago indica, zeylanica et africana, a Boragine sat superque diversum structurâ fructûs et antherarum, necnon fauce corollæ esquamatâ.

1. T. *zeylanica*, calycibus inauritis, nucibus lævibus immarginatis, foliis subsessilibus basi attenuatis. (T.) *v. v.*
Borago zeylanica. *L.*
Obs. Planta polymorpha præsertim strigorum et pubescentiæ copiâ.

TOURNEFORTIA.

Tournefortiæ species. *L.* Messerschmidia. *L.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* hypocrateriformis (v. subrotata), fauce nudâ. *Stamina* inclusa. *Stigma* peltatum, subconicum. *Bacca* dipyrena, ossiculis dispermis.
Frutices *volubiles v. erecti.* Folia *scabra v. tomentosa, integra.* Spicæ *secundæ, ebracteatæ, sæpiùs cymosæ.*

Obs. Embryo certè inversus in hoc genere cui pertinent Tournefortia cymosa *L.* fœtidissima *L.* bicolor *Sw.* Heliotropium gnaphalodes *L.* et Messerschmidiæ.
In Tournefortiâ hirsutissimâ *Sw.* Bacca tetrapyrena, ossiculis monospermis, Embryo rectus, radiculâ superâ.
In Tournefortiâ volubili *L.* et scandenti *Sol. mss.* Corollæ laciniæ subulatæ, Bacca tetrapyrena, abortione sæpè 1-2-pyrena, ossiculis monospermis, Embryo arcuatus, cotyledonibus per dorsum, radiculâ per ventrum loculi descendentibus: ovula itaque forsan pendula quamvis radicula quasi infera. Hæ v. seorsum ob figuram limbi, v. cum T. *hirsutissimâ* junctæ distinctum genus constituere debent.

Tourne-

Tournefortia humilis *L.* ad secundam sectionem Heliotropii pertinet, a reliquis diversa, fauce intùs squamulis 5 minutis, barbatis, deflexis.

1. T. *orientalis*, volubilis, foliis latè ovatis subacuminatis glabris, cymis dichotomis, corollæ limbo 5-fido: sinubus plicatis, pyrenis cellulosis. (T.) B. *v. s.*

2. T. *argentea*, erecta sericeo-tomentosa, foliis ovatis, cymis decompositis, corollâ rotatâ, stigmate sessili bifido. (T.) *v. v.*

Tournefortia argentea. *Linn. suppl.* 133.

EHRETIA.

Ehretiæ species. *L.*

Calyx profundè 5-fidus. *Corolla* infundibuliformis; *fauce* nudâ: *limbo* 5-lobo. *Stamina* exserta. *Stylus* semibifidus. *Stigmata* obtusa. *Bacca* dipyrena, ossiculis bilocularibus, dispermis.

Arbores v. Frutices. Folia *integra v. serrata.* Paniculæ *terminales.*

Obs. Præter E. tinifoliam *L.* et alteram ex Indiâ orientali, nullas genuinas species observavi. In E. buxifoliâ *Roxb.* inflorescentia diversa, stylus bipartitus, et drupæ baccatæ putamen e pyrenis duabus arctè cohærentibus 4-loculare, præter cellulas 8 vacuas.

In Ehretiâ asperâ *Roxb.* lævi *Roxb.* et tertiâ specie ab Africâ æquinoctiali, Bacca tetrapyrena, ossiculis bilocularibus, loculo majore vacuo hinc aperto, Embryo inversus vix arcuatus, Calyx 5-partitus.

In Ehretiâ Beurreriâ *L.* Calyx tubulosus, et secundùm *Gært. fil.* bacca tetrapyrena, ossiculis dispermis, embryone erecto: situs tamen embryonis ulterioribus observationibus determinandus.

1. E. *acuminata*, foliis oblongis acuminatis serratis glaberrimis, paniculâ decompositâ, ramis ramulisque glaberrimis. (J.) *v. v.*

2. E. *saligna*, foliis lineari-lanceolatis subfalcatis elongatis integerrimis glabris (3—5-uncialibus), cymis paniculatis dichotomis, floribus polygamis. (T.) *v. v.*

Obs. Fructus iterum scrutandus.

3. E. *membranifolia*, foliis longo-lanceolatis integerrimis gla-

 berrimis

berrimis strictis membranaceis (1½—2½ unciam longis), cymis dichotomis. (T.) *v. v.*

OBS. Fructu ignoto genus incertum, habitus omnino E. salignæ.

CORDIA. *L.*

Cerdana. *Flor. peruv. et chil.*
Varronia. *L.* *Desvaux in jour. de botan.* 1. *p.* 257.

Calyx tubulosus, 5- rarò 4-dentatus. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5—4-fido. *Stamina* numero laciniarum, rarò plura. *Stylus* dichotomus. *Stigmata* 4. *Drupa* calyce partim v. omninò tecta, putamine 4-loculari, abortione 1—3-loculari. *Cotyledones* plicatæ!

Arbores v. Frutices. Folia *integerrima v. incisa. Inflorescentia terminalis, paniculata, corymbosa v. spicata, ebracteata.*

OBS. Inter Cordiam et Varroniam nullum discrimen solidum invenire licuit; in utrâque ovarium tetraspermum, putamen sæpè monospermum, stylus dichotomus, et cotyledones plicatæ. Varroniæ pleræque inflorescentiâ et limbo breviore vix patenti distingui equidem possint a Cordiâ, cujus verò species invicem calyce et fructu magis discrepant.

Cerdana *Flor. peruv.* 2. *p.* 47. *t.* 184. secundum characterem et iconem nullo modo differt a Cordiâ,

Cordiæ species dividendæ sint in duas phalanges, altera calyce lævi, altera decemstriato.

Patagonulæ fructus ignotus ideoque genus dubium, sed a Cordiâ calyce 4-partito differt.

1. C. *orientalis*, foliis ovatis subacuminatis lævibus integris, calycibus glabris exsulcis, drupâ inclusâ. (T.) *v. v.*
Novella nigra. *Rumph. amb.* 2. *p.* 226. *t.* 75?

2. C. *dichotoma*, foliis ovatis subdentatis glabris, cymis oppositifoliis pedunculatis, floribus 4-fidis, calycibus lævibus fructûs campanulatis, drupâ exsertâ viscidâ. (T.) *v. v.*
Cordia dichotoma. *Forst. prod. n.* 110.

LABI-

LABIATÆ. *Juss.*

DESCRIPTIO. *Calyx* tubulosus; seu regularis 5-fidus, v. 5—10-dentatus; aut labiatus, labiis integris v. divisis.

Corolla monopetala, hypogyna, tubulosa, irregularis. *Labium superius* indivisum v. bifidum, æstivatione equitans *inferius* 3-fidum.

Stamina 4, didynama, duobus quandoque sterilibus. *Filamenta* sub sinubus labii inferioris interlabialibusque inserta. *Antheræ* bilobæ, lobis sæpiùs divaricatis, et nunc septo obsoleto suturâque continuâ subuniloculares, quandoque dimidiatæ.

Ovaria 4, monosperma, basi mediante stylo connexa, disco glanduloso insidentia et infrà cincta, ovulis erectis. *Stylus* 1, a receptaculo ortus. *Stigma* bifidum, sæpiùs acutum, nunc inæquale, v. dilatatum.

Semina (Cariopsides *Rich.*) quatuor, calyce persistenti recondita, uno alteroque sæpè abortiente, rariùs unico superstite. *Albumen* nullum, nunc parcum. *Embryo* erectus; *Cotyledones* planæ.

Herbæ rariùsve *Frutices*, caule 4-angulo, ramis oppositis. *Folia* opposita, exstipulata, simplicia, indivisa v. lobata, petiolis basibusve cum ramo inarticulatis. *Flores* oppositi, verticillati, capitati, spicati, v. solitarii, axillares v. terminales, bracteati v. nudi.

DIAGNOSIS. *Calyx* tubulosus. *Corolla* monopetala, hypogyna, (plùs minùs) irregularis, staminifera. *Stamina* 4, didynama, duobus nunc sterilibus. *Ovaria* 4, monosperma, ovulis erectis. *Stylus* 1, bases ovariorum connectens. *Stigmata* 2. *Cariopsides* calyce inclusæ. *Embryo* erectus. *Folia* opposita. *Caulis* 4-angulus.

OBS. I. Corollæ resupinatio in Ocymo, Plectrantho et Hypti,

Hypti, ab auctoribus plerisque assumpta, denegata est a D. Poiteau (*Ann. du Mus.* 7. *p.* 460) meritò quidem, at illius character a naturali divisurâ labiorum petitus, minimè valet, quoniam et lacinia infima et suprema vel indivisa vel bifida occurrit, atque laterales quæ sæpiùs cum illâ labium inferius constituunt, quandoque ad hanc approximantur. Meliorem et ut nobis videtur certam notam præbet corolla inexpansa, cujus labium inferius in toto ordine a superiore imbricatum est; et secundum hanc diagnosin corolla resupinata nec in generibus supra memoratis nec in Lavandulâ obtinet.

Obs. II. De staminum insertione in errorem lapsus esse videtur Illust. Jussieu, ab illorum frequentiori inclinatione deceptus, ferè in omnibus autem filamenta si ad eorum originem spectes sinubus quatuor inferioribus, (interlabialibus nempe et primariis labii inferioris) opponuntur; hinc in Hypti, Plectrantho, Ocymo et Lavandulâ a reliquis ordinis non insertione sed tantùm declinatione differunt.

Obs. III. Modificationes *Disci hypogyni* adhucdum non satis observatæ, ut in generum characteribus usurpari possent, forsanque haud magni valoris sint.

Sect. I. Stamina 2 fertilia, v. dum 4 fertilia, Antheræ omnium dimidiatæ.

LYCOPUS. *L.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* 4-fida, laciniâ superiore latiore, emarginatâ. *Stamina* distantia.

Flores *axillares, verticillati, sessiles.*

1. L. *australis,* foliis lanceolatis acuminatis serratis pubescentibus suprà scabriusculis subtùs glandulosis: basi attenuatâ integrâ; serraturis remotis æqualibus acutissimis, caulibus striatis. (J. D. M. T.) *v. v.*

Obs. Quam maximè affinis L. europæo *L.*

SALVIA. *L.*

Calyx subcampanulatus, bilabiatus, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido. *Corolla* ringens. *Filamenta* duo fertilia bifida, lobo altero adscendenti antherâ dimidiatâ, altero sterili.

Folia *rugosa.* Flores *verticillato-racemosi.*

1. S. *ple-*

1. S. *plebeia,* foliis lanceolatis crenatis tenuissimè pubescentibus omnibus petiolatis, spicis subpaniculatis: verticillis distinctis, bracteis parvis, calycis labii superioris laciniâ mediâ minutâ. (J.) *v. v.*

WESTRINGIA. *Smith.*

Calyx semi5-fidus, 5-gonus. *Corollæ* labium *superius* planum, bifidum: *inferius* 3-partitum, æquale. *Stamina* 4, distantia: *duo superiora* antheris polliniferis, dimidiatis: *inferiora* antheris bipartitis, cassis.

Frutices *eglandulosi, sæpiùs tomentosi.* (Rorismarini *facie.*) Folia *verticillata, integerrima.* Flores *axillares, solitarii, bibracteati, albi, purpureo nunc punctati.*

1. W. *rosmariniformis,* foliis quaternis lanceolatis margine recurvis: adultis suprà nitidis glabriusculis; subtùs calycibusque extùs argenteis: dentibus dimidio tubi longioribus. (J.) *v. v.*

Westringia rosmariniformis. *Smith, tracts,* 277. *t.* 3. *And. repos.* 214. *Pers. syn.* 2. *p.* 129.

2. W. *Dampieri,* foliis quaternis linearibus margine revolutis: adultis suprà glabriusculis: subtùs calycibusque cinereis opacis: dentibus tubo dimidio brevioribus. (M.) *v. v.*

3. W. *rigida,* foliis ternis lineari-lanceolatis divaricatis mucronatis pungentibus margine revolutis; adultis suprà glabriusculis: subtùs calycibusque cinereis: dentibus tubo dimidio brevioribus. (M.) *v. v.*

4. W. *cinerea,* foliis ternis linearibus patentibus mucronatis margine revolutis: adultis utrinque calycibusque cinereis: dentibus tubo 4-6-ies brevioribus. (M.) *v. v.*

5. W. *angustifolia,* foliis ternis linearibus patentibus margine revolutis: adultis suprà scabriusculis: subtùs calycibusque cinereis: dentibus tubi dimidio brevioribus. (D.) *v. v.*

6. W. *longifolia,* foliis ternis linearibus margine recurvis; adultis suprà scabris: subtùs calycibusque pilosiusculis viridibus: dentibus longitudine tubi. (J.) *v. v.*

7. W. *glabra,* foliis ternis lineari-lanceolatis planis utrinque calycibusque glabris. (T.) *v. v.*

8. W. *rubiæfolia,* foliis quaternis elliptico-lanceolatis planiusculis glaberrimis nitidis, calycibus glabriusculis: 5-fidis. (D.) *v. v.*

MICROCORYS.

Calyx semi5-fidus. *Corolla* ringens, galeâ abbreviatâ; labii inferioris laciniâ mediâ latiore. *Stamina 4, duo superiora* inclusa, antherarum lobo pollinifero glabro, sterili barbato: *inferiora* antheris bipartitis cassis.

Frutices. Folia *terna, integerrima.* Flores *axillares, solitarii, bibracteati, albi v. purpurei.*

1. M. *virgata,* foliis linearibus obtusis calycibusque glabris, bracteis caducis, caule erecto, ramis filiformibus. (M.) v. v.

2. M. *barbata,* foliis linearibus obtusis glabris, calycibus corollisque extùs hirsutis, bracteis caducis, caule diffuso. (M.) v. v.

3. M. *purpurea,* foliis ovali-oblongis margine recurvis utrinque pube rarâ brevissimâ conspersis: subtùs punctatis, ramulis sericeis, calycibus cinerascentibus, bracteis setaceis persistentibus. (M.) v. v.

HEMIGENIA.

Calyx 5-fidus, 5-gonus. *Corolla* ringens; galeâ breviore; labii inferioris laciniâ mediâ semibifidâ. *Stamina 4,* subgaleam adscendentia; omnium *Antheræ* lobo altero pollinifero; altero descendenti casso, superiorum barbato.

Fruticulus *glaber.* Folia *terna, teretiuscula.* Flores *axillares, solitarii, bibracteati, cæruleo-purpurei.*

H. *purpurea.* (J.) v. v.

HEMIANDRA.

Calyx compressus, bilabiatus, labio superiore indiviso, inferiore semibifido. *Corolla* bilabiata; labio *superiore* plano, bifido: *inferiore* tripartito, laciniâ mediâ bifida. *Stamina 4,* adscendentia, *antherarum* omnium lobo altero pollinifero, altero casso, descendenti.

Suffrutex *humilis, decumbens.* Folia *opposita, integerrima, nervosa, mucronata.* Flores *axillares, solitarii, pedunculo apice bibracteato.* Calycis *labia nervosa, laciniis mucronatis.* Corolla *alba, purpureo tincta v. punctata.*

H. *pungens.* (M.) v. v.

Sect.

Sect. II. Stamina 4 fertilia, antheris omnium v. duorum completis.

A. Calyx regularis 5-fidus v. 5—10-dentatus.

AJUGA. *L.*

Calyx campanulatus, 5-fidus. *Corollæ* labium *superius* minimum, emarginatum. *Stamina* exserta, adscendentia: *Antheræ* conformes, reniformes, uniloculares. *Semina* (Cariopsides) reticulata.

1. A. *australis*, caule simplici erectiusculo, foliis radicalibus oblongis repando-dentatis elongato-petiolatis: floralibus sessilibus integris paribus distantibus. (J.) *v. v.*

2. A. *sinuata*, hirsuta, caule multiplici procumbenti, foliis radicalibus petiolo longioribus floriferisque sinuatis basi attenuatis, verticillis 6-floris, calycibus hirsutissimis, corollis pilosiusculis. (J.) *v. v.*

ANISOMELES.

Calyx tubulosus, decemstriatus, 5-fidus. *Corollæ* labium *superius* minus, integrum: *inferius* trifidum laciniâ mediâ bilobâ. *Stamina* exserta, adscendentia: *Antheræ breviorum* biloculares, loculis appositis: *longiorum* dimidiatæ v. dissimiles. *Semina* lævia.

Herbæ *pubescentes, intra tropicum provenientes.* Folia *crenata.* Flores *verticillati, bracteis minutis.* Calyces *glandulosi.* Corolla *purpurea.*

Obs. Ajugæ et Teucrio adfinis, sed ab utroque satis distincta.

1. A. *moschata*, foliis ellipticis cauleque cinereo-pubescentibus, verticillis paucifloris, calycibus cinereo-viridibus: glandulis manifestis. (T.) *v. v.*

2. A. *inodora*, foliis ellipticis glabriusculis subtùs punctatis, verticillis remotis, calycibus viridibus: glandulis manifestis. (T.) *v. v.*

3. A. *salviifolia*, incano-tomentosa, foliis lanceolatis: suprà mollibus lævibus; subtùs rugosis, verticillis multifloris, calycis glandulis tomento sepultis. (T.) *v. v.*

TEUCRIUM. *L.*

Calyx 5-fidus, subæqualis. *Corollæ* labium *superius* abbreviatum, bipartitum, laciniis lateralitèr reflexis: *inferius* 3-lobum, lobo medio majore. *Stamina* e fissurâ labii superioris exserta.

1. T. *corymbosum*, pubescens, foliis ovato-lanceolatis incisis, corymbis axillaribus, calycibus glandulosis. (J.) *v. v.*
2. T. *racemosum*, incano-tomentosum, foliis oblongis repandis margine recurvis, racemis terminalibus, calycibus eglandulosis. (M.) *v. v.*
3. T. *argutum*, calycibus subinæqualibus: pilis glandulosis, racemo terminali denso, bracteis lanceolatis acutissimis calyce parùm longioribus, foliis triangularibus inciso-serratis petiolatis. (J.) *v. v.*

LEUCAS. *Burm. thesaur. zeyl.* 140.

Phlomidis sp. *L. Juss.*

Calyx tubulosus, decemstriatus, 8—10-dentatus, ore æquali v. obliquo. *Corolla* ringens, *galea* concava, integra, barbata: *labium inferius* 3-fidum, laciniâ mediâ majore. *Antheræ* didymæ, imberbes, lobis divaricatis. *Stigma* bilabiatum, laciniâ superiore brevissimâ.

Herbæ *pubescentes, eglandulosæ.* Folia *serrato-crenata.* Flores *verticillati.*

Obs. Hùc pertinent Phlomis zeylanica *L.* (cujus dentes calycini aliqui obsoleti) martinicensis *Sw.* urticifolia *Vahl.* decemdentata *Willd.* biflora *Vahl.* chinensis *Retz.* indica *L.* (in quâ dentes calycis 8) glabrata *Vahl.*

Phlomis (cujus species sunt P. fruticosa *L.* purpurea *L.* italica *Smith.* Nissolii *L.* armenica *Willd.?* Lychnitis *L.* laciniata *L.* samia *L.* crinita *Cav.* biloba *Desf.* pungens *Willd.* Herba venti *L.* alpina *Pall.* et forsan tuberosa *L.* quæ parùm diversa calyce et stigmate minùs inæquali,) dignoscitur; Calyce 5-gono, 5-dentato; Corollæ galeâ compressâ, carinatâ, emarginatâ; Seminibus apice barbatis.

Leonotis (*Pers. syn.* 2. p. 127., quæ Leonurus *Tournef. t.* 87.) a Leucadi parùm diversa, galeâ elongatâ, labio inferiore minore, marcescenti, laciniâ mediâ vix majore.

In triplici genere stigmatis labium superius brevissimum; quâ notâ et antherarum lobis divaricatissimis differunt a Leonuro

Leonuro *L.* cujus stigma æqualiter bipartitum et antherarum lobi subappositi.

1. L. *flaccida*, foliis ovatis membranaceis calycibusque glabriusculis: dentibus decem æqualibus, verticillis multifloris. (T.) B. *v. s.*

MENTHA. *L.*

Calyx 5-dentatus, striatus. *Corolla* limbo 4-fido, laciniâ superiore latiore, emarginatâ. *Stamina* distantia.

1. M. *australis*, floribus verticillatis, staminibus exsertis, corollæ labio superiore bilobo, calycibus tomentosis: dentibus basi intùs obsoletè barbatis, foliis lanceolatis, caulis adscendentis angulis marginatis scabris. (J. D.) *v. v.*

2. M. *gracilis*, floribus verticillatis, staminibus inclusis, calycibus cylindraceis extùs tomentosis: laciniarum marginibus pilis inflexis barbatis, corollæ labio superiore emarginato, foliis lanceolato-ovatis subtùs punctatis, caule erecto. (D.) *v. v.*

3. M. *satureioides*, corymbis axillaribus paucifloris, calycibus urceolatis 10-striatis nudiusculis: dentibus intùs barbatis, corollæ labio superiore bifido, staminibus inclusis, foliis subellipticis integris et subrepandis glabriusculis, caule erecto: angulis denticulatis scabris. (J.) *v. v.*

Obs. Media inter Saturejam et Mentham.

Sect. II. B. Calyx bilabiatus.

PLECTRANTHUS. *L'Herit.*

Ocymi sp. *L.*

Calyx bilabiatus, labio inferiore diviso, striatus; fructifer basi subtùs gibbosus. *Corollæ labium superius* 3-fidum, laciniâ mediâ bilobâ: *inferius* longius, integrum (plerumque concavum). *Stamina* declinata, *filamentis* edentulis (nunc basi connatis); *antheris* unilocularibus, imberbibus.

Herbæ v. Suffrutices *plùs minùs pubescentes glandulisque conspersæ.* Folia *crenata.* Flores *verticillato-racemosi, terminales.* Corolla *sæpiùs cærulea.*

Obs. Huc præter Plectranthos *L'Herit. Vahl.* et *Willd.* refero Ocyma filamentis edentulis, necnon Dentidiam *Lour.*

 Bar-

Barbulam *Lour.*; et etiam Coleum *Lour.* in Plectrantho scutellarioide *nob.* enim, et ex auctoritate Forskaelii in Plectrantho crassifolio *Vahl.* filamenta infrà connata sunt, nota equidem in hâc familiâ valdè singularis, sed aliis a Plectrantho distinguentibus haud comitata, et calyce in diversis diversa conjuncta. Intereà totum genus Ocymi ad incudem revocandum, ut constet quænam species filamentis dentatis instructæ sint, et quantum hæc nota, adhuc dubiæ dignitatis, ad genus limitandum valeat.

Obs. II. Lavandula carnosa *Linn. suppl.*, quæ proprii generis planta est, a Plectrantho calyce et inflorescentiâ differt, corollâ, staminibus stigmateque convenit.

I. *Corolla tubo ecalcarato, calycem bis superante: labio inferiore longiore, concavo.*

1. P. *australis*, calycis labio inferiore 4-partito: laciniis mediis vix longioribus, verticillis distinctis: pedicellis calycem fructiferum subæquantibus, foliis ovatis inciso-crenatis rugosiusculis pubescentulis, caule herbacéo. (J.) *v. v.*

2. P. *graveolens*, calycis hirsuti labio inferiore 4-partito: laciniis intermediis parùm longioribus, verticillis distinctis: pedicellis calycem superantibus, foliis ovatis crenatis villosis rugosissimis, caule suffruticoso. (J. T.) *v. v.*

3. P. *congestus*, calycis pubescentis labio inferiore 4-partito æquali, verticillis congestis multifloris: pedicellis calyce brevioribus, foliis ovatis crenatis villosis rugosis. (T.) B. *v. s.*

4. P. *scutellarioides*, calycis labio superiore 3-fido obtuso: inferiore semibifido acuto, filamentis infrà connatis, verticillis distinctis: pedicellis subramosis, foliis inciso-serratis ovatis glabriusculis. (T.) *v. v.*
Ocymum scutellarioides. *L.*

II. *Corolla tubo ecalcarato, calycem subæquante; labio inferiore planiusculo vix longiore.* Plectranthi spurii.

5. P. *parviflorus*, spicis secundis, foliis rhombeo-lanceolatis crenatis calycibusque glabris glandulosis, corollæ labii superioris laciniâ mediâ integrâ: labio inferiore concaviusculo. (T.) *v. v.*

6. P. *moschatus*, spicis secundis, foliis rhombeo-lanceolatis crenatis calycibusque pubescentibus, corollæ labii superioris laciniâ mediâ emarginatâ: labio inferiore plano. (T.) *v. v.*

PRU-

PRUNELLA. *L.*

Calyx bilabiatus, suprà planus, labio superiore semitrifido, inferiore bifido. *Corolla* ringens. *Stamina* adscendentia, filamentis apice bidentatis, dente altero sterili: *Antheræ* didymæ. *Stigma* bifidum.

Herbæ *subsimplices.* Spica *terminalis, densè verticillata, bracteis verticillorum magnis.*

1. P. *vulgaris,* foliis petiolatis oblongo-ovatis oblongisve serrato-dentatis passim integris, calycis labio superiore truncato 3-dentato: dentibus latissimis mucronatis. (J. D.) *v. v.*
Prunella vulgaris. *L.*

SCUTELLARIA. *L.*

Calyx bilabiatus, ebracteatus, labiis integris, superiore intùs fornicato, extùs apice gibbo; fructûs clausus. *Corolla* ringens, galeâ subtridentatâ, labii inferioris laciniâ mediâ emarginatâ.

Herbæ *v.* Suffrutices. Flores *axillares, solitarii v. terminales, spicati.*

1. S. *humilis,* floribus axillaribus, calycibus glabriusculis longitudine dimidii corollæ, foliis cordatis ovatis grossè crenatis subtùs punctatis et pubescentulis. (J. M. D.) *v. v.*

2. S. *mollis,* pubescens pilis capitatis, floribus axillaribus, pedunculis longitudine petiolorum, foliis cordatis oblongo-ovatis inciso-crenatis. (J.) *v. v.*

CHILODIA.

Calyx bilabiatus, bibracteatus, tubo striato; *labio superiore* integro, intùs costâ transversâ; *inferiore* semibifido. *Corolla* ringens, galeâ breviore integrâ, labii inferioris laciniâ mediâ majore bilobâ. *Antheræ* muticæ, basi bipartitæ.

Fruticulus *habitu* Prostantheræ. Folia *linearia, integra, margine recurva.* Pedunculi *axillares, solitarii, uniflori.*

Obs. Media inter Scutellariam et Prostantheram, ab hac diversa antheris muticis, calycis labio superiore intùs costato, inferiore semibifido; ab illâ calyce bibracteato, labio inferiore diviso, fructiferoque dissimili distinguitur.

C. *scutellarioides.* (J.) *v. s.*

CRYPHIA.

Calyx bilabiatus, bibracteatus, clausus; labiis integris, æqualibus. *Corolla* inclusa! ringens; galeâ brevissimâ; labii inferioris laciniâ mediâ parùm majore *Antheræ* muticæ.
Fruticulus *glandulosus*, *graveolens*. Folia *parva, integra* (Serpylli). Pedunculi *axillares, solitarii, uniflori*.

Obs. Media inter Chilodiam et Prostantheram.

1. C. *serpyllifolia*, foliis oblongo-linearibus planiusculis, calycibusque glabris: fructiferis pedunculo vix longioribus, ramulis glabriusculis: pube tenuissimâ appressâ. (M.) *v. v.*

2. C. *microphylla*, foliis ovalibus convexis minutissimis fasciculatis, calycibusque pubescentibus: fructiferis pedunculo aliquoties longioribus, ramulis pubescentibus: pube patenti curvatâ. (M.) *v. v.*

Obs. Præcedenti nimis affinis, et forsan ejusdem varietas.

PROSTANTHERA. *Labill.*

Calyx bilabiatus, fructûs clausus, *tubo* striato, *labiis* indivisis, obtusis. *Corolla* ringens, galeâ semibifidâ; labii inferioris laciniâ mediâ majore, bilobâ. *Antheræ* subtùs calcaratæ.

Frutices *glandulis sessilibus conspersi, graveolentes*. Folia *plerumque dentata v. crenata*. Flores *v. racemosi terminales, bracteis subtendentibus caducis, v. axillares solitarii*: Pedunculis *omnium juxta apicem bibracteatis*. Calycis *labium inferius nunc retusum*. Antherarum *calcaria e puncto insertionis orta, in diversis diversa, sæpiùs bina per lobos respondentes descendentia, iisque infrà adnata, altero breviore, quandoque deficiente, utriusque apice cristato*. Caryopsides *nucamentaceæ, subbaccatæ*. Albumen *nullum, v. parcum*.

1. P. *lasianthos*, foliis lanceolatis dentato-serratis glabris, racemis paniculatis, corollis utrinque hirsutis, calcare longiore lobum bis superante. (D. J.) *v. v.*
Prostanthera lasianthos. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 18. *t.* 157.

2. P. *cærulea*, foliis lanceolatis serrato-dentatis glabris, racemis parùm divisis, corollis extùs imberbibus, calcare longiore lobum vix superante. (J.) *v. v.*

3. P. *prunelloides*, foliis ovatis acutis inciso-dentatis glabris, racemo

racemo terminali, bracteis omnibus caducis, corollis extùs hirsutis, calcare lobum bis superante. (J.) *v. v.*

4. P. *ovalifolia*, foliis ovalibus glabris integris passimque paucicrenatis, racemis terminalibus, ramulis corollisque extùs tenuissimè pubescentibus, calcare longitudine lobi. (T.) *v. v.*

5. P. *retusa*, foliis orbiculatis crenatis glabris utrinque glandulosis, floribus axillaribus, calycis labio inferiore retuso, calcare lobum vix superante. (D.) *v. v.*

6. P. *rotundifolia*, foliis orbiculatis crassiusculis glabris integris passimque paucicrenatis, floribus subracemosis, calycis labiis integerrimis, ramulis tomentosis. (D.) *v. v.*

7. P. *incisa*, foliis ovatis cuneatisve incisis glabris utrinque glandulosis, racemis paucifloris, calycis labio inferiore angustiore duplo longiore. (J.) *v. v.*

8. P. *linearis*, foliis linearibus integerrimis glabris lævibus margine subrecurvis, racemis terminalibus, calycibus glabris tenuissimè ciliatis, ramis glaberrimis. (J.) *v. v.*

9. P. *denticulata*, foliis linearibus integris glabris: subtùs glandulosis; suprà juxta marginem recurvum denticulatis, ramis scabris, calycibus ciliatis pilosiusculis. (J.) *v. v.*

10. P. *marifolia*, foliis elliptico-lanceolatis integris pilosis, floribus axillaribus, calycibus hirsutis: labiis subæqualibus: inferiore retuso, calcare lobum paulò superante, caule adscendenti basi suffruticoso. (J.) *v. v.*

11. P. *saxicola*, foliis lineari-oblongis ovalibusque integerrimis pilosiusculis, racemo foliato paucifloro, calycibus hirsutis: labiis integerrimis subæqualibus, calcare lobum bis superante, caule diffuso basi suffruticoso. (J.) *v. v.*

12. P. *violacea*, foliis subrotundis crenatis glandulosis utrinque ramisque pubescentibus, racemis paucifloris, calycibus pubescentibus: labio inferiore duplo longiore angustiore. (J.) *v. v.*

13. P. *rhombea*, foliis rhombeo-orbiculatis integerrimis: adultis suprà nitidis subtùs glandulosis, ramulis calycibusque pubescentibus, floribus axillaribus, calcare lobo breviore. (J.) *v. s.*

VERBENACEÆ. *Juss. in annal. du mus.* 7. *p.* 63.

Vitices. *Juss. gen.*

Calyx tubulosus, persistens.
Corolla hypogyna, monopetala, tubulosa, limbo plerumque irregulari, decidua.
Stamina sæpiùs 4, didynama, raró æqualia, nunc 2.
Ovarium 2—4-loculare, ovulis erectis, solitariis v. geminis. *Stylus* 1. *Stigma* bifidum v. indivisum.
Pericarpium drupaceum v. baccatum.
Albumen nullum v. parcum.
Embryo erectus.
Arbores v. *Frutices*, rariùs *Herbæ*. *Folia* exstipulata, sæpiùs opposita, simplicia v. composita. *Flores* oppositè corymbosi, aut alternè spicati; nunc capitato-conferti; raró axillares solitarii.

CLERODENDRUM. *L. Juss.*

Volkameriæ pleræque (an omnes?) *L.* Ovieda. *L.*

Calyx campanulatus, 5-fidus v. 5-dentatus. *Corolla* tubo cylindraceo sæpiùs elongato; limbo 5-partito, laciniis æqualibus. *Stamina* 4, didynama, exserta, secunda. *Ovarium* 4-loculare, loculis monospermis. *Stigma* bifidum, acutum. *Bacca* tetrapyrena, calyce sæpiùs ampliato cincta.
Arbores v. Frutices. Folia *opposita, simplicia, indivisa, nunc lobata, petiolorum basi persistenti.* Corymbi *terminales et axillares, trichotomi.*

I. *Calyx 5-fidus, fructifer ampliatus, coloratus, carnosus.*

1. C. *tomentosum,* foliis ellipticis acutis integris calycibusque tomentosis, corymbis congestis. (J. T.) *v. v.*
Volkameria tomentosa. *Vent. malm.* 84.

2. C. *medium,* foliis ellipticis brevè acuminatis subtùs tomen-

tosis, calycibus adultis corollisque glabriusculis, corymbis axillaribus terminalibusque laxiusculis. (T.) *v. v.*

3. C. *attenuatum*, foliis ellipticis subundulatis acutis basi attenuatis utrinque glabris, calycibus pubescentulis: laciniis acutissimis tubum æquantibus, corollis glabris. (J.) *v. v.*

4. C. *floribundum*, foliis elliptico-lanceolatis glabris, calycis laciniis acutiusculis tubo brevioribus corollisque glabris. (T.) *v. v.*

5. C. *ovatum*, foliis ovatis acutis: adultis glabris petiolo vix duplo longioribus, pedunculis axillaribus terminalibusque. (T.) *v. v.*

α. Folia calycesque glabri.

β. Folia calycesque pubescentes.

6. C. *coriaceum*, foliis ovatis acutis subcordatis subtùs reticulato-venosis subrugosis petiolisque tomentosis, pedunculis axillaribus terminalibusque trichotomis. (T.) *v. v.*

7. C. *costatum*, foliis ovatis obtusiusculis subtùs tomentosis costatis rugosis, corymbis terminalibus axillaribusque trichotomis. (T.) B. *v. s.*

II. *Calyx 5-dentatus, fructifer vix auctus.*

8. C. *inerme*, foliis ovatis v. ovalibus calycibusque glabris, ramis compressis. (T.) *v. v.*

Volkameria inermis. *L.*

VITEX. *L. Juss.*

Calyx brevis, 5-dentatus. *Corolla* bilabiata, *labium superius* bifidum: *inferius* trifidum, laciniâ mediâ majore. *Stamina* 4, didynama, adscendentia. *Stigma* bifidum. *Drupa* putamine 4-loculari, 4-spermo.

Frutices *v.* Arbusculæ. Folia *composita, ternata digitata v. pinnata, rarò simplicia.* Flores *subpaniculati, terminales.*

Obs. Huic propinquum genus constituit Hosta *Jacq.*, quæ diversa præsertim filamentis brevioribus sterilibus, atque a Cornutiâ (Ægiphyllæ proximâ) toto cœlo distans.

1. V. *ovata*, foliis simplicibus ovalibus obtusis, caule procumbente. (T.) *v. v.*

Vitex ovata. *Thunb. jap.* 257. *Willd. sp. pl.* 3. *p.* 390.

2. V. *trifolia*, foliis ternatis v. quinatis: foliolis acutis ovatis lanceo-

lanceolatisve integerrimis subtùs incanis, paniculæ rachi strictâ : ramis subdichotomis. (T.) *v. v.*

Vitex trifolia. *L.*

3. V. *acuminata*, foliis ternatis quinatisque : foliolis ovato-oblongis acuminatis glabris integerrimis, paniculæ rachi stricta : ramis dichotomis, calyce subedentulo, staminibus inclusis. (T.) *v. v.*

4. V.? *glabrata*, foliis ternatis quinatisque : foliolis ovatis integerrimis glabris, pedunculis dichotomis axillaribus terminalibusque, calyce edentulo. (T.) *v. v.* flor. delaps.

5. V.? *macrophylla*, foliis simplicibus integerrimis ovato-oblongis glabris costatis basi biglandulosis, caule arboreo. (T.) B. *v. s.*

PREMNA. *L. Juss.*

Calyx cyathiformi-campanulatus, 5-dentatus, *Corolla* limbo bilabiato, patenti : *labio superiore* semibilobo : *inferiore* tripartito, lobis subæqualibus. *Stamina* 4, didynama, exserta, æquidistantia. *Stigma* bifidum. *Drupa* pisiformis, putamine 4-loculari, 4-spermo, axi perforata.

Arbuscula. Folia *opposita, simplicia, plantæ junioris quandoque serrata dum adultæ integerrima.* Cymæ *terminales, paniculatæ, brachiatæ, ramis dichotomis.* Flores *parvi, albicantes.* Odor *foliorum præsertim exsiccatorum* Chenopodii olidi *haud absimilis.*

1. P. *obtusifolia*, foliis ovalibus obovatisve obtusissimis integris glaberrimis : basi cordatis. (T.) *v. v.*

2. P. *attenuata*, foliis oblongo-obovatis obtusis integerrimis glabris : basi acutâ. (T.) *v. v.*

3. P. *media*, foliis latè ovatis acutis integerrimis subtùs costatis ramulisque glabriusculis. (T.) *v. v.*

4. P. *ovata*, foliis ovatis acutis integerrimis petiolo 4-5-plo longioribus subtùs ramulisque tenuissimè tomentosis, paniculis suprà decompositis. (T.) *v. v.*

5. P. *acuminata*, foliis rhombeo-ovatis acuminatis integerrimis petiolo duplò longioribus subtùs ramulisque tomentosis mollibus, cymis laxis. (T.) *v. v.*

6. P. *cordata*, foliis reniformi-cordatis acuminatis : adultis integerrimis utrinque tomentosis subtùs mollissimis. (T.) *v. v.*

PITY-

PITYRODIA.

Calyx campanulatus, 5-fidus, æqualis. *Corolla* infundibuliformis, parùm irregularis, *labio superiore* semibilobo; *inferiore* 3-partito, æquali. *Stamina* 4, subdidynama. *Stigma* bifidum. *Drupa* semibaccata (apice exsucco); putamine 4-loculari, tetraspermo, basi perforatâ. *Semina* subalbuminosa.

Frutex *oppositifolius, pube stellari subsquamulosâ, furfuraceâ tectus* (unde nomen). Folia *simplicia, lanceolata, integra, rugosa, odore gravi, sapore ferè* Menthæ. Pedunculi *axillares, oppositi, congesto-multiflori.* Flores *albi.*

Obs. Affinitate proxima Callicarpæ.

P. *salvifolia.* (T.) *v. v.*

CALLICARPA. *L.*

Calyx campanulatus, 4-fidus, æqualis. *Corolla* campanulata, 4-fida, regularis. *Stamina* 4, æqualia, exserta. *Stigma* capitatum. *Bacca* (parva) 1-locularis, 4-sperma. *Semina* subossea.

Frutices *oppositifolii, pube ramulosâ v. stellari glandulisque sessilibus insuper plerumque conspersi, furfuracei.* Folia *simplicia.* Cymæ *axillares, dichotomæ.* Flores *parvi, albi v. purpurascentes.* Antheræ *sæpiùs glandulosæ.* Albumen *tenue.*

1. C. *pedunculata,* foliis ovatis acutis dentato-serratis basi obtusissimâ: adultis suprà scabris subtùs cinereo-tomentosis, pedunculo petiolum paulò superante. (T.) *v. v.*

2. C. *adenanthera,* foliis ovatis basi apiceque acutis minutissimè dentatis: adultis suprà glabriusculis lævibus glandulis conspersis: subtùs cinereo-tomentosis, pedunculo petiolis breviore. (T.) *v. v. flor. emarcid.*

CHLOANTHES.

Calyx campanulatus, 5-fidus, æqualis. *Corolla* tubulosa, ringens. *Faux* ampliata. *Labium superius* bifidum; *inferius* tripartitum, lobo intermedio longiore. *Stamina* 4, didynama, exserta. *Stigma* bifidum, acutum. *Drupa* exsucca, dipyrena. *Pyrenæ* 3-loculares, loculis lateralibus monospermis, intermedio sterili, farcto.

Suffrutices *pubescentes.* Folia *opposita, simplicia, decurrentia,*

tia, linearia, bullata. Pedunculi *axillares, solitarii, uniflori, bibracteati.* Calycis *laciniæ subfoliaceæ, marginibus recurvis.* Corollæ *ochroleucæ, siccatione virescentes.* Pyrenæ *ventre bullato.* Semina *subalbuminosa.*

1. C. *stœchadis,* foliis subtùs calycibusque extùs niveo-tomentosis, pedunculis medio bracteatis. (J.) *v.v.*

2. C. *glandulosa,* foliis subtùs glandulosis calycibusque extùs pube rariore conspersis, pedunculis basi bracteatis. (J.) *v.v.*

VERBENA. *Juss.*

Verbenæ species. *L.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* infundibuliformis, limbo inæquali, 5-fido. *Stamina* 4, didynama. *Pericarpium* tenue, evanidum. *Semina* 4. *Flores* paniculato-spicati.

1. V. *officinalis,* spicis filiformibus divisis, foliis multifido-laciniatis, caule subsolitario. *L.* (J. T.) *v.v.*

ZAPANIA. *Juss.*

Verbenæ species. *L.*

Calyx 5-dentatus, v. maturitate bivalvis. *Corolla* subinfundibuliformis, bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore tripartito, æquali. *Stamina* 4, didynama. *Pericarpium* tenue, evanidum. *Semina* 2. *Flores* capitati.

1. Z. *nodiflora,* capitulo conico-ovato, foliis spathulato-oblongis extra medium crenatis, caule repente. (T.) *v.v.*
Verbena nodiflora. *L.*

MYOPORINÆ.

Calyx 5-partitus, persistens.
Corolla monopetala, hypogyna, subæqualis v. bilabiata.
Stamina 4, didynama, quandoque rudimentum quinti, rarò polliniferi.

Ovarium

Ovarium 2—4-loculare, loculis 1—2-spermis, ovulis pendulis. *Stylus* 1. *Stigma* vix divisum.
Drupa putamine 2—4-loculari, loculis 1—2-spermis. *Semina* albuminosa. *Embryo* teres. *Radicula* supera.
Frutices, vix pubescentes. *Folia* simplicia, exstipulata, alterna v. opposita. *Flores* axillares, ebracteati.

Obs. Ordo Verbenaceis proximus, Ebenaceis (Guaiacanis *Juss.*) vix propinquus, cui præter genera sequentia pertinet Bontia. Avicennia quam ad calcem adjecimus dubiæ affinitatis est, Verbenaceis inflorescentiâ, ovulorum situ Myoporinis conveniens.

MYOPORUM. *Banks et Soland. Forst. prod.*

Pogonia. *Andr. repos.* Andreusia. *Vent. malm.*

Calyx 5-partitus, fructifer haud mutatus, v. parùm auctus. *Corolla* subhypocrateriformis, tubo brevi, limbo 5-lobo, subæquali. *Stigma* obtusum. *Drupa* baccata, 4-loc. 4-sperma, v. 2-loc. loculis dispermis.
Frutices *ramulis foliisque novellis sæpè [illegible], viscidis.* Folia *alterna, rarò opposita, integra v. serrata, punctis semipellucidis sæpiùs instructa.* Pedunculi *fasciculati, rarò solitarii, uniflori.* Flores *albi, nunc purpurascentes; fauce barbatâ.* Stamina *exserta, v. inclusa.*

I. *Folia alterna, integerrima.*

1. M. *ellipticum*, foliis ellipticis obtusiusculis mucronulatis basi subattenuatis ramulisque lævibus, calycis laciniis lanceolatis acutissimis, corollæ fauce villosiusculâ: limbo imberbi. (J. T.) *v. v.*
Pogonia glabra. *And. repos.* 283.
Andreusia glabra. *Vent. malm.* 108.

2. M. *tenuifolium*, foliis lanceolatis acutissimis ramulisque lævibus, calycis laciniis lanceolatis acutis, limbo corollæ imberbi. (T.) *v. v.*
Myoporum tenuifolium. *Forst. prod. p.* 44. *Pers. syn.* 2. *p.* 144.

3. M. *acuminatum*, foliis latiusculo-lanceolatis acuminatis acutissimis basi attenuatis ramisque lævibus, laciniis calycis ovato-lanceolatis, limbo corollæ barbato. (J.) *v. v.*

4. M. *montanum*, foliis lineari-lanceolatis acutissimis basi atte-

nuatis ramisque lævibus, laciniis calycis linearibus acutis. (J.) *v. v. flor. delaps.*

5. M. *humile*, foliis spathulato-linearibus obtusiusculis avenis, caule procumbente. (M.) *v. v.*

6. M. *parvifolium*, foliis linearibus obtusiusculis apice nunc dentatis basi attenuatis ramulisque glandulosis, pedunculis passim bipartitis dimidio folii longioribus, caule diffuso. (M.) *v. v.*

Obs. Nimis forsan affine M. *humili*.

II. *Folia alterna, serrata. Drupa ventricosa, 4-locularis.*

7. M. *adscendens*, foliis obovato-oblongis obtusiusculis extra medium obtusè serratis ramisque lævibus adscendentibus, caule diffuso. (M.) *v. v.*

8. M. *insulare*, foliis lanceolatis basi attenuatis apice serratis ramisque lævibus, novellis viscidis, caule erecto. (M.) *v. v.*

9. M. *serratum*, foliis lanceolatis acutissimis serratis ramisque lævibus. (M.) *v. v.*
Pogonia tetrandra. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 59. *t.* 83.

10. M. *tuberculatum*, foliis lanceolatis acutis serratis ramisque glanduloso-tuberculatis. (M.) *v. v.*

11. M. *viscosum*, foliis ellipticis acutis serratis reflexis ramisque viscidis glandulosis. (M.) *v. v.*

III. *Folia alterna, dentata. Drupa compressa, sæpè bilocularis.*

12. M. *platycarpum*, foliis lineari-lanceolatis apice dentatis ramisque lævibus, drupis compressis bilocularibus calyce 4-plo longioribus, caule erecto. (M.) *v. v.*

13. M. *debile*, foliis lanceolatis apice dentatis basi integerrimis, drupis compressiusculis calyce brevioribus, pedunculis solitariis, caule prostrato. (J.) *v. v.*
Pogonia debilis. *And. Repos.* 212.

14. M. *diffusum*, foliis lanceolatis basi dentatis dentibus subrecurvis: apice integris dentatisve, caulibus diffusis glandulosis, pedunculis solitariis, drupis compressiusculis calyce brevioribus. (T.) *v. v.*

IV. *Folia opposita.*

15. M. *oppositifolium*, foliis serratis cordatis sessilibus. (M.) *v. v.*

PHO-

PHOLIDIA.

Calyx profundè 5-fidus, fructifer non mutatus. *Corolla* infundibuliformis, *tubo* calyce longiore: *fauce* ampliatâ; hinc gibbosâ: *limbo* brevi, irregulari; labio superiore bilobo, recurvo; inferiore tripartito, æquali, patulo. *Stamina* 4, didynama, inclusa: *Antheræ* barbatæ. *Stigma* capitatum, emarginatum. *Drupa* exsucca, putamine 4-loc., 4-spermo.

Frutex *sparteus*. Folia *opposita, subulata*. Pedunculi *axillares, solitarii, uniflori, ebracteati*. Corolla *cærulea, extùs squamulosa*. Albumen *tenue*.

P. *scoparia*. (M.) v. v.

STENOCHILUS.

Calyx 5-partitus. *Corolla* ringens; *labio superiore* erecto, semiquadrifido; *inferiore* indiviso, angusto, deflexo. *Stamina* didynama, exserta. *Ovarium* 4-loc., loculis 1-spermis. *Stigma* obtusum, indivisum. *Drupa* baccata, 4-locularis. *Semina* solitaria.

Frutices *glabriusculi, v. tomento tenuissimo cinerascentes*. Folia *alterna, sæpiùs integra, avenia*. Pedunculi *solitarii, uniflori, ebracteati*. Flores *purpurei v. flavicantes*. Drupæ *putamen abortione sæpè biloculare*.

Obs. Bontia, quæ affinitate proxima, differt, Corollæ labio superiore emarginato, inferiore 3-fido; Stigmate bilobo; et Drupæ putamine biloculari loculis bipartitis tetraspermis, secund. *Gært. fil. carp.* 3. 168. *t.* 212.

1. S. *glaber*, foliis lanceolatis ellipticisve integris apice nunc dentatis glabris flore vix longioribus, ramulis tomentosis, caule diffuso. (M.) v. v.

Obs. Alteram speciem huic valdè affinem sed incano-tomentosam in orâ occidentali a D. Baudin lectam vidi, cujus descriptionem amico æstimato D. Leschenault reliqui.

2. S. *longifolius*, foliis lanceolato-linearibus elongatis (3—5-uncialibus) integris apice uncinato: adultis glabris, ramulis tomentosis, caule erecto. (M.) v. v. flor. delaps.

Obs. Habitu et fructu præcedenti convenit.

EREMO-

EREMOPHILA.

Calyx 5-partitus, fructifer ali[e]natus, scariosus. *Corolla* – – – – *Stamina* 4, didynama. *Stigma* indivisum. *Drupa* exsucca, 4-locul. 4-sperma.

Frutices *spartei*. Folia *semiteretia*. Pedunculi *solitarii, uniflori*.

Obs. Florum gemmæ E. *oppositifoliæ*, reliquiæ emarcidæ E. *alternifoliæ*, tantummodo visæ, ambæ didynamæ sunt et calyce aucto insignes, prior habitu Pholidiæ, altera glandulis Myopori.

1. E. *oppositifolia*, foliis oppositis, calycibusque eglandulosis unguiculatis. (M.) *v. v.* flor. inexpans.

2. E. *alternifolia*, foliis sparsis, calycibusque glandulosis: laciniis sessilibus. (M.) *v. v.* flor. emarcid.

AVICENNIA. *L. Jacq.*

Calyx 5-partitus, æqualis. *Corolla* tubo mediocri, campanulato; limbo 4-partito, patenti, laciniâ posticâ paululum dissimili. *Stamina* 4, subinæqualia. *Ovarium* biloculare, loculis dispermis, ovulis pendulis. *Stylus* brevis. *Stigmata* 2, acuta. *Pericarpium* monospermum, coriaceum, bivalve. *Semen* germinans. *Embryo* nudus: Cotyledonibus conduplicatis, bilobis: Radiculâ inferâ!

Arbores *littorales, statione* Rhizophorarum. Radices *latè repentes et sæpè supra terram undique arcuatim expansæ, usque ad spatium sexpedale antequam figantur, e limo exserentes turiones, erectos, copiosos, nudos* asparagorum *in modum*. Folia *opposita, integerrima, persistentia*. Pedunculi *terminales et e summis alis, terni, confertim multiflori*. Flores *tribracteati, parvi*. Corolla *subcoriacea*. Embryonis *radicula barbata*. Plumula *diphylla, sæpe insidens*.

Obs. I. Fœcundatione peractâ ovulorum unicum mox erigitur, ita ut reliquis placentâque in pericarpio maturo ad unum latus pressis et fermè obliteratis, embryo germinans erectus evadit.

Obs. II. Verbenaceis Oleinisque affinis, nec Myoporinarum genuinus civis.

1. A. *tomentosa*, foliis subtùs tomentosis. (J. T. M.) *v. v.*

Avicennia

Avicennia tomentosa. *L.*
Avicennia resinifera. *Forst. prod. n.* 246. *Willd. sp. pl.* 3. *p.* 395.
Avicennia africana. *Palis. flor. d'Owar.* 80. *t.* 47. Rack. *Bruce Abyss.* 5. *p.* 44. *cum tab. bona.*

PEDALINÆ.

Calyx 5-divisus, subæqualis.
Corolla monopetala, hypogyna, irregularis: fauce ventricosâ; limbo bilabiato.
Stamina 4, didynama, inclusa; rudimento quinti.
Ovarium disco glanduloso infrà cinctum, pluriloculare, loculis 1-2-spermis. *Stylus* 1. *Stigma* divisum.
Drupa exsucca, muricata, plurilocularis.
Semina testâ chartaceâ. *Albumen* nullum.
Embryo rectus.
Herbæ. *Folia* opposita. *Flores* axillares, bibracteati.

Obs. Ordinis distincti rudimenta Bignoniaceis nec non Sesamo et Digitali flore consentiunt; fructu magis conveniunt Verbenaceis et Myoporinis. Semina erecta in Josephiniâ et pendula in Pedalio diagnosin præcipuam inter Verbenaceas et Myoporinas certè infirmat; præsentia enim v. defectus albuminis in his, ubi dum adsit tam parcum, nec omnino constans nec magni valoris esse videtur.

JOSEPHINIA. *Vent. malmais.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* tubo brevi, fauce magnâ, campanulatâ; limbo 5-lobo, patenti, labii inferioris laciniâ mediâ longiore. *Stigma* 4-fidum! *Drupa* 4—8-locularis, echinata, loculis monospermis. *Radicula* infera.
Herbæ diffusæ. Folia integra. Flores purpurascentes.

1. J. *Im-*

1. J. *Imperatricis*, ovario 4-5-loculari, foliis lanceolato-ellipticis acutis subtus cauleque pubescentibus, calycibus æqualibus. (O.) Baudin. *v. s.*
Josephinia Imperatricis. *Vent. malm.* 103. *Mem. de l'Instit. sc. phys.* 1806, 1. *sem. p.* 71.

2. J. *grandiflora*, ovario 8-loculari, foliis lanceolatis acuminatis subtùs pubescentulis, caule glabro, calycis laciniâ suprema dimidio breviore, corollæ laciniâ infimâ reliquis plus duplò longiore. (T.) *v. v.*

JASMINEÆ.

Jasminearum pars. *Juss.*

Calyx monophyllus, divisus v. dentatus, persistens.
Corolla monopetala, hypogyna, regularis, hypocrateriformis; limbo 5—8-fido, laciniis lateraliter incumbentibus, æstivatione imbricatis et simul tortis.
Stamina 2, epipetala, tubo inclusa.
Ovarium absque disco cingente, biloculare, loculis 1-spermis; ovulis erectis. *Stylus* 1. *Stigma* bilobum.
Bacca didyma, v. *Capsula* bipartibilis.
Semen albumine nullo v. parcissimo.
Embryo rectus: *Radiculâ* inferâ.
Frutices sæpiùs volubiles. *Folia* opposita, plerumque composita, ternata v. impari-pinnata; nunc simplicia, petiolo in plerisque articulato. *Flores* in corymbis oppositi.

Obs. Ordo Jasminium et Nyctanthem complectens ab Oleinis abundè diversus, situ ovulorum, structurâ seminis, necnon divisione et æstivatione corollæ; iisdem convenit corollâ

regulari

regulari diandrâ et fructu v baccato v. capsulari: vix habitu. In Nyctanthis seminibus maturis albumen vix ullum, quòd in immaturis copiosum.

JASMINUM. *L.*

Mogorium. *Lam. Juss.*

Corolla 5—8-fida. *Bacca* didyma (lobo altero sæpè abortiente). *Semen* exalbuminosum.

Frutices *sæpiùs volubiles.* Folia *composita, nunc simplicia, petiolo articulato* (notante primo D. C. Konig).

I. *Folia simplicia.*

1. J. *gracile,* foliis ovatis nitidis, petioli articulo superiore vix triplo longiore, calycibus campanulatis: dentibus brevissimis. (T. J.) *v. v.*
   Jasminum gracile. *And. repos.* 127.
   Jasminum geniculatum. *Vent. choix.* 8.

2. J. *acuminatum,* foliis ovatis acuminatis glabris, petioli articulo superiore 5-6-ies longiore, calycibus campanulatis, dentibus brevissimis. (T.) *v. v.*

3. J. *molle,* foliis ovatis acutis acuminatisve pubescentibus subtùs mollissimis, pedunculis terminalibus trichotomis, calycis dentibus brevissimis. (T.) *v. v.*

4. J. *æmulum,* foliis latè ovatis subacuminatis pubescentibus basi integris subtùs mollibus, floribus sexfidis, laciniis calycis subulatis tubo longioribus, seminis integumento cribroso. (T.) *v. v.*
   Obs. Nimis affine J. hirsuto *Willd. Smith exot. bot.* 2. *p.* 117. *t.* 118. quod differt foliis cordatis, non acuminatis, suprà magìs pubescentibus, dentibus calycinis longioribus angustioribus, floribus magìs congestis. Nyctanthes hirsuta *Linn. sp. pl. ed.* 1. *p.* 6. primùm ni fallor omninò mutuata fuit ab Icone et præsertim descriptione Rava-Pou *Rheed. mal.* 4. *p.* 99. *t.* 48.

II. *Folia composita.*

5. J. *lineare,* foliis ternatis suboppositis pubescentibus: foliolis linearibus acutis, ramis teretibus, paniculis axillaribus trichotomis. (M.) *v. v.*

6. J. *divaricatum,* foliis ternatis cum petiolis ramisque glabris: foliolis

foliolis subovatis, dentibus calycis obsoletis, seminis integumento imperforato. (T.) *v. v.*

Obs. Jasminum didymum *Forst. prod. n.* 8, huic proximum, sed distinctum, seminis integumento reticulato cribroso, (arillus auctorum) et petiolis ramulisve novellis pubescentibus.

OLEINÆ. *Hoffmansegg et Link flor. portug.*

Jasminearum pars. *Juss.*

Flores hermaphroditi, nunc dioici.
Calyx monophyllus, divisus, persistens.
Corolla hypogyna, monopetala, 4-fida, nunc 4-petala; petala per paria filamentis mediantibus connexa; æstivatione subvalvatâ: quandoque nulla.
Stamina 2, laciniis petalisve corollæ alterna. *Antheræ* biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus.
Ovarium simplex, absque disco glanduloso cingente, biloculare, loculis dispermis, ovulis pendulis collateralibus. *Stylus* 1 v. 0. *Stigma* bifidum, v. indivisum. *Pericarpium* v. drupaceum v. baccatum v. capsulare, abortione sæpè monospermum.
Semina albumine densè carnoso, copioso.
Embryo mediocris, longitudinalis, rectus. *Cotyledones* foliaceæ, (semidiscretæ). *Radicula* supera. *Plumula* inconspicua.
Arbores v. *Frutices.* *Folia* opposita, simplicia, rarò pinnata. *Flores* racemosi v. paniculati, terminales v. axillares, pedicellis oppositis, unibracteatis.

Obs. Limites vix dantur inter genera fructu drupaceo et baccato.

CHIO-

CHIONANTHUS. *L.*

Corolla monopetala, laciniis elongatis, linearibus. *Drupa* baccata.

Arbores, *ramulis supernè compressis*. Folia *opposita, simplicia, integra*. Racemi *simplices v. compositi, terminales v. axillares*.

Obs. Ab Oleâ differt solùm figurâ laciniarum corollæ.

1. C. *axillaris*, spicis axillaribus brevissimis, foliis oblongo-ellipticis acutis. (T.) B. *v. s.*

Obs. Chionanthum cum Oleis et Notelæis conjungit.

OLEA. *L. Juss.*

Phillyrea. *L. Juss.*

Corolla monopetala (rarò nulla), laciniis ovatis. *Drupa* baccata.

Arbores, *ramulis supernè compressis*. Folia *opposita, simplicia integra v. serrata*. Racemi *sæpiùs compositi*.

Obs. Phillyream ab Oleâ diversam esse tantummodo texturâ putaminis jamdudum statuit Cel. Salisburius in *prod.* 13, minus rectè simul adjiciens Ligustrum, quod ab illis fructu verè baccato longiùs recedit quam Chionanthus, figurâ laciniarum corollæ solùm distinguendus.

1. O. *paniculata*, foliis lanceolato-ellipticis acuminatis integerrimis, paniculæ pedicellis ultimis trifloris. (J. T.) *v. v.*

NOTELÆA. *Vent.*

Rhysospermum. *Gært, carp.* 3. *p.* 232. *t.* 224.

Corolla 4-petala; petala ovata, per paria mediantibus filamentis basi connexa. *Drupa* putamine subchartaceo.

Arbusculæ v. Frutices, *habitu* Oleæ. Folia *integerrima*.

Obs. Linociera *Sw.* (cui præter species a *Vahlio* in *enum.* propositas pertinent Chionanthus compacta, et Mayepea tetrandra,) a Notelæâ differt uti Chionanthus ab Oleâ.

1. N. *longifolia*, foliis lanceolatis utrinque reticulato-venosis: subtùs plùs minùs pubescentibus impunctatis, calycis laciniis inæqualibus, stigmate bifido. (J.) *v. v.*
Notelæa longifolia. *Vent. choix.* 25.
Olea apetala. *And. repos.* 216.

3 X 2 Obs.

Obs. Variat foliis lanceolatis acuminatis ellipticisque, adultis subtùs glabriusculis et pube copiosâ mollissimis.

2. N. *punctata*, foliis lanceolatis basi attenuatis: super venosis; subtùs glaberrimis creberrimè punctatis venis obsoletis. (T.) *v. v.*

3. N. *ovata*, foliis ovatis glabris impunctatis, calycis laciniis æqualibus, stigmate sessili indiviso. (J.) *v. v.*

4. N. *ligustrina*, foliis angusto-lanceolatis elongatis petiolatis glaberrimis margine simplicibus subtùs punctatis venis utrinque obsoletis. (D.) *v. v.*

Notelæa ligustrina. *Vent. choix.* 25. absque tabulâ.

5. N. *microcarpa*, foliis lineari-lanceolatis elongatis basi attenuatis subsessilibus glaberrimis subtùs obsoletè punctatis suprà venis manifestis. (T.) *v. v.*

Obs. Drupa in hâc piso minor, in N. *ligustrinâ* major.

EBENACEÆ. *Juss.*

Guaicanarum sectionis 1mæ pars. *Juss. gen.*

Flores polygami v. dioici, rarò hermaphroditi.

Calyx monophyllus, 3—6-divisus, subæqualis, persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, regularis, subcoriacea, extùs plerùmque pubescens, intùs glabra; limbo 3—6-lobo, æstivatione imbricato; decidua.

Stamina definita, epipetala v. hypogyna. *Filamenta* corollæ laciniis numero dupla, nunc quadrupla, v. æqualia et tunc iisdem alternantia, in hermaphroditis simplicia; in polygamis et dioicis plerisque duplicata, laciniis ambabus antheriferis interiore sæpiùs breviore. *Antheræ* basi affixæ, lanceolatæ, biloculares,

biloculares, longitudinaliter dehiscentes, nunc barbatæ. *Pollen* globosum, læve.

Ovarium sessile, absque disco cingente, pluriloculare, loculis 1-2-spermis, ovulis pendulis ab apice loculi. *Stylus* divisus, raró simplex. *Stigmata* bifida v. simplicia.

Bacca globosa v. ovalis, abortione sæpè oligosperma: cortice nunc determinatim aperiente.

Semen testâ membranaceâ; membranâ propriâ obsoletâ. *Albumen* seminiconforme, cartilagineum, album.

Embryo axilis v. parùm obliquus, rectus, albus, dimidio albumine sæpiùs longior. *Cotyledones* foliaceæ, subvenosæ, accumbentes, quandoque parùm discretæ. *Radicula* teres, mediocris v. longa, umbilicum spectans. *Plumula* inconspicua.

Arbores v. *Frutices* non lactescentes, ligno denso. *Folia* alterna, exstipulata, petiolo cum ramulo obsoletè articulato, integerrima, coriacea, latiuscula. *Inflorescentia* axillaris; *Pedunculis* solitariis, masculis divisis, femineis sæpissimè unifloris, minutè bracteolatis.

Obs. Ordo Oleinis propinquus, iisdem structurâ intimâ placentationeque seminum conveniens; diversus, foliis alternis, inflorescentiâ semper axillari, floribus sæpiùs diclinibus et plerùmque diplostemonibus, qui in Oleinis meiostemones et hermaphroditi.

Præter genera infrà v. descripta v. memorata, vix ulla certa. Vismea *Linn. suppl.* quæ ex sententiâ nuperiori *Jussæi* hùc pertinet potiùs ad Eleocarpæas (in secundo volumine tractandis) referenda. Labbatia *Sw.* et Ponteria *Aubl.* ulteriore examine egent, forsan ad Sapoteas adjiciendæ.

DIOSPYROS. *L. Juss.*

Flores polygami. *Calyx* profundè 4-(nunc 3- v. 6-)fidus. *Corolla* urceolata, 4-(nunc 3 v. 6-)fida.

Masc. *Stamina* basi corollæ inserta, ejusdem laciniis dupla. *Filamenta* duplicata. *Rudimentum* pistilli.

Hermaph. Fem. *Stamina* effœta, pauciora. *Ovarium* 8—12-loculare, loculis 1-spermis. *Bacca* globosa, calyce patenti demum reflexo.

Obs. Embryopteris *Gært.* et *Roxb.* differt solùm staminibus ratione

ratione laciniarum corollæ quadrupli. Pareira *Aubl.* secundum cujus iconem stamina maris laciniis quadrupla filamentis simplicibus, fortè proprii generis, in fœmineo flore (exemplaris Aubletiani,) stamina circiter 8, effœta, et ovarium 8-loculare loculis monospermis observavimus.

Royena a Diospyro distinguenda floribus hermaphroditis sæpiùsque 5-fidis, filamentis simplicibus; variat ovario 4—6-8-loculari: Diospyros lycioides et hirsuta *Desfontaines* a Royenâ itaque vix separandæ solummodò propter ovarium 6—8 loculare, sed hujus Pericarpium cortice capsulari 5-valvi secund. *Jacq. frag.* 1. *t.* 1. *f.* 2. Royena polyandra aliaque subsimilia inedita Africæ australis, distinctum genus constituunt, ob flores polygamos; masculorum stamina laciniis quadrupla, filamentis duplicatis, antheris barbatis; ovarium 4—6-loculare.

1. D. *rugosula*, foliis ellipticis acuminatis subtùs tomentosis rugosiusculis: basi simplici obtusiusculâ, floribus 4-fidis. (T.) *v. v.*

CARGILLIA.

Flores polygami. *Calyx* semiquadrifidus. *Corolla* limbo 4-fido.

Masc. *Stamina* basi corollæ inserta, (nunc hypogyna?) ejusdem laciniis dupla. *Filamenta* duplicata. *Rudimentum* pistilli.

Hermaph.—Fem. *Stamina* effœta, pauciora. *Ovarium* 4-loculare, loculis 2-spermis. *Bacca* globosa, calyce appresso cupulæformi infrà cincta.

Obs. Inter Diospyrum et Mabam medium tenet, ab illâ diversa calyce minùs profundè diviso, fructifero cupulæformi; ovario 4-loc., loculis 2-spermis: a Mabâ distinguenda floribus fructibusque 4-fidis, femineis staminum rudimentis instructis: masculis staminibus epipetalis.

In memoriam dixi Jacobi Cargill medici Aberdonensis, Caspari Bauhini coætanei, qui in ejusdem Theatro Botanico Algas submersas nonnullas patriæ primùm et pro suo tempore optimè descripsit, præsertim Fucum esculentum, digitatum *L.* palmatum *L.* et Ulvam pavoniam *L.*

1. C. *laxa*, foliis oblongis subundulatis glabris: paginis subconcoloribus, calycibus masculis 4-dentatis tubo corollæ dimidio brevioribus, stylo 3—4-partito, ramulis laxis. (T.) *v. v.*

2. C. *au-*

2. C. *australis*, foliis oblongis glabris apice obtusis basi acutis subtùs pallidis, calycibus masculis 4-fidis tubo corollæ æqualibus, stylo indiviso. (*J.*) *v. v.*

MABA. *Forst.* *Juss. in Ann. mus.* 5. *p.* 418.

Ferreola. *Konig et Roxb.*

Flores dioici. *Calyx* semitrifidus. *Corolla* urceolata, 3-fida.

Masc. *Stamina* hypogyna, numero laciniarum corollæ dupla (raro æqualia), filamentis simplicibus, alternisve geminis. *Pistilli* rudimentum.

Fem. *Stamina* 0. *Ovarium* 3-loculare, loculis 2-spermis. *Bacca* ovalis, rarò globosa, calyce cupulæformi infrà cincta.

Obs. Ovaria *Mabæ ellipticæ* et *buxifoliæ* examinanda; interea ex earum summâ analogiâ cum speciebus Novæ Hollandiæ trilocularia esse conjecturari liceat.

Hujus generis esse videtur Caju Arang *Rump. amb.* 3. *p.* 1. *tab.* 1. quantum e descriptione et icone judicare possumus; ex iisdem autem malè intellectis Ebenoxylum suum condidit Loureiro.

1. M. *laurina*, foliis ovali-oblongis venosis basi obtusiusculis: adultis nitidis ramulisque glabris, floribus masculis femineisque solitariis, filamentis alternis duplicatis. (T.) *v. v.*

2. M. *obovata*, foliis obovatis subretusis: adultis opacis glabris; novellis petiolis ramulisque pubescentibus, calycibus pubescentibus, filamentis alternis duplicatis, baccis solitariis sessilibus ovalibus. (T.) *v. v.*

Obs. *Maba buxifolia* differt præcipuè filamentis omnibus simplicibus.

3. M. *humilis*, foliis ovali-obovatis subretusis basi attenuatis: novellis ramulisque glabris, baccis solitariis ovalibus dimidium folii subæquantibus calycibusque glabriusculis. (T.) *v. v.* absque floribus.

4. M. *geminata*, foliis ovalibus obovatisve marginatis subvenosis basi subattenuatis: novellis ramulisque glaberrimis, baccis ovalibus geminatis folio 4-5-plo brevioribus calycibusque tenuissimè pubescentibus. (T.) *v. v.*

5. M. *littorea*, foliis ovali-oblongis subretusis basi attenuatis nitidis, ramulis glabris, baccis solitariis ovali-oblongis calyce obsoletè lobato 4-plo longioribus folio 4-5-ies brevioribus. (T.) *v. v.*

6. M. *re-*

6. M. *reticulata*, foliis obovatis ovalibusve retusis reticulato-venosis margine subrecurvis, adultis ramulisque glabris, filamentis alternis duplicatis, baccis depressiusculo-globosis. (T.) *v. v.*

7. M. *compacta*, foliis obovatis ovalibusque subretusis compactis reticulatis planis ramulisque glabris, baccis depresso-globosis, calycibus fructûs obsoletè lobatis reflexis intùs sericeis. (T.) *v. v.* absque floribus, ideoque et propter fructûs calycisque figuram, dubia species hujus generis.

SAPOTEÆ. *Juss.*

Flores hermaphroditi.

Calyx divisus, regularis, persistens.

Corolla monopetala, hypogyna, regularis, laciniæ divisuris calycinis numero æquales, raró duplæ v. triplæ; decidua.

Stamina epipetala, definita, distincta; *fertilia* laciniis calycis numero æqualia, laciniisque corollæ iisdem alternantibus opposita, raró plura; *Antheris* sæpè posticis: *sterilia* totidem, fertilibus alternantia, quandoque nulla.

Ovarium 1, pluriloculare, loculis monospermis, ovulis erectis. *Stylus* 1. *Stigma* indivisum, nunc lobatum.

Bacca (Nuculana *Rich.*) plurilocularis v. abortione unilocularis, loculis monospermis.

Semina (Nauci *Gært.*) nucamentacea, nunc in putamen pluriloculare connata. *Testa* ossea, nitens, ventre plùs minùs deraso, opaco.

Embryo erectus, albus, magnus, albumine carnoso sæpiùs inclusus. *Cotyledones* in albuminosis foliaceæ

ceæ, in exalbuminosis carnosæ, et quandoque connatæ. *Radicula* brevis, recta, v. paulò inclinans, umbilicum spectans. *Plumula* inconspicua.

Arbores (v. *Frutices*) exoticæ et pleræque tropicæ, plurimæ lactescentes. *Folia* alterna, exstipulata, integerrima, coriacea. *Inflorescentia* axillaris.

Obs. Ordo Ebenaceis certè affinis; habitu, nempe caule arborescenti, foliis alternis integerrimis, et inflorescentiâ axillari, similis; et insuper conveniens corollâ monopetalâ hypogynâ, regulari, disci hypogyni defectu, ovario pluriloculari, ovulis staminibusque definitis; discrepant verò pluribus notis quas enumerare forsan haud inutile foret. In Sapoteis lac plerumque exstat et abundat ideoque lignum inter molliora, flores semper hermaphroditi; Calycis et corollæ laciniæ nunc gemino ordini dispositæ; *Stamina* semper simplici serie, fertilia divisuras calycis rariùs numero superantia, laciniis corollæ opposita; Stylus indivisus; Ovarii loculi semper monospermi, ovulis erectis; Seminis testa crassa et ossea; Embryo magnus respectu albuminis carnosi, quandoque deficientis; *Radicula* brevis v. brevissima, infera.

In Ebenaceis lac nullum, lignum durissimum; Flores sæpiùs diclines; Calycis et corollæ laciniæ semper simplici serie; Stamina sæpiùs duplicata divisurisque corollæ plerumque dupla, v. quadrupla, et dum æqualia iisdem alternantia; *Stylus* plerumque divisus; Ovarii loculi quandoque dispermi; Ovula semper pendula; Seminis testa tenuis et mollis; Embryo respectu albuminis cartilaginei et semper præsentis mediocris v. parva; Radicula mediocris v. longa, supera.

In Omphalocarpo *Palis. de Beauv. flor. d'Owar. 6. t. 5. 6.* Stamina haud penitùs indefinita, forsan sex ad singulas corollæ lacinias, quibus opposita.

SERSALISIA.

Calyx 5-partitus. *Corolla* 5-fida. *Stamina* 5 *sterilia* squamæformia, totidem *antheriferis* alternantia. *Ovarium* 5-loculare. *Stigma* indivisum. *Bacca* 1—5-sperma. *Semina* exalbuminosa, testâ crustaceâ, hilo longitudinali.

Obs. I. Flos omninò Sideroxyli, fructûs ferè Bumeliæ (*Gært. fil.*)

Dixi in memoriam Jo. Bapt. Sersalis, Clerici Neapolitani, a Fabio Columna maximè laudati.

Obs. II. Sideroxyli genus a Linneo in editione primâ generum plantarum conditum fuit, charactere e descriptione et icone S. *inermis* in Horto Elthamensi datis omninò mutuato, cum hoc species pleræque postea ad genus relatæ flore et fructu essentialiter consentiunt, ut patet ex analysi Sideroxyli inermis cum iconibus Sideroxylorum Gærtneri filii (*carp.* 3. *p.* 123. *t.* 202.) convenienti. At Sideroxylum spinosum *L.* fructu valdè diversum proprium hujus ordinis genus efficit.

1. S. *sericea*, foliis ovatis obovatisve obtusis subtùs cum pedunculis calycibusque tomentosis, corollis extùs villosis: tubo calycem superante, filamentis sterilibus lanceolatis, stylo filiformi basi villosâ. (T.) *v. v.*

Sideroxylon sericeum. *Hort. kew.* 1. *p.* 262.

2. S. *obovata*, foliis obovatis basi subattenuatis subtùs parùm sericeis, calycibus glabriusculis, corollis 5-partitis glabris: laciniis orbiculatis filamenta sterilia lanceolata aliquoties superantibus, stigmate sessili sphincteriformi. (T.) B. *v. s.*

ACHRAS. *L*

Calyx 6-(rarò 5-)partitus. *Corolla* 6-fida. *Stamina* 6 *sterilia* squamæformia, cum totidem *fertilibus* alternantia. *Ovarium* 12—6-loculare. *Pomum* 12—6-spermum. *Nuces* compressæ, osseæ, ventre longitudinaliter deraso. *Semen* albuminosum.

Obs. Achras australis a reliquis differt, ovario 6-loculari et calyce sæpiùs corollâ quandoque 5-fidâ; fructu et nucibus convenit. Achras dissecta *Forst. pl. escul.* (fide illius speciminis) florem habet Mimusopis, et ovarium 6-loculare ideoque e genere excludenda.

1. A. *australis*, foliis elliptico-oblongis cum pedunculis calycibusque glabris, filamentis sterilibus lineari-subulatis, ovario 6-loculari. (J.) *v. v.*

MIMUSOPS. *L.*

Calyx 8—6-partitus, gemino laciniarum ordine. *Corolla* laciniis duplici serie, *exteriores* 6—16, integræ v. divisæ: *interiores* 6—8, integræ. *Stamina antherifera* 6—8, laciniis

niis interioribus opposita, totidem *sterilia* alternantia. *Ovarium* 6—8-loculare. *Bacca* abortione oligosperma, v. monosperma. *Semina* nucamentacea, albuminosa.

Obs. Imbricaria *Juss.* (auctoritate speciminis ab Aubletio in Herb. Banks.) distinguitur Corollæ laciniis triplici serie ordinatis, mediâ extimæ oppositâ, utriusque trifidis: seminibus margine, præsertim prope umbilicum, irregulari subcristato.

Binectaria *Forsk.* secundum illius descriptionem ad Mimusupin referri possit: a congeneribus tamen discrepans laciniis exterioribus corollæ bis bifidis. Achras dissecta *Forst.* Mimusopis species est, et si illius descriptio accurata vix distinguenda a Mimusopi hexandra *Roxb.*, sed in exemplari ab ipso Forstero in Herbario Banksiano asservato, laciniæ exteriores corollæ ni fallor indivisæ sunt.

1. M. *parvifolia,* foliis ovalibus acuminatis utrinque glabris, pedunculis 1—3 petiolos pariter tomentosos superantibus. (T.) *v. v.*

Obs. Proxima M. *Elengi,* cujus pedunculi plures, petiolis glabriusculis breviores, alioqui valdè similes.

2. M. *Kauki,* foliis obovatis obtusissimis subtùs argenteis petiolo vix triplo longioribus. (T.) *v. v.* sinè fructific.; cum fructu in Herb. Banks.

Mimusops Kauki *L.* fide speciminum Herb. Hermanni, quæ floribus inexpansis.

Obs. Manil-kara *Rheed. malab.* 4. *p.* 53. *t.* 25. foliorum formâ convenit, sed dubiè huc relata, præsertim ob flores 6-fidos.

MYRSINEÆ.

Ophiosperma. *Vent. cels. p.* 86.

Flores hermaphroditi v. polygami.
Calyx 5—4-fidus, persistens.
Corolla monopetala, hypogyna, 5—4-fida, æqualis.
Stamina 5-4, laciniis corollæ opposita earumque basibus inserta. *Filamenta* distincta, raró connata, quandoque nulla, nunc 5 sterilia petaloidea alterna. *Antheræ* basi emarginatæ affixæ, biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus.
Ovarium 1, uniloculare, pluriovulatum, ovulis numero determinato v. indeterminato, alveolis placentæ centralis liberæ immersis, peltatis. *Stylus* 1, sæpe brevissimus. *Stigma* lobatum v. indivisum.
Drupa v. *Bacca* in plerisque monosperma, quandoque 2—4-sperma.
Semina peltata, umbilico cavo, integumento simplici. *Albumen* semini conforme, corneum.
Embryo respectu umbilici transversus, teretiusculus, sæpiùs curvatus. *Cotyledones* breves. *Radicula* (ubi semina plura maturescunt) infera. *Plumula* inconspicua.
Arbores v. *Frutices*, *Foliis* alternis, indivisis serratis v. integris, coriaceis, glabris; nunc Suffrutices, *Foliis* oppositis, ternisve. *Inflorescentia* umbellata corymbosa v. paniculata, axillaris, raró terminalis. *Flores* parvi, albi, punctis lineolisve glandulosis immersis plerumque notati.

Obs. Ordo a b. Ventenat conditus, ejusdem nomen verò minùs placet, quippe potiori parte embryone recto donatâ haud convenit, ideoque secundum principia Jussæana alterum a genere optimè cognito derivatum proposui.

Cel.

Cel. Ventenat insuper veram structuram fructûs vix intelligere posset, ovulorum pluralitate et placentatione ignotis; Embryo enim, qui respectu umbilici semper transversus, quia semen peltatum, quoad fructum transversum evadit tantummodo dum ovulum unicum maturescit, nam ubi fructus polyspermus ut in Jacquiniâ (quæ hujus ordinis), Embryo erectus est: arctior itaque affinitas ordinis hinc Sapoteis mediante Jacquiniâ inde Primulaceis appropinquante Bladhiâ.

Ægiceram sine hesitatione ordini adjeci, propter ovarii internam structuram et idem glandulis similibus lineolatum, atque ob stamina laciniis corollæ opposita.

In arboribus littoreis embryonem germinantem sustinentibus, intra tropicos præcipuè provenientibus, et olim sub communi Rhizophoræ nomine perperam coacervatis, affinitates e fructûs maturi contemplatione minimè eruendæ, sed quantum a fructu pendent ab internâ structurâ ovarii; quâ neglectâ Jussæus perperàm Rhizophoram et Bruguieram ad Lorantheas suas retulit.

MYRSINE. *L.*

Flores polygàmi dioici. *Corolla* 5- rarò 4-fida. *Antheræ* subsessiles. *Ovarium* ovulis definitis (4-5). *Stigma* sæpiùs lobatum v. laciniatum. *Drupa* pisiformis, putamine crustaceo, monospermo.

Frutices v. Arbusculæ. Folia *alterna, coriacea.* Flores *axillares, aggregati, subumbellati.* Corolla *in plerisque 5-partita, nunc breviter tubulosa.* Masculi *majores, stigmate simplici.* Feminei *antheris minoribus, effœtis.*

Obs. Hujus generis sunt Myrsine africana (a quâ *retusa* vix distincta). Manglilla *Juss.* (quæ Caballeria *Flor. peruv.*) Athyrophyllum *Lour.* (fide iconis Cel. D. Car. Konig, e specimine ab auctore misso.) Sideroxylon melanophleos *L.* (quod Roemeria *Thunb. nov. gen.*), Samara coriacea *Sw.*, Samara pentandra *Hort. kew.*, Samara floribunda *Willd.* (quæ Rapanea *Aublet.*), Badula *Juss. gen.* 429. exclus. syn. Burmanni; nec non Ardisiæ nonnullæ, stigmate diviso, ovario 4-5-spermo.

Ardisia Myrsini nimis affinis, diversa solummodo floribus hermaphroditis, stigmate simplici, ovario indefinitè polyspermo (ovulis 5-pluribus), antheris conniventibus: hujus species est Pyrgus *Lour.* (fide specim. ab auctore missi in Herb. Banks.)

Bladhia

Bladhia ab utroque genere foliis oppositis ternisve diversa, fructificatione totâ similis.

Wallenia, quæ hujus ordinis, et dioica, a præcedentibus differt, corollâ longius tubulosâ, limbo abbreviato et semper 4-fido.

An itaque omnia conjungenda?

1. M. *variabilis*, umbellis axillaribus sessilibus, pedicellis glabris, foliis obovato-oblongis integris dentatisve, antheris sessilibus, corollis 4-5-partitis. (J.) *v. v.*

2. M. *crassifolia*, floribus axillaribus aggregatis subsessilibus, foliis obovatis integris. (T.) *v. v.*

Obs. Folia 2-2½ uncias longa.

3. M. *urceolata*, umbellis axillaribus sessilibus: pedicellis glabris, floribus 4-fidis, corollâ masculâ urceolatâ: staminibus inclusis, foliis lanceolato-oblongis integerrimis. (T.) B. *v. s.*

Obs. Charactere Walleniâ ferè convenit, inflorescentiâ diversa.

ÆGICERAS. *Gært. Konig in ann. of bot.* 1. *p.* 131.

Calyx 5-partitus, foliolis obliquè imbricatis. *Corolla* hypocrateriformis. *Filamenta* infrà connata. *Antheræ* sagittatæ, loculis cellulosis. *Ovarium* polyspermum. *Stigma* simplex. *Theca* coriacea, cylindracea, follicularis, monosperma. *Semen* intra thecam germinans, integumento incompleto, calyptræformi. *Albumen* 0. *Embryo* erectus. *Cotyledones* brevissimæ. *Plumula* conspicua.

Arbor *parva, littoralis, inter* Rhizophoras *intra tropicos proveniens, sed usque ad lat.* 34° *aust. extensa.* Folia *sparsa, integerrima, paginæ superioris excretione salina.* Umbellæ *terminales.* Flores *albi, fragrantes.*

Obs. Habitus ferè *Jacquiniæ armillaris*, cui calyci insuper similis. Jacquinia venosa *Sw.* diversissimi generis et etiam ordinis, nam Rubiacea est.

Æ. *fragrans. Konig in ann. of bot.* 1. *p.* 129. *cum tab.* (T. J.) *v. v.*

Ægiceras majus. *Gært sem.* 1. *p.* 216. *t.* 46. cum syn.

EPA-

EPACRIDEÆ.

Calyx 5-partitus, (rarissimè 4-part.) sæpè coloratus, persistens.

Corolla hypogyna, monopetala (tubo nunc 5-partibili), limbo 5-diviso (rarissimè 4-diviso), æquali, nunc laciniis cohærentibus clausa transversim dehiscens; æstivatione valvatâ v. imbricatâ; decidua v. marcescens.

Stamina numero laciniarum, iisdemque alterna (rarò pauciora). *Filamenta* epipetala v. hypogyna. *Antheræ* simplices, receptaculo unico pollinifero, septum completum, rarò marginatum constituente; indivisæ, longitudinaliter dehiscentes. *Pollen* v. subglobosum parùm angulatum, v. e sphærulis 3 connatis compositum.

Ovarium sessile, basi squamis 5 distinctis v. connatis sæpiùs cinctum, pluriloculare (raro 1-locul.) seminibus solitariis v. indefinitis. *Stylus* 1. *Stigma* 1, nunc dentatum.

Pericarpium drupaceum, baccatum v. capsulare.

Semina albuminosa.

Embryo teres, rectus, axilis, dimidio albumine longior.

Frutices v. Arbusculæ, pube dum adsit simplici. *Folia* alterna, rarissimè opposita, integra, (rarò serrata,) sæpiùs petiolata v. basi simplici; modò basibus latioribus imbricatis, cucullatis, semivaginantibus. *Flores* spicati v. racemosi terminales; v. solitarii axillares; calycibus pedicellisve bi-v. multi-bracteatis, bracteis plerumque textura calycis; albi v. purpurei, rarò cærulei.

Obs. Ericearum familia nunc adeò vasta est ut potiùs classem quam ordinem constituere videatur, et jamdudum ejusdem alteram partem nec omninò naturalem solummodo ob aliquam

aliquam in fructûs dehiscentiâ diversitatem proprio nomine Rhododendrorum separavit Ill. Jussieu; liceat itaque nobis alterum ordinem (Epacrideas) proponere, verè naturalem, quamvis pariter unico fructificationis stabiliendum signo, nempe Antherarum insolitâ simplicitate; quæ autem majoris forsàn valoris, quia Antheris bithecatis, sæpiùs divisis et appendiculatis Ericearum opponitur; nec talem divisionem magìs suadet Epacridearum numerus etiamnum insignis, quam earum geographica distributio, omnes enim adhuc dum cognitæ Australasiæ vel Polynesiæ incolæ sunt, ubi Ericearum una alterave tantùm provenit.

Obs. II. Ordo sic stabilitus in duas sectiones dispositus, quarum priorem Styphelia auctorum ferè omninò constituit, quam ob vastum numerum specierum, et plurimas in Novâ Hollandiâ sine dubio detegendas, dividere ausus sum, quoniam verò harum divisionum diagnoses quandoque exceptionibus obnoxiæ, characterem totius generis dedi et specifica nomina ita construxi ut si aliis genus integrum retinere placeat, subalterna infrà proposita ad idem revocare et faciliùs foret et minori scientiæ detrimento.

Styphelia itaque latiùs sumpta, a Needhamiâ et Oligarrhenâ sub eâdem sectione militantibus sequente charactere distingui possit; Corolla *limbo 5-partito, æstivatione valvatâ, decidua*. Stamina 5. Ovarium 1—10-*loculare*. Drupa 1—10-*locularis* v. Bacca 5—10-*pyrena*. Folia *sparsa*.

Sectionis secundæ genus præcipuum Epacris est, cui, neglectis corollæ staminum placentarum et disci hypogyni modificationibus, cætera omnia reduci possint; sed Sprengeliâ *Smith* et Dracophyllo *Labill.* admissis, reliqua pari jure retinenda sunt.

Hujus sectionis primaria divisio, quia seriei naturali consentanea, a foliis et placentis pendere videtur, sequenti ratione.

1. Folia petiolata, v. basi simplici angustatâ ramo inserta; rami denudati cicatricibus denticuliformibus notati; Placentæ seminum columnæ adnatæ. Hujus loci Epacris, Lysinema et ni fallor Prionotes.
2. Folia basi cucullatâ vaginanti; rami denudati læves nec denticulati nec manifestè annulati; Placentæ seminum columnæ adnatæ, extremitatibus quandoque solutis. Huc Cosmelia, Andersonia, Ponceletia et Sprengelia.
3. Folia basi cucullatâ vaginanti; rami denudati cicatricibus annulatis; Placentæ seminum ab apice columnæ pendulæ solutæ. Huic respondent Cystanthe, Richea et Dracophyllum.

Sect.

Sect. I. Ovarii loculi monospermi. Pericarpium clausum, rarò capsulare (?)

STYPHELIA.

Styphelia species. *Smith.*

Calyx bracteis 4 pluribusve. *Corolla* elongato-tubulosa; *tubo* intùs juxta basin fasciculis 5 villorum: *limbo* laciniis revolutis, barbatis. *Filamenta* exserta. *Ovarium* 5-loculare. *Drupa* subexsucca, putamine osseo, solido.

Frutices *erecti v. adscendentes, ramosi, glabriusculi.* Folia *sparsa, brevissimè petiolata, mucronata.* Flores *axillares, nutantes v. divaricati, speciosi, pedunculis unifloris, rarò 2-3-floris.* Squamulæ hypogynæ 5, *distinctæ, rarò connatæ.*

1. S. *longifolia,* foliis elongato-lanceolatis apice attenuatis suprà concaviusculis margine lævibus, ramulis pubescentibus. (J.) *v. v.*

2. S. *læta,* foliis ellipticis v. oblongo-lanceolatis planis glaucis imbricatis: marginibus denticulatis scabris, ramulis pubescentibus, caule erecto. (J.) *v. v.*

3. S. *adscendens,* foliis lanceolatis planis: marginibus dentato-ciliatis scabris; subtùs glaucis striis manifestis, caule diffuso ramis adscendentibus. (D.) D. Paterson. *v. s.*

4. S. *latifolia,* foliis latè ovatis acutis imbricatis suprà concaviusculis margine scabris, floribus erectiusculis. (J.) *v. v.*

5. S. *viridiflora,* foliis obovato-oblongis obtusis mucronulatis planis suprà lævibus margine parùm scabris floribusque divaricatis. (J.) *v. v.*
Styphelia viridiflora. *And. repos.* 312.

6. S. *triflora,* foliis elliptico- v. oblongo-lanceolatis planis glaucis: paginis marginibusque lævibus, ramulis glabris, floribus corymboso-approximatis; pedunculis 1—3-floris. (J.) *v. v.*
Styphelia triflora. *And. repos.* 72.

7. S. *tubiflora,* foliis lineari-obovatis mucronatis suprà scabriusculis margine revolutis, floribus nutantibus. (J.) *v. v.*
Styphelia tubiflora. *Smith, new holl.* 45. *t.* 14.

ASTROLOMA.

Vintenatiæ sp. *Cavan.*

Calyx bracteis 4 pluribusve imbricatus. *Corolla* tubo ventricoso, calyce duplò longiore, intùs juxta basin fasciculis 5 villorum: *limbo* brevi, patenti, barbato. *Filamenta* linearia, inclusa. *Ovarium* 5-loculare. *Drupa* subexsucca, putamine osseo, solido.

Frutices *humiles, sæpiùs diffusi.* Folia *sparsa, sæpè ciliata.* Flores *axillares, erecti.* Discus hypogynus, *cyathiformis, subinteger.*

1. A. *humifusum*, prostratum ramosissimum, foliis lanceolato-linearibus suprà convexiusculis margine ciliatis. (J. D. M.) *v. v.*

Vintenatia humifusa. *Cavan. ic.* 4. *p.* 28. *t.* 348.

2. A. *prostratum*, prostratum ramosissimum, foliis lanceolato-linearibus ciliatis suprà planis subtùs convexiusculis. (M.) *v. v.* flor. inexp.

3. A. *denticulatum*, procumbens nunc erectiusculum, foliis lanceolatis planis ciliatis: ciliis basi dilatatâ. (M.) *v. v.*

4. A. *pallidum*, diffusum, ramis adscendentibus, foliis lanceolatis sessilibus ciliatis imbricatis suprà concaviusculis. (M.) *v. v.*

5. A. *compactum*, diffusum, ramulis adscendentibus brevissimis, foliis obovato-lanceolatis ciliatis petiolato-attenuatis suprà concaviusculis. (M.) *v. v.*

6. A. *tectum*, erectum subramosum, foliis lanceolato-oblongis planis imbricatis margine scabris: denticulis brevissimis obtusis. (M.) *v. v.*

STENANTHERA.

Calyx multibracteatus. *Corolla* tubulosa, *tubo* calyce duplò longiore, ventricoso, intùs absque fasciculis villorum; *limbo* brevi, patenti, semibarbato. *Filamenta* inclusa, carnosa, antheris latiora. *Ovarium* 5-loculare. *Drupa* subexsucca, putamine osseo, solido.

Frutex *erectus.* Folia *confertissima, acerosa.* Flores *axillares, erecti, tubo coccineo, limbo flavo-virescenti.* Discus hypogynus *cyathiformis, integer.*

S. *pinifolia.* (J.) *v. v.*

MELI-

MELICHRUS.

Calyx multibracteatus. *Corolla* rotata v. urceolata, juxta basin fasciculis 5 glandulorum, laciniis semibarbatis. *Ovarium* 5-loculare. *Drupa* subexsucca, putamine osseo, solido.

Fruticuli *procumbentes v. erectiusculi.* Folia *lanceolata.* Flores *erecti.* Discus hypogynus *cyathiformis, subinteger.*

1. M. *rotatus*, corollis rotatis, calycibus villosis, foliis lanceolato-linearibus utrinque marginibusque pilosis. (J. T.) *v. v.*
   Vintenatia procumbens. *Cavan. ic.* 4. *p.* 28. *t.* 349. *f.* 1.

2. M. *urceolatus*, corollis urceolatis, calycibus glabris, foliis lanceolatis apice attenuatis: marginibus brevissimè denticulatis. (J.) D. Bauer. *v. s.*

CYATHODES.

Cyathodis species. *Labill.*
Styphelæ species. *Soland. Labill.*

Calyx multibracteatus. *Corolla* infundibuliformis, *tubo* calycem vix superante, intùs absque fasciculis villorum glandulisve; *limbo* patente, barbâ rarâ v. nullâ, *Filamenta* inclusa. *Ovarium* 5—10-loculare. *Drupa* baccata.

Frutices *erecti, ramosi, modò* Arbusculæ. Folia *subtùs striata.* Flores *axillares, erecti v. subnutantes, inter minores.* Discus hypogynus *cyathiformis, 5-dentatus.*

Obs. Ardisia acerosa *Gært.*, quæ ad sectionem secundam hujus generis pertinet, reliquis convenit ovarii loculis monospermis. In Herbario Banksiano tres species ejusdem sectionis vidi, quarum duæ ab Insulis Sandvicensibus; tertia Taheitensis.

I. *Corollæ laciniæ barbatæ, axi intùs simplici.*

1. C. *glauca*, drupâ 8—10-loculari, foliis interruptè confertis subverticillatis patulis divaricatisve lineari-lanceolatis. (D.) *v. v.*
   Cyathodes glauca. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 57. *t.* 81.

2. C. *straminea*, drupâ 5-loculari, foliis interruptè confertis subverticillatis ovalibus obtusis muticis patulis subtùs multinervibus, caule erecto. (D.) *v. v.*

3. C. *dealbata*, drupâ 2—5-loculari, foliis linearibus erecto-patulis mucrone tabescenti subtùs 1—3-nervibus, caule procumbente. (D.) *v. v.*

II. *Corollæ laciniæ imberbes, axi intùs sæpiùs elevato.*

4. C. *parvifolia*, foliis lineari-lanceolatis (semunciâ brevioribus, patulis brevissimè ciliatis: subtùs 5-nervibus nervis omnibus simplicibus. (D.) *v. v.*

5. C. *oxycedrus*, foliis linearibus (semunciâ longioribus) patulis margine nudis: subtùs 3—5-nervibus nervis omnibus simplicibus. (D.) *v. v.*
Styphelia oxycedrus. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 49. *t.* 69.
Obs. Nimis affinis Styphelia acerosæ *Banks et Soland.* (Ardisia acerosa *Gært.*) quæ differt foliorum nervis extimis pectinatim ramulosis.

6. C. *abietina*, foliis lineari-lanceolatis planis confertissimis imbricatis. (D.) Labill. *v. s.* absque flor.
Styphelia abietina. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 48. *t.* 68.

LISSANTHE.

Calyx bibracteatus v. ebracteatus. *Corolla* infundibuliformis, limbo imberbi. *Ovarium* 5-loculare. *Drupa* baccata, putamine osseo, solido.
Fruticuli *erecti*. Folia *sparsa, subtùs lineata*. Flores *inter minores, albi*. Discus hypogynus *cyathiformis*, 5-*lobus*.

I. Calyx *ebracteatus*. Racemi *axillares, pauciflori, pedicellis basi bibracteatis*. Corollæ *tubus intùs villosus*.

1. L. *sapida*, racemis 2-3-floris recurvis, foliis oblongo-linearibus mucronatis margine revolutis; subtùs dealbatis striatis. (J.) *v. v.*

2. L. *subulata*, racemis 4-5-floris erectis, foliis lineari-subulatis (semuncialibus), ramulis glabris, drupis 10-striatis. (J.) *v. v.*

3. L. *strigosa*, racemis subspicatis erectis paucifloris, foliis lineari-subulatis, ramis pubescentibus, drupis vix sulcatis. (J. D.) *v. v.*
Styphelia strigosa. *Smith, new holl.* 48.

II. Calyx *bibracteatus*. Corolla *urceolata, tubo fauceque nudis*. Spicæ *axillares, pauciflora*.

4. L. *montana*, foliis oblongo-linearibus obtusis muticis subtùs glaucis. (D.) *v. v.*

III. Calyx *bibracteatus*. Corolla *infundibuliformis, fauce villis deflexis, inclusis*. Flores *axillares, solitarii*.

5. L. *daph-*

5. L. *daphnoides*, foliis elliptico-lanceolatis concaviusculis mucrone calloso brevissimo: marginibus nudis scabriusculis, corollæ laciniis glaberrimis. (D. T.) *v. v.*
Styphelia daphnoides. *Smith, new holl.* 48.

6. L. *ciliata*, foliis elliptico-lanceolatis planis mucrone pellucido: marginibus serrulato-ciliatis, corollæ limbo scabriusculo. (D.) *v. v.*

LEUCOPOGON.

Calyx bibracteatus. *Corolla* infundibuliformis, limbo patenti, longitudinaliter barbato. *Filamenta* inclusa. *Ovarium* 2—5-loculare. *Drupa* baccata v. exsucca, nunc crustacea.

Frutices *sæpè humiles.* Folia *sparsa, quandoque interrupto-conferta.* Flores *spicati, axillares v. terminales.* Discus hypogynus *cyathiformis, sublobatus, rarò nullus.*

I. *Spicæ axillares, multifloræ. Drupa baccata.*

1. L. *lanceolatus*, spicis nutantibus aggregatis, ovariis 2-locularibus, drupis ovalibus, foliis lanceolatis planis 3-nervibus, ramulis glabris. (J.) *v. v.*
Styphelia lanceolata. *Smith, new holl.* 49. exclus. synonymis.
Styphelia parviflora. *And. repos.* 287. mala.
Styphelia gnidium. *Vent. malm.* 13.

2. L. *australis*, spicis erectis, drupis depresso-globosis 5-locularibus, foliis lineari-lanceolatis (unciâ longioribus) 3—5-nervibus: marginibus subrecurvis lævibus. (M. D.) *v. v.*

3. L. *Richei*, spicis erectis, drupis ovatis 5-locularibus, foliis (subuncialibus) oblongo-lanceolatis extra medium latioribus: marginibus subrecurvis (M. D. J.) *v. v.*
Styphelia Richei. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 44. *t.* 60.

4. L. *affinis*, spicis erectis, drupis ovalibus 2-3-locularibus, foliis elongato-lanceolatis (unciâ longioribus) planis. (D.) *v. v.* sine flor.

5. L. *interruptus*, spicis subterminalibus, foliis ad apicem ramorum verticillato-confertis ellipticis patentibus multinervibus (sesquiuncialibus). (M.) *v. v.*

6. L. *verticillatus*, spicis subterminalibus aggregatis: fructiferis nutantibus, drupis 5-locularibus putamine 5-gono, foliis interrupto-verticillatis oblongo-lanceolatis apice attenuatis (2—4-uncialibus). (M.) *v. v.*

II. *Spicæ*

II. *Spicæ axillares, nunc terminales, floribus 3 pluribusve. Calyx bracteæque coloratæ. Drupa sub-exsucca. Folia non cordata.*

7. L. *apiculatus*, spicis terminalibus subaggregatis 5—7-floris, bracteis lanceolatis: subtendenti parùm majore, foliis lanceolato-oblongis erectis concaviusculis margine lævibus mucronulo calloso, drupis crustaceis depresso-turbinatis calyce brevioribus. (M.) *v. v.*

α. Ramuli foliaque glabra.

β. Ramuli foliaque pubescentia. Forsan distincta species.

8. L. *polystachyus*, spicis axillaribus terminalibusve aggregatis 7—10-floris, foliis lineari-lanceolatis muticis convexo-concaviusculis, ramulis glabris virgatis, drupis exsuccis ovalibus apice depresso. (M.) *v. v.*

9. L. *multiflorus*, spicis axillaribus folio brevioribus, foliis lanceolatis subacuminatis mucronatis imbricatis subtùs convexiusculis: marginibus lævibus, calycibus bracteisque margine lanatis. (M.) *v. v.*

10. L. *rubricaulis*, spicis subterminalibus aggregatis 4-5-floris, calycibus bracteisque glabriusculis: subtendenti striatâ interiores æquante, foliis lineari-oblongis obtusis muticis: suprà convexiusculis lævibus; marginibus subrecurvis denticulatis, ramulis glabris, drupis oblongis. (M.) *v. v.*

11. L. *villosus*, spicis subterminalibus aggregatis, foliis lineari-oblongis obtusiusculis muticis erecto-patulis utrinque ramulisque villosis: marginibus subrecurvis denticulatis. (M.) *v. v.*

Obs. Nimis affinis L. *rubricauli.*

12. L. *obovatus*, spicis terminalibus subsimplicibus, foliis obovato-oblongis obtusis mucronulatis margine subrecurvis, drupis subglobosis 5-locularibus. (M.) Labill. †

Styphelia obovata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 48. *t.* 67.

13. L. *revolutus*, spicis subterminalibus aggregatis 4-5-floris, calycibus bracteisque tenuissimè pubescentibus: subtendenti dimidio minore, foliis modicè patentibus lineari-oblongis obtusis muticis apiculo obtuso calloso; suprà convexis scabris; subtùs lineatis glabris; marginibus recurvis nudis, ramulis minutè pubescentibus, drupis exsuccis 5-locularibus obovatis. (M.) *v. v.*

14. L. *margarodes*, spicis axillaribus subtrifloris, foliis modicè patentibus lineari-oblongis obtusis muticis: marginibus recurvis lævibus, drupis bilocularibus: basi baccatâ; suprà exsuccis compressis! (T.) *v. v.*

15. L. *mu-*

15. L. *muticus*, spicis axillaribus erectis 3—6-floris, foliis lineari-oblongis obtusis submuticis erecto-patulis: marginibus lævibus subrecurvis, drupis 5-locularibus angulatis glabris. (J.) *v. v.*

Obs. Valdè affinis sequenti.

16. L. *trichocarpus*, spiculis axillaribus subnutantibus 3-floris, foliis lineari-oblongis obtusis mucronulatis, drupis 5-locularibus angulatis pilosis. (D.) Labill. †
Styphelia trichocarpa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 47. *t.* 66.

17. L. *ericoides*, spicis axillaribus approximatis 3-4 floris, foliis oblongo-linearibus modicè patentibus mucronatis margine recurvis suprà scabriusculis, bracteis muticis, calycibus membranaceis, drupis exsuccis angulatis. (J. D.) *v. v.*
Styphelia ericoides. *Smith, new holl.* 48.
Epacris spuria. *Cavan. ic.* 4. *p.* 27. *t.* 347. *f.* 1.

18. L. *propinquus*, spicis axillaribus subtrifloris pedunculatis, foliis lanceolato-linearibus setaceo-mucronatis suprà lævibus: marginibus revolutis extrorsùm denticulatis, bracteis cuspidatis. (M.) *v. v.* flor. inexpans.

19. L. *virgatus*, spicis terminalibus axillaribus subaggregatis paucifloris, calycibus bracteisque submembranaceis: subtendenti minore, foliis lineari-lanceolatis apice attenuatis acutissimis convexo-concavis imbricatis patulisque margine ciliatis, ramulis glabris. (J. M. D.) *v. v.*
Styphelia virgata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 46. *t.* 64.

20. L. *collinus*, spicis ramulos laterales abbreviatos terminantibus, bracteis infimis subtendentibus foliaceis calycem æquantibus, foliis oblongo-linearibus acutiusculis muticis erectis: suprà convexiusculis lævibus; marginibus recurvis denticulatis. (D.) *v. v.*
Styphelia collina. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 47. *t.* 65.

III. *Spicæ axillares v. terminales. Folia cordata. Calyces bracteæque membranaceæ v. foliaceæ.*

21. L. *amplexicaulis*, spicis axillaribus terminalibusque patulis pedunculatis folia superantibus, foliis cordatis amplexicaulibus muticis: subtùs minutè pubescentibus; marginibus recurvis ramulisque villosis, drupis lenticularibus bilocularibus. (J.) *v. v.*
Styphelia amplexicaulis. *Rudge in Linn. trans.* 8. *p.* 292. *t.* 8. icon bona.

22. L. *alternifolius*, spicis axillaribus terminalibusve paucifloris, foliis alternis reniformibus amplexicaulibus acutis muticis (sesqui-

(sesquilinearibus) ramulisque glabris, drupis crustaceis lenticularibus bilocularibus. (M.) *v. v.*

23. L. *distans*, spicis terminalibus aggregatis flexuosis: floribus distantibus, foliis ovatis subcordatis divaricatis muticis (lineam unam longis) suprà convexis subtùs pubescentibus, drupis crustaceis 5-locularibus depresso-obovatis. (M.) D. Menzies *v. s.*

24. L. *reflexus*, spicis terminalibus confertis paucifloris: floribus imbricatis, foliis ovatis subcordatis muticis reflexis divaricatisve: suprà convexis; subtùs concavis pilosis lineatis, drupis crustaceis 5-locularibus. (M.) *v. v.*

25. L. *glabellus*, spicis terminalibus subsolitariis, bracteis foliaceis calycibusque glabris, foliis alternis latè cordatis acutis muticis divaricatis planiusculis ramulisque glabris. (M.) *v. v.*

IV. *Spicæ terminales. Calyx bracteæque subfoliaceæ. Drupa exsucca. Folia non cordata.* Perojoa *Cavan.*

26. L. *microphyllus*, spiculis confertis paucifloris, calycis foliolis acuminatis semifoliaceis, bracteis subtendentibus foliaceis nervosis, foliis ovalibus obtusis muticis planis: paginis concoloribus, drupis crustaceis 1-2-locularibus. (J.) *v. v.*

Perojoa microphylla. *Cavan. ic.* 4. *p.* 29. *t.* 349. *f.* 2.

27. L. *tamariscinus*, spicis aggregatis solitariisve multifloris, calycibus bracteisque foliaceis glabris, foliis imbricatis adpressis ovatis muticis concavo-convexis subtùs lineatis ramulisque glabris. (M.) *v. v.*

28. L. *gracilis*, spicis congestis 4—6-floris, calycibus bracteisque subfoliaceis glabris: subtendenti parùm breviore, foliis lanceolato-linearibus erectis concavo-convexis muticis: subtùs nervosis 3-lineatis, ramulis glabris filiformibus. (M.) *v. v.*

29. L. *striatus*, spicis aggregatis, bracteis calycibusque subfoliaceis margine nudis, foliis ellipticis muticis erectis: subtùs convexiusculis nervosis; suprà concaviusculis, ramulis glabris, drupis crustaceis 2-locularibus. (M.) *v. v.*

30. L. *nervosus*, spiculis congestis paucifloris, bracteis calycibusque foliaceis glaberrimis, foliis ellipticis imbricatis brevè petiolatis muticis: suprà planis; subtùs convexiusculis nervis elevatis, ramulis pubescentibus. (M.) *v. v.*

Obs. Nimis affinis præcedenti.

31. L. *ca-*

31. L. *carinatus*, spicis solitariis aggregatisve, bracteis calycibusque foliaceis glaberrimis, foliis lanceolatis muticis imbricatis: suprà planis; subtùs carinatis nervis lateralibus obsoletis; marginibus denticulatis, ramulis pubescentibus. (M.) *v. v.*

32. L. *assimilis*, spicis aggregatis, foliis lanceolato-linearibus imbricatis adpressis muticis: subtùs convexis striatis; paginis concoloribus; marginibus denticulatis, ovariis 5-locularibus. (M.) *v. v.*

33. L. *cucullatus*, spicis aggregatis 4—6-floris, bracteis subtendentibus foliaceis, foliis ovatis obtusis muticis cucullatis imbricatis sessilibus subtùs lineatis margine nudis, drupis 5-locularibus. (M.) *v. v.*

V. *Pedunculi axillares, biflori, abortione passim uniflori (calyce tunc pluribracteato). Drupa exsucca.*

34. L. *pendulus*, pedunculis subbifloris recurvis, corollæ tubô calycem superante, foliis oblongo-linearibus erecto-patulis: mucrone innocuo; marginibus recurvis lævibus, drupis clavatis ventricosis lævibus glabris. (M.) *v. v.*

35. L. *biflorus*, pedunculis bifloris recurvis, corollæ tubo calycem æquante, foliis patulis lineari-lanceolatis planis (3-linearibus): mucrone pungenti; marginibus lævibus. (J.) *v. s.*

36. L. *setiger*, pedunculis bifloris recurvis calyce longioribus, foliis patulis lanceolato-linearibus acuminatis (semuncialibus): mucrone setaceo pungenti; marginibus recurvis obsoletè denticulatis. (J.) *v. v.* flor. inexp. sine fructu.

37. L. *acuminatus*, pedunculis brevissimis erectis subbifloris, foliis erectiusculis lineari-lanceolatis acutissimis planis: mucrone setaceo; marginibus scabris denticulatis. (T.) *v. v.*

38. L. *cuspidatus*, pedunculis brevissimis erectis 1-2-floris, foliis modicè patentibus obovato-oblongis acutiusculis cuspidatis planis: marginibus scabris denticulatis. (T.) *v. v.*

39. L. *imbricatus*, pedunculis brevissimis erectis 1-2-floris, foliis imbricatis ovalibus obtusis cuspidatis concaviusculis; marginibus edentulis lævibus. (T.) *v. v.*

40. L. *ruscifolius*, pedunculis brevissimis erectis subbifloris, foliis erecto-patulis obovato-ellipticis acutiusculis parùm concavis mucronatis: marginibus lævibus obsoletissimè denticulatis. (T.) B. *v. s.*

 41. L. *pau-*

41. L. *pauciflorus*, pedunculis brevissimis erectis subbifloris, foliis angusto-lanceolatis modicè patentibus planis: mucrone brevissimo subcalloso; marginibus lævibus, caule arborescenti. (T.) *v. v.*

42. L. *leptospermoides*, pedunculis brevissimis erectis subbifloris, foliis lineari-lanceolatis modicè patentibus planiusculis acutissimis: mucrone rigidulo; marginibus minutè denticulatis scabris. (T.) *v. v.*

43. L. *rotundifolius*, pedunculis brevissimis erectis 1-2-floris, foliis subrotundis obovatisve petiolatis modicè patentibus planis mucronulatis: marginibus pellucidis tenuissimè ciliatis. (M.) *v. v.*

44. L. *appressus*, pedunculis brevissimis erectis 1—3-floris, foliis imbricatis adpressis lanceolatis subacuminatis mucronatis concavis margine denticulatis. (J.) *v. v.*

45. L. *juniperinus*, floribus subsessilibus solitariis binisve, foliis divaricatis lanceolato-linearibus setaceo-mucronatis: marginibus recurvis brevissimè denticulatis, bracteis (3—5) calycibusque mucronatis. (J.) *v. v.*

46. L. *deformis*, floribus subsessilibus solitariis (multibracteatis) foliis erecto-patulis lanceolato-linearibus concaviusculis mucronatis: marginibus obsoletè denticulatis, ovario 3-loculari! (J.) *v. v.*

47. L. *flexifolius*, floribus subsessilibus solitariis, foliis confertissimis imbricatis linearibus mucronatis tortilibus: marginibus scabris denticulatis, ovario 5-loculari. (T.) *v. v.*

48. L. *esquamatus*, pedunculis brevissimis erectis 1-2-floris, foliis sparsis erecto-patulis lanceolatis subacuminatis mucronatis planis aversis: marginibus scabris, ovariis 2-locularibus, disco hypogyno nullo. (J.) *v. v.*

MONOTOCA.

Calyx bibracteatus. *Corolla* infundibuliformis, limbo fauceque imberbibus. *Ovarium* monospermum! *Drupa* baccata.

Frutices v. Arbusculæ. Folia *sparsa*. Spicæ *axillares, rarò terminales, paucifloræ*. Flores *parvi, albi, sæpè vitio organorum dioici*. Discus hypogynus *cyathiformis, lobatus*.

I. *Bracteæ subtendentes caducæ. Arbusculæ dioicæ.*

1. M. *elliptica*, spicis erectis subterminalibus aggregatis axillaribusve

ribusve solitariis, foliis elliptico-oblongis quadruplo longioribus quàm latis. (J.) v. v.

Styphelia elliptica. *Smith, new holl.* 49.

2. M. *albens,* spicis erectis solitariis terminalibus axillaribusque, foliis oblongo-linearibus acutis mucronatis subtùs albis 5ies longioribus quàm latis. (J.) v. v.

3. M. *lineata,* spiculis axillaribus paucifloris nutantibus pedunculatis, foliis oblongis (passimque obovatis) acutis planiusculis mucronatis. (D.) v. v.

Styphelia glauca. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 45. *t.* 61. fide exempl. ab auctore, quamvis in icone spiculæ erectæ et ovarium 5-loculare, quod in ipsius specimine monospermum.

II. *Bracteæ subtendentes persistentes. Fruticuli hermaphroditi.*

4. M. *scoparia,* spiculis axillaribus paucifloris subsessilibus nutantibus, foliis oblongo-linearibus margine revolutis, caule erecto. (J.) v. v.

Styphelia scoparia. *Smith, new holl.* 48.

5. M. *empetrifolia,* spiculis axillaribus nutantibus 2-3-floris, foliis oblongo-ovalibus mucronatis divaricatis: suprà convexis; subtùs striatis dealbatis, caule prostrato. (D.) v. v.

ACROTRICHE.

Calyx bibracteatus. *Corolla* infundibuliformis, *limbi* laciniis apice barbâ deflexâ. *Drupa* subbaccata, putamine 5-loculari, celluloso!

Frutices *humiles, ramosissimi, ramis sæpiùs divaricatis.* Folia *sparsa.* Spicæ *laterales v. axillares, breves.* Flores *parvi, albi.* Discus hypogynus *cyathiformis, sublobatus.* Drupæ *parvæ, depresso-globosæ, substantiâ parcâ.*

1. A. *divaricata,* foliis lanceolatis mucronatis divaricatis planis utrinque viridibus, spicis axillaribus. (J.) v. v.

2. A. *aggregata,* foliis oblongo-lanceolatis concaviusculis subtùs glaucis: marginibus lævibus. (T.) v. v.

3. A. *ramiflora,* foliis lineari-lanceolatis mucronatis divaricatis: subtùs discoloribus nervosis; marginibus recurvis, spiculis rameis. (M.) v. v.

4. A. *serrulata,* foliis lineari-lanceolatis cuspidatis patulis pilosis et glabriusculis: marginibus serrulato-ciliatis, spicis axillaribus. (M. D.) v. v.

5. A. *patula,* foliis ovato-lanceolatis acuminatis mucronatis

planiusculis

planiusculis ramisque divaricatis, spiculis axillaribus. (M.) *v. v.*

6. A. *ovalifolia*, foliis ovatis ovalibusque obtusis muticis planis margine laevibus, spicis axillaribus, drupis subcellulosis. (M.) *v. v.*

7. A. *cordata*, foliis cordatis planis subtùs striatis, floribus axillaribus binis solitariisve. (M.) *Labill* †.
Styphelia cordata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 46. *t.* 63.
Obs. An hujus generis?

8. A. *depressa*, foliis ovatis subcordatis mucronatis divaricatis suprà convexis subtùs venosis, caule depresso, spiculis rameis. (M.) *v. v.* absque flor. fruc. vix matur.

TROCHOCARPA.

Calyx bibracteatus. *Corolla* infundibuliformis, limbo patenti, barbato. *Ovarium* 10-loculare. *Drupa* baccata, putamine rotato-10-lobo, demùm partibili.
Arbor *parva, tota glabra, ligno durissimo.* Folia *sparsa, petiolata, nervosa* (laurina). Spicæ *terminales et axillares.* Flores *albi.* Discus hypogynus *cyathiformis, 5-lobus.* Drupa *depresso-globosa, piso minor.*

Obs. Decasporo proxima charactere et habitu.

T. *laurina.* (J.) *v. v.*
Styphelia cornifolia. *Rudge in Linn. trans.* 8. *t.* 9. bona, nisi quoad antheræ insertionem.
Cyathodes laurina, *nos olim in Herb. Banks. dein* D. Rudge *in Linn. trans.* 8. *p.* 293.

DECASPORA.

Calyx bibracteatus. *Corolla* campanulata, limbo laxè barbato. *Stamina* exserta. *Ovarium* 10-loculare. *Bacca* 10-pyrena.
Frutices *pulchri.* Folia *sparsa, petiolata.* Spicæ *terminales, nutantes.* Flores *rubri.* Squamulæ 5 *hypogynæ, basi connatæ.* Baccæ *violaceæ.*

1. D. *disticha*, foliis lanceolatis acutissimis planis subtùs nervosis petiolo 8ies longioribus, ramulis glabris. (D.) *v. s.* in Herb. D. Lambert a D. Labill.
Cyathodes disticha. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 58. *t.* 82.
Obs. An folia reverà disticha?

2. D. *thymifolia*, foliis ovatis acutiusculis muticis petiolo vix 4-plo longioribus subtùs obsoletè 3-nervibus, ramulis pubescentibus. (D.) *v. v.*

PENTA-

PENTACHONDRA.

Calyx bracteis 4, pluribusve. *Corolla* infundibuliformis, limbo patenti, longitudinaliter densè barbato. *Ovarium* 5-loculare. *Bacca* 5-pyrena.

Fruticuli *montani*. Folia *sparsa, petiolata*. Flores *solitarii, terminales, erecti, albi*. Squamulæ 5 *hypogynæ*.

1. P. *involucrata*, filamentis exsertis, calycibus ciliatis 8-bracteatis, foliis elliptico-lanceolatis planiusculis multinervibus, ramulis pubescentibus, caule erecto. (D.) *v. v.*

2. P. *pumila*, staminibus inclusis, calycibus 4-bracteatis, foliis subellipticis trinervibus margine nudis, ramulis glabris, caule prostrato ramosissimo. (D.) *v. v.*

Epacris pumila. *Forst. prod. n.* 70. (fide speciminis Herbarii G. Forster in Mus. D. Lambert.)

NEEDHAMIA.

Calyx bibracteatus. *Corolla* hypocrateriformis; limbo 5-fido, imberbi, sinubus elevatis; æstivatione plicato! *Stamina* 5, inclusa. *Ovarium* 2-loculare. *Drupa* exsucca. *Folia* opposita.

Fruticulus *pusillus, erectus*. Folia *minuta, appressa*. Spicæ *terminales, erectæ, solitariæ, bracteis subtendentibus foliaceis*. Flores *albi*. Discus hypogynus *scutelliformis*.

Obs. In memoriam dixi micrographi celebris Turberville Needham, observationum de Pollinis antherarum figurâ et œconomiâ auctoris.

N. *pumilio*. (M.) *v. v.*

OLIGARRHENA.

Calyx 4-partitus, bibracteatus. *Corolla* 4-fida, æstivatione valvatâ, persistens. *Stamina* 2, inclusa. *Ovarium* 2-loculare. *Capsula* (?) bilocularis.

Fruticulus *erectus, ramosissimus*. Folia *sparsa, imbricata, minima*. Spicæ *terminales, erectæ*. Flores *parvi, albi*. Squamulæ 4 *hypogynæ*.

Obs. Paradoxa planta, artificiale charactere Oleinis haud multùm absimilis, habitu toto cœlo distans.

O. *micrantha*. (M.) *v. v.*

Sect.

Sect. II, Ovarii loculi polyspermi. Pericarpium capsulare.

EPACRIS. *Smith. Labill.*

Calyx coloratus, multibracteatus, bracteis texturâ calycis. *Corolla* tubulosa, limbo imberbi. *Stamina* epipetala: *Antheris* supra medium peltatis. *Squamulæ* 5 hypogynæ. *Capsula* placentis columnæ centrali adnatis.

Fruticuli *ramosi, sæpiùs glabri.* Folia *sparsa, petiolata v. basi simplici.* Flores *axillares, in spicam foliatam sæpiùs digesti, albi v. purpurascentes.*

Obs. Pollen in hoc et sequentibus generibus, e sphærulis tribus conflatum, quod in sectionis prioris generibus simplex.

I. *Folia cordata.*

1. E. *purpurascens,* calycis foliolis acuminatis tubum corollæ æquantibus, foliis cucullatis subsessilibus: acumine recurvo basin superante; floralibus corollam æquantibus. (J.) *v. v.*

Epacris pungens. *Sims, bot. mag.* 844.

2. E. *pulchella,* calycis foliolis acuminatis tubum corollæ æquantibus, foliis concaviusculis: basi acumen patulum superante; floralibus corollâ brevioribus, spicâ basiflorâ. (J.) *v. v.*

Epacris pulchella. *Cavan. ic.* 4. *p.* 26. *t.* 345. *Sims, bot. mag.* 1170.

3. E. *microphylla,* calycis foliolis obtusiusculis tubum corollæ æquantibus, foliis cucullatis acutis patulis, spicâ apiciflorâ. (J.) *v. v.*

4. E. *riparia,* calycis foliolis setaceo-acuminatis tubum corollæ subæquantibus, foliis planis acuminatis patulis. (J.) *v. v.*

5. E. *grandiflora,* corollis cylindraceis calyce quater longioribus, floribus pendulis, foliis acuminatis planis. (J.) *v. v.*

Epacris grandiflora. *Smith, exot. bot.* 75. *t.* 39. *Sims, bot. mag.* 982.

Epacris longiflora. *Cavan. ic.* 4. *p.* 25. *t.* 344.

II. *Folia basi simplici (nec cordata).*

6. E. *ruscifolia,* floribus pendulis sparsis, foliis elliptico-lanceolatis

latis petiolatis acuminatis, corollis cylindraceis: tubo calycem bis superante. (D.) *v. v.*

7. E. *impressa*, floribus pendulis spicatis, foliis lanceolatis sessilibus attenuato-acuminatis, pedunculis calyce ter brevioribus, corollis cylindraceis: tubo calycem bis superante. (D. M.) *v. v.*

Epacris impressa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 43. *t.* 58.

8. E. *sparsa* floribus - - -, pedunculis sparsis calycem acutum subæquantibus, foliis oblongo-lanceolatis petiolatis mucronatis aveniis. (J.) *v. v.*

9. E. *obtusifolia*, floribus nutantibus, foliis lanceolatis erectis subimbricatis: apice calloso obtusiusculo, calycibus obtusis longitudine tubi, staminibus inclusis. (J. M. D.) *v. v.*

Epacris obtusifolia. *Smith, exot. bot. p.* 77. *t.* 40.

10. E. *heteronema*, foliis elliptico-lanceolatis acuminatis concaviusculis subtùs striatis, calycibus acutissimis nudis longitudine tubi, staminibus inclusis, stylo glabro, ramulis hirsutis. (D.) Labill. *v. s.*

Epacris heteronema. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 42. *t.* 56.

11. E. *paludosa*, foliis angusto-lanceolatis acuminatis planis subtùs striatis: marginibus scabris, calycibus acutissimis nudis longitudine tubi, staminibus inclusis, stylo glabro. (J.) *v. v.*

12. E. *lanuginosa*, foliis lanceolatis acuminatis margine scabris, calycibus acutissimis longitudine tubi: marginibus lanuginosis, staminibus inclusis, stylo hirsuto. (D.) *v. v.*

Epacris lanuginosa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 42. *t.* 57.

13. E. *myrtifolia*, foliis ovatis acutis mucronulatis planis crassis: floralibus corollam subæquantibus, calycibus acutiusculis nudis longitudine tubi, bracteis obtusiusculis, staminibus inclusis. (D.) Labill. *v. s.*

Epacris myrtifolia. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 41. *t.* 55.

14. E. *serpyllifolia*, foliis ovatis acutis: floralibus corollâ dimidio brevioribus, calycibus acutis nudis longitudine tubi, staminibus inclusis. (D.) *v. v.*

15. E. *exserta*, foliis lanceolatis acutis erectis suprà planis subtùs convexiusculis, calycibus obtusiusculis tubum æquantibus, antheris penitùs exsertis. (D.) *v. v.*

16. E. *crassifolia*, foliis ovalibus obovatisve obtusis muticis planis cartilagineis: basi acutâ, calycibus pedunculatis margine

gine lanatis, caule procumbente, ramis adscendentibus. (J.) *v. v.*

17. E. *mucronulata*, foliis lanceolatis acutissimis erecto-patulis: mucrone pellucido pungenti, calycibus acutis margine nudis, (D.) *v. v.* flor. inexpans.

LYSINEMA.

Calyx coloratus, multibracteatus, bracteis texturâ calycis. *Corolla* hypocrateriformis, tubo nunc 5-partibili, limbi laciniis imberbibus, dextrorsùm flexis. *Stamina* hypogyna: *Antheris* supra medium peltatis. *Squamulæ* 5 hypogynæ. *Capsula* placentis columnæ centrali adnatis. Fruticuli *habitu omninò* Epacridis.

1. L. *pentapetalum*, corollis pentapetalis: unguibus longitudinaliter distinctis calyce longioribus extùs glabris. (M.) *v. v.*

2. L. *ciliatum*, corollis pentapetalis: unguibus apice cohærentibus longitudine calycis extùs glabris. (M.) *v. u.*

3. L. *lasianthum*, corollis pentapetalis: unguibus extùs lanatis limbo 4-5-plo longioribus. (M.) D. Menzies. *v. s.*

4. L. *conspicuum*, corollis monopetalis: tubo 5-fido calycem superante, foliis lanceolato-subulatis adpressis. (M.) *v. v.*

5. L. *pungens*, corollis monopetalis: tubo integro calycem æquante, foliis ovatis acuminatis patulis. (J.) *v. v.*
Epacris pungens. *Cavan. ic.* 4. *p.* 26. *t.* 346.
β. Sims, bot. mag. 1199.
Obs. Medium inter Lysinema et Epacridem.

PRIONOTES.

Calyx ebracteatus. *Corolla* tubulosa, fauce apertâ, limbo imberbi. *Stamina* hypogyna: *Filamentis* tubo semiadhærentibus: *Antheris* septo completo. *Squamæ* 5 hypogynæ. *Capsula* placentis - - - - -

Frutex *glaber, ramosissimus.* Folia *sparsa, petiolata, serrata.* Pedunculi *axillares, uniflori, recurvi, basi minutè bracteati, suprà nudi.* Flores *speciosi, penduli.*

Obs. Character omninò e descriptione et icone *Labill.* l. c. mutuatus. An capsulæ placentæ verè solutæ et pendulæ? talem structuram enim non nisi in generibus hujus ordinis

foliis

foliis vaginantibus et post eorum lapsum ramis annulatis adhuc observavi.

P. cerinthoides. (D.) Labill. †.

Epacris cerinthoides. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 43. *t.* 59.

COSMELIA.

Calyx foliaceus. *Corolla* tubulosa. *Stamina* epipetala: *Antheræ* apicibus ciliatis filamentorum adnatæ. *Squamulæ* 5 hypogynæ. *Capsula* placentis columnæ centrali adnatis.

Frutex *paludosus, erectus, ramosus, ramis dum denudatis non cicatrisatis.* Folia *basibus cucullatis, semivaginantibus.* Flores *ramos laterales breves terminantes, solitarii, cernui.* Calyx *foliis minoribus imbricatus.* Corolla *ruberrima.* Stamina *inclusa, antheris basi solutis.* Placentæ *utrâque extremitate liberæ.*

C. *rubra.* (M.) *v. v.*

ANDERSONIA.

Calyx coloratus, bracteis foliaceis 2 pluribusve imbricatus. *Corolla* longitudine calycis, limbi laciniis basi barbatis. *Stamina* hypogyna, antheris infra medium affixis. *Squamulæ* 5 hypogynæ, nunc connatæ. *Capsula* placentis columnæ centrali adnatis.

Fruticuli *squarrosi, ramis dum denudatis non annulatis.* Folia *basibus cucullatis, semivaginantibus.* Flores *terminales, spicati v. solitarii, erecti.* Placentæ *breves, e fundo capsulæ.* Semina *pauca maturescentia, erecta.*

In memoriam dixi Gulielmi Anderson, chirurgi navalis, qui Cookii expeditionibus bis adjunctus, in ultimâ obiit; hominum et animalium observationi quamvis potissimùm deditus, botanicem minimè neglexit, et illius plures descriptiones plantarum, præcipuè Insulæ Diemen, in codic. mss. (in Bibliothecâ Banksianâ asservatis et in ejusdem catal. bis memoratis, *tom.* 2. *p.* 32; *et tom.* 3. *p.* 184.) exstant, ubi genera nonnulla, tunc inedita, proposita invenio, scil. Goodeniam *Sm.*, (Collema *mss.*); Corræam *Sm.*, (Euphocarpus *mss.*); Baueram (Ramsaia *mss.*); et Eucalyptum *L'Herit.* (Aromadendrum *mss.*)

Genus merita quoque commemorare inserviet Alexandri Anderson, horti botanici insulæ Sancti Vincentii præfecti; necnon Gulielmi Anderson, hortulani peritissimi, stirpium exoticarum solertissimi cultoris et observatoris acuti.

I. *Flores bibracteati, spicati.*

1. A. *sprengelioides,* foliis patulis: acumine plano. (M.) *v. v.*

2. A. *parvifolia,* foliis adpressis: acumine triquetro. (M.) *v. v.*

II. *Flores multibracteati, ramulos breves terminantes.*

3. A. *cærulea,* foliis modicè patentibus: novellis calycibusque extùs pubescentibus. (M.) *v. v.*

4. A. *squarrosa,* foliis squarrosis divaricatis recurvisve glabris margine nudis, calycibus stylisque glabris, caule erecto. (M.) *v. v.*

5. A. *depressa,* foliis squarrosis divaricatis recurvisve pubescentibus margine ciliatis, calycibus glabris, stylis medio pilosis, caule depresso. (M.) *v. v.*

6. A. *micrantha,* foliis adpressis, stylis infra medium pubescentibus. (M.) *v. v.*

PONCELETIA.

Calyx foliaceus. *Corolla* breviter campanulata, 5-fida, imberbis. *Stamina* hypogyna. *Antheræ* infra medium peltatæ, septo marginato. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Capsula* placentis columnæ centrali adnatis.

Fruticulus *paludosus, erectus, virgatus, ramis dum denudatis non annulatis, ramulis floriferis fragilibus.* Folia *basibus cucullatis, semivaginantibus.* Flores *ramulos terminantes, solitarii, erecti.* Calyx *foliis minoribus imbricatus.* Antheræ *liberæ, imberbes.*

Memoriæ dicatum - - - Poncelet, tractatûs celebris de Tritico auctoris.

P. *sprengelioides.* (J.) *v. v.*

SPRENGELIA. *Sm.*

Calyx subcoloratus. *Corolla* 5-partita, rotata, imberbis. *Stamina* hypogyna. *Antheræ* (connatæ v. liberæ) septo immarginato. *Squamæ* hypogynæ nullæ. *Capsula* placentis columnæ centrali adnatis.

Fruticuli *erecti, ramosi, ramis dum denudatis vix annulatis.* Folia *basibus cucullatis, semivaginantibus.* Flores *ramulos laterales brevissimos terminantes.* Corolla *longitudine calycis, purpurascens, tubo brevissimo, demum a basi 5-fido.*

1. S. in-

1. S. *incarnata*, antheris connatis barbatis, calycibus coloratis, foliis longè acuminatis. (J. D. M.) *v. v.*
Sprengelia incarnata. *Smith, act. Stockh.* 1794. *p.* 260. *t.* 8. *Smith, tracts p.* 267. *t.* 2. *And. repos.* 2.

2. S. *montana*, antheris liberis imberbibus, calycibus semicoloratis, foliis brevè acuminatis. (D.) *v. v.*

CYSTANTHE.

Calyx foliaceus. *Corolla* clausa, calyptræformis, transversim dehiscens, basi truncatâ persistenti. *Stamina* hypogyna, persistentia. *Squamulæ* nullæ hypogynæ. *Capsula* placentis ab apice columnæ centralis pendulis, solutis.

Frutex *habitu* Sprengeliæ, Ponceletiæ *et* Cosmeliæ, *nisi quod rami dum denudati annulati sunt.*

C. *sprengelioides.* (D.) *v. v.*

Obs. Duplex varietas: *α.* foliis elongatis patenti-recurvis; ad latera umbrosa montium. *β.* foliis aliquoties brevioribus: in summis montibus.

RICHEA.

Calyx membranaceus, ebracteatus. *Corolla* clausa, calyptræformis, transversim dehiscens, basi truncatâ persistenti. *Stamina* hypogyna, persistentia. *Squamulæ* 5 hypogynæ. *Capsula* placentis ab apice columnæ centralis pendulis, solutis.

Obs. Frutex habitu penitùs *Dracophylli montani* Labill., diversus tantummodo singulari œconomiâ corollæ, quæ autem satis esse videtur ad distinctum genus constituendum, *Cystanthi* proximum, corollâ calyptræformi simili, sed inflorescentiâ, calyce foliaceo, et squamularum hypogynarum defectu diversæ.

Richea *Labill. voy.* 1. *p.* 187. *t.* 16. est Craspedia *Forst. prod. n.* 306. *et Willd. sp. pl.* 3. *p.* 2398.

R. *dracophylla.* (D.) *v. v.*

Obs. Statura quàm maximè variat: in summis montibus frutex humilis sesquipedalis; in sylvis ad latera montium quandoque arbuscula 10 pedes alta.

DRACOPHYLLUM. *Labill.* (char. mutat.)

Epacris. *Forst.*

Calyx bi-v. ebracteatus. *Corolla* tubulosa, limbo 5-partito,

 patenti,

patenti, imberbi. *Stamina* epipetala v. hypogyna. *Squamulæ* 5 hypogynæ. *Capsula* placentis ab apice columnæ centralis pendulis, solutis.

Frutices v. Arbusculæ, *ramis dum denudatis annulatis.* Folia *imbricata, basibus cucullatis, semivaginantibus.* Spicæ v. Racemi *terminales; illæ simplices, hi quandoque compositi.*

Obs. Sub hoc charactere equidem Epacrides genuinæ Forsteri, nempe *longifolia* et *rosmarinifolia* complectuntur, attamen nomen Labillardieri prætuli, quia species Forsterianæ botanicis plerisque vix cognitæ, et Epacrides ferè omnes nuperiùs descriptæ ad genus in hoc opere sic nuncupatum pertinent. Vix a reliquis divellendum sit *D. secundum* solummodo ob stamina hypogyna; meliùs secernendæ essent species sectionis posterioris, corollæ figurâ, inflorescentiâ et habitu aliquantum diversæ.

I. *Corolla infundibuliformis, tubo subventricoso, fauce vix coarctatâ, limbo acutiusculo. Flores sæpiùs racemosi, bracteis pedicellos subtendentibus caducis.*

1. D. *secundum,* racemo secundo, pedunculis infimis divisis, calycibus ebracteatis, staminibus hypogynis. (J.) *v. v.*

II. *Corolla hypocrateriformis, tubo graeili, fauce coarctatâ, limbo obtusissimo. Stamina epipetala. Calyx bibracteatus. Spica simplex, bracteis subtendentibus persistentibus* - - - Sphenotoma.

2. D. *squarrosum,* ramis floriferis vix longitudine spicæ, foliis squarrosis ensiformi-lanceolatis. (M.) *v. v.*

3. D. *capitatum,* ramis floriferis spicâ ovatâ multoties longioribus, foliis caulinis ensiformi-lanceolatis erectiusculis: rameis adpressis. (M.) *v. v.*

4. D. *gracile,* ramis floriferis spicâ ovatâ multoties longioribus, foliis caulinis subulato-lanceolatis patulis recurvis: rameis appressis. (M.) *v. v.*

ERICEÆ.

Ericearum major pars. *Juss.*

Calyx monophyllus, 5-4-fidus, subæqualis, persistens.

Corolla hypogyna, monopetala, 5-4-fida, (nunc 5-partibilis), regularis, sæpè marcescens; æstivatione imbricatâ.

Stamina definita, corollæ laciniis dupla v. æqualia, hypogyna, v. imæ corollæ inserta. *Antheræ* biloculares, thecis sæpiùs basi apiceve distinctis, plerumque aristatis v. calcaratis, et poro v. rimâ dehiscentibus.

Ovarium disco squamulisve secernentibus infrà cinctum, pluriloculare, ovulis numerosis, rarò solitariis. *Stylus* 1. *Stigma* 1, indivisum v. dentatum.

Pericarpium; sive *Capsula* plurilocularis, valvis medio septiferis, rarò dissepimentis a valvulis solubilibus earumque marginibus appositis; sive *Bacca* v. *Drupa* seminibus definitis v. indefinitis.

Semina placentis centralibus altero extremo affixa, parva, albumine carnoso.

Embryo axilis, mediocris; Radiculâ umbilicum spectante.

Frutices v. *Arbusculæ*. *Folia* persistentia, exstipulata, indivisa, alterna, verticillata v. opposita. *Inflorescentia* varia, pedicellis sæpiùs bi- v. multi-bracteatis.

Obs. Quomodo Ericeæ ab Epacrideis differunt suprà expositum est. A Rhodoraceis plerisque equidem habitu paulò magis recedunt, nullâ verò constante notâ in fructificationis partibus; characterem enim Jussæanum a dehiscentiâ capsulæ diversâ desumptum nec absolutum nec seriei naturali consentaneum esse rectè statuit Cel. Salisburius, (in *Parad. lond.* 36.)

Neque

Neque multùm valeat character hicce in diagnosi ordinum nisi aliis comitatus sit, quod non solum observatio docet, sed etiam a relatione mutuâ partium naturalissimâ deduci posset. Nam *in Pericarpio pluriloculari, ubi loculi numero divisionum floris respondent, Placentæ corollæ laciniis opponuntur, calycis alternant;* et huic legi nulla exceptio occurrit nec in Rhodoraceis nec in Ericeis v. Epacrideis.

Capsulas itaque omnes pluriloculares e totidem thecis conferruminatas esse, et diversas solùm modis gradibusque variis cohæsionis et solubilitatis partium judico, uti jam de Veronicâ probatum, et æquè luculenter apparet in Myrtoideis, atque si ullum aliud argumentum in hujus sententiæ confirmationem proferre necessarium fuit, tale exstat in Andromedâ calyculatâ *L.* cujus capsula primùm ad medium dehiscit in valvis 5 medio septiferis, mox autem septorum lamellis longitudinaliter solutis in 5 cocculos bifidos sæpè disrumpitur.

Hinc forsan dubitandum an ipsa Erica vulgaris (Calluna *Salisb.*) genus proprium (quantum e dehiscentiâ capsulæ pendeat) constituere debeat, antequam saltèm pericarpia et semina in plerisque Ericis meliùs observata erint; in pluribus enim major pars dissepimentorum a valvis (medio equidem septiferis) solvitur, columnæ placentiferæ adhærens, et nonnullæ dantur in quibus parietes capsulæ tam tenues ut vix determinatim dehiscere possint; nec adeo ab Ericâ diversa est Salaxis (*Salisb. in linn. trans.* 6. *p.* 323.) ac primo intuitu videatur, quoniam ovarii loculi ni fallor etiam in hâc polyspermi sunt.

In unicâ specie Ericæ semina latè alata observavimus,

GUALTHERIA. *L.*

Andromedæ species. *L.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* ovata, limbo brevi, 5-fido. *Stamina* 10. *Filamenta* plana, imæ corollæ inserta, v. hypogyna. *Antheræ* apice bifidæ, lobis biaristatis. *Squamæ* hypogynæ 10 (nunc obsoletæ v. connatæ). *Capsula* (calyce baccato nunc inclusa) 5-loc. valvis medio septiferis. *Placentæ* imæ columnæ adnatæ. *Semina* angulata, testâ reticulatâ.

Frutices v. Arbusculæ. Folia *alterna.* Flores *axillares et terminales, racemosi, rarò solitarii, pedunculis partialibus bibracteatis.* Filamenta *sæpiùs hirsuta.*

OBS.

OBS. Huc referendæ Andromedæ americanæ pleræque, antheris capsulisque convenientes, calyce haud baccato a Gualtheriis Linneanis præcipuè diversæ.

Andromeda polifolia *L.* a quâ præcipuè Andromedæ genus formatum fuit, habitu, antherarum lobis uniaristatis et seminibus nec angulatis nec manifestè reticulatis distingui possit; ab hâc Andromeda tetragona *L.* et hypnoides *L.* aliquantum differunt, figurâ corollæ et antherarum, nec omninò certus sum de testæ seminis similitudine.

1. G. *hispida,* foliis elongato-lanceolatis serrulatis subtùs petiolisque pilosiusculis, ramulis hispidis, racemis axillaribus terminalibusque folio brevioribus: rachi pedicellisque pubescentibus, calycibus fructûs baccatis ovariisque glabris, caule erecto. (D.) *v. v.*

OBS. Andromeda rupestris *Forst. prod. n.* 185. huic adeo similis ut de earum specificâ differentiâ forsan, de convenientiâ genericâ minimè dubitandum, sed etiam in *A. rupestri* calyx fortasse baccatus, licet in exemplaribus Novæ Zelandiæ (ab ipso Forstero denominatis in Herb. Banks.) haud talis esse videatur, character hicce enim vix in G. *hispidâ* constans.

In Andromeda anastamozanti *Linn. herb.* (fide specim. a Cel. Smith in *Herb. Banks.*) quæ G. *hispidæ* valdè affinis, calyx fructûs ni fallor baccatus, certè auctus est.

CAMPANULACEÆ.

Campanulacearum pars. *Juss.*

Calyx superus v. semisuperus, 4—8-divisus, æqualis, persistens.

Corolla monopetala, regularis v. irregularis, 5- nunc 4-6-8-fida,

6-8-fida, rarò 5-petala unguibus latis conniventibus; decidua v. marcescens.
Stamina disco (basi corollæ?) ovario adnato inserta, modò epipetala, corollæ laciniis numero æqualia, iisdemque alternantia. *Antheræ* basi affixæ, biloculares, loculis appositis, longitudinaliter dehiscentibus, distinctæ v. cohærentes.
Ovarium 2-pluriloculare, polyspermum. *Stylus* 1. *Stigma* 1 v. sæpiùs tot quot ovarii loculi, nuda nec indusio tecta.
Capsula v. infera foraminibus lateralibus aperiens; v. semisupera apice valvato, valvis medio septiferis.
Semina numerosa, parva, albumine carnoso.
Embryo axilis, rectus, longitudine ferè albuminis.
Herbæ sæpiùs lactescentes, quandoque Frutices. *Folia* alterna, rarò opposita; exstipulata, simplicia, nunc altè lobata. *Flores* variè dispositi, distincti, quandoque capitati bracteis exterioribus involucrantibus.

OBS. Campanulaceæ Jussæi sive pro classi sive ordine habendæ sint, certè dividi debent in tres phalanges, quas propriis nominibus et quantùm potui characteribus distinxi. Campanulaceæ strictè sic dictæ admittunt corollam regularem v. irregularem, monopetalam v. polypetalam; requirunt stamina tot quot ejusdem laciniæ, stigmata nuda nec velata, capsulam plurilocularem, polyspermam, valvis dum adsint medio septiferis; quibus notis simul sumptis a Stylideis et Goodenoviis, non lactescentibus et aliter quoque diversis, facilè distingui possint.

Sect. I. Corolla monopetala, regularis. Antheræ liberæ.

CAMPANULA.

Campanulæ pleræque. *L.*

Calyx 5-(rarò 4-)fidus. *Corolla* campanulata, 5-fida. *Filamenta* basi dilatatâ. *Stigma* 3-2-lobum. *Capsula* 3-2-locularis, sæpiùs infera foraminibus lateralibus aperiens, nunc apice supero valvato.
Herbæ *rarò* Suffrutices. Folia *alterna, nunc opposita.* Inflorescentia *varia.* Flores *distincti.*

OBS.

Obs. In speciebus omnibus Africæ australis et Australasiæ capsulæ apice valvatæ, in Europæis et Americanis omnibus (?) poris laterum dehiscunt.

Roellæ Campanulis semivalvatis valdè affines sunt, nec longè distant a Lightfootiâ, diversâ tantùm corollâ 5-partitâ et capsulâ plusquam semisuperâ.

Campanula porosa *L.* Samoli species est.

I. *Capsula apice supero valvato.* Campanopsis.

1. C. *gracilis*, caule filiformi angulato-striato: ramis subunifloris, foliis lanceolatis linearibusve: inferioribus passim oppositis, floribus 5-fidis, corollâ ovarium 2-3-plo superante: tubo lacinias subulatas calycis subæquante, stigmatibus 3.

Campanula gracilis. *Forst. prod. n.* 84.

α. vincæflora. Caulis ramosus, laxiusculus; folia adulta glabra; laciniæ calycis margine læves, tubo corollæ parùm breviores; capsula oblongo-turbinata. (J. D. M. T.) *v. v.*

Campanula vincæflora. *Vent. malm.* 12.

Campanula gracilis. *Sims, bot. mag.* 691.

β. stricta. Caulis ramosus, strictus; folia plura opposita, lineari-lanceolata, subdentata v. integerrima; calycis laciniæ lineares, tubum corollæ extùs discoloris parùm superantes. (J.) *v. v.*

Campanula stricta. *Smith, exot. bot.* 45.

γ. littoralis. Caulis subramosus, strictus, pilosus; folia opposita, lanceolata, dentata, cartilagineo-marginata; calycis laciniæ tubo corollæ breviores. (M. D.) *v. v.*

Campanula littoralis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 49. *t.* 70.

δ. capillaris. Caulis capillaris, paniculatus; folia linearia, remota; flores 5-fidi; calycis laciniæ capsulâ subglobosâ dimidio breviores. (T.)

Obs. Species polymorpha cujus plures varietates e Nova Zelandiâ et Novâ Caledoniâ a suprà descriptis diversas in Herb. Banks. vidi.

2. C. *quadrifida*, caule filiformi angulato-striato foliisque linearibus pilosiusculis, floribus 4-fidis, corollâ ovarium vix superante, stigmatibus 3. (J.) *v. v.*

Obs. C. gracili nimis affinis et forsan varietas vernalis, in multis quoque convenit C. lobelioidi *Linn. suppl.* 140, quæ pariter capsulâ semivalvatâ instructa.

3. C. *saxicola*, glabra, caule abbreviato, foliis confertis lanceo-

 latis

latis subdentatis, pedunculis unifloris scapiformibus, floribus 4-fidis, capsulis subglobosis. (D.) *v. v.*

Obs. Præcedenti propinqua, at distincta videtur.

Sect. II. Corolla irregularis (nunc 5-petala). Antheræ sæpè connatæ.

LOBELIA. *L.*

Corolla tubo hinc fisso (rarò integro); *limbo* 5-partito. *Antheræ* connatæ. *Stigma* bilobum (nunc indivisum). *Capsula* bilocularis (rarò 3-loc.), apice supero bivalvi.

Herbæ (v. Suffrutices) *pleræque lactescentes.* Folia *alterna, integra v. laciniata, rarò fistulosa.* Flores *racemosi, terminales v. axillares, solitarii, pedicellis bibracteatis v. nudis.* Antheræ *sæpiùs barbatæ.*

Obs. Corolla in europæis, asiaticis et africanis alba v. cærulea, in americanis quibusdam rubra. Tubus ejusdem, qui in plerisque longitudinaliter fissus, nunc ad medium clausus, et in paucis (invicem aliquì dissimilibus) integer. Limbus sæpiùs bilabiatus labio superiore minore, rarò majore, quandoque unilabiatus, rarissimè subregularis. Stamina plerumque a corollâ libera, nunc ad tubi ejusdem medium adnata: Filamenta distincta v. suprà connata: Antheræ v. omnes v. 3 superiores barbatæ, omnes nunc imberbes, duæ inferiores quandoque mucronatæ. Unica species dioica. Nonnullæ suffruticosæ Africæ australis capsulâ plusquam semisuperâ; unica herbacea ejusdem patriæ, capsulâ cylindraceâ longitudinaliter bivalvi quamvis ferè omninò inferâ. Aliquæ Novæ Hollandiæ pedunculo apice adeo obliquo, ut placenta quasi e medio alterius lateris oriri videatur.

I. *Pedunculi axillares, uniflori. Herbaceæ.*

1. L. *alata*, glabra erecta, caule trigono: angulis subalatis, foliis decurrentibus linearibus cuneatisve: dentibus divaricatis v. reflexis, pedunculis folio brevioribus, ovariis glabris, capsulis cylindraceis.

α. angustifolia. Folia superiora linearia; caulis anguli marginati. (J. M. D.) *v. v.*

Lobelia alata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 51. *t.* 72.

β. cuneiformis. Folia superiora lanceolato-cuneiformia; caulis anguli vix marginati. (M.) *v. v.*

Lobelia cuneiformis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 51. *t.* 73.

Obs. Staturâ et foliorum figurâ mirè ludit, nec longè distat a L. secundâ *Linn. suppl.* 396, quæ vix omninò glabrâ et obtusiùs angulata.

2. L. *concolor*, glabra, caule tereti adscendenti, foliis oblongis obtusè dentatis subsessilibus pedunculo parùm longioribus, corollâ unilabiatâ: laciniis æqualibus. (J.) *v. v.*

3. L. *quadrangularis*, glabra, caule 4-gono adscendenti, foliis ovatis dentatis subsessilibus pedunculo 3-4-plo brevioribus, labii superioris laciniis angustioribus linearibus. (T.) D. Bauer. *v. s.*

4. L. *membranacea*, glabra procumbens, foliis subrotundis repando-dentatis membranaceis subtrinervibus pedunculo brevioribus, calycis laciniis subdentatis. (T.) B. *v. s.*

5. L. *purpurascens*, glabra, caule adscendenti 4-gono, foliis ovato-lanceolatis inciso-serratis pedunculo dimidio brevioribus, labii superioris laciniis angustioribus linearibus. (J.) *v. v.*

6. L. *fluviatilis*, repens glabriuscula, ramis adscendentibus, foliis ovalibus extrorsùm serratis subciliatis, pedunculis ebracteatis cum calycibus ovariisque pubescentibus, staminibus epipetalis. (J.) *v. v.*

7. L. *inundata*, repens glabra cæspitosa, foliis subrotundis dentato-repandis pedunculo ebracteato glabro longioribus, calycis laciniis tubo corollæ parùm brevioribus, staminibus epipetalis. (J.) *v. v.*

Obs. Præcedenti tam similis ut forsan varietas.

8. L. *pedunculata*, repens parùm pubescens, ramis adscendentibus filiformibus, foliis remotis ovatis angulato-dentatis acutis subciliatis, pedunculis longissimis minutè bibracteatis, staminibus epigynis. (J.) *v. v.*

9. L. *irrigua*, repens muscosa glabra, foliis crassiusculis subrotundis dentato-crenatis petiolatis pedunculo ebracteato longioribus, corollæ tubo longitudinaliter fisso, limbi laciniis subæqualibus, staminibus epigynis. (D. M.) *v. v.*

II. *Racemi v. pedunculi pauciflori, terminales. Corollæ tubus longitudinaliter fissus, labiis valdè inæqualibus.*

10. L. *gracilis*, glabra erecta subramosa, racemo rarò secundo, calyce longitudine filamentorum, corollæ labio superiore densè barbato: inferioris laciniâ mediâ subquadratâ latiore quam longâ, foliis inferioribus subovatis inciso-pinnatifidis:

natifidis: superioribus lineari-lanceolatis subintegris. (J.) *v. v.*

Lobelia gracilis. *And. repos.* 340. *Sims, bot. mag.* 741.

11. L. *dentata*, erecta glabra subramosa; racemo raro secundo, calyce filamentis duplo breviore, corollæ labio superiore barbâ rarâ: inferioris laciniâ mediâ oblongâ, foliis inferioribus ovato-lanceolatis extrorsùm inciso-dentatis: superioribus lanceolatis dentatis. (J.) *v. v.*

Lobelia dentata. *Cav. ic.* 6. *p.* 14. *t.* 522.

12. L. *gibbosa*, glabra, caule tereti simplici, racemo secundo multifloro, foliis linearibus integerrimis subcarnosis, corollæ labio superiore imberbi: utriusque laciniis lanceolatis, capsulâ hinc gibbâ. (D. M. J.) *v. v.*

Lobelia gibbosa. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 50. *t.* 71. foliis insolitè elongatis.

13. L. *simplicicaulis*, glabra, caule simplicissimo tereti, racemo secundo paucifloro, foliis linearibus dentatis remotis: imis lanceolatis, corollæ labio superiore barbato: utriusque laciniis acutis, capsulâ erectâ hinc gibbosiusculâ. (D.) *v. v.*

14. L. *stricta*, glabra, caule tereti parùm ramoso, racemo secundo, foliis linearibus: inferioribus dentatis, corollæ labio superiore ciliato: utriusque laciniis acutis, capsulâ hinc gibbosâ. (T.) *v. v.*

15. L. *heterophylla*, glabriuscula, caule angulato simplici, racemo secundo, foliis crassiusculis: inferioribus dentato-pinnatifidis; superioribus linearibus integerrimis, corollæ labii inferioris laciniâ mediâ obcordatâ: lateralibus dimidiatis. (M.) *v. v.*

Lobelia heterophylla. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 52. *t.* 74.

16. L. *tenuior*, pilosiuscula, caule filiformi diviso, ramis pedunculiformibus unifloris, foliis inferioribus pinnatifidis circumscriptione ovatis: superioribus linearibus trifidis integerrimisve, corollæ labii inferioris laciniâ mediâ obcordatâ: lateralibus dimidiatis, capsulis subcylindraceis. (M.) *v. v.*

17. L. *parvifolia*, glabra, caule subpaniculato tereti, ramis subunifloris pedunculiformibus, corollæ labio superiore imberbi: inferioris laciniis oblongis acutiusculis. (M.) *v. v.*

III. *Flores*

III. *Flores dioici! Corolla subæqualis, tubo hinc fisso. Stigma indivisum.*

18. L. *dioica*, floribus masculis corymbosis terminalibus; femineis axillaribus solitariis, foliis caulinis lanceolatis dentatis v. integris. (T.) *v. v.*

IV. *Corolla subæqualis, infundibuliformis, tubo apice fisso. Antheræ imberbes (2 inferiores mucronatæ). Pedunculi scapiformes, uniflori.*

19. L. *scapigera*, caule abbreviato, foliis lanceolato-ovatis subdentatis. (M.) *v. v.*

α. biuncialis, Caulis 6—18 lineas longus; folia ovato-lanceolata, 4—6-lin.; scapi plures, 2-3-unc.

β. pusilla. Caulis subnullus; folia ovata, obtusa, 2-lin.; scapus subsolitarius, 3—8-lin.

V. *Corolla hypocrateriformis, tubo integro, limbo parùm inæquali. Antheræ imberbes (2 inferiores mucronotæ). Flores racemosi.* Isotoma.

20. L. *hypocrateriformis*, annua glabra, caule subsimplici, foliis linearibus integerrimis. (M.) *v. v.*

STYLIDEÆ.

Calyx superus, 2—6-partitus, bilabiatus v. regularis, persistens.

Corolla monopetala, limbo 5-6-fido, irregulari, rarò æquali, æstivatione imbricatâ; tardiùs decidua.

Stamina 2. *Filamenta* cum stylo in columnam longitudinaliter connata. *Antheræ* didymæ, nunc simplices, stigmati incumbentes. *Pollen* globosum, simplex, quandoque angulatum.

Ovarium biloculare, dissepimento nunc abbreviato subuniloculare, polyspermum; glandulâ anticâ v. duabus

bus oppositis sæpiùs coronatum. *Stylus* 1. *Stigma* indivisum v bifidum.

Capsula bivalvis, bilocularis, septo parallelo, nunc abbreviato, v. demùm a marginibus inflexis valvularum soluto subunilocularis.

Semina axi dissepimenti affixa, erecta, parva, quandoque pedicellata. *Albumen* semini conforme, carnosum, suboleosum. *Embryo* inclusus, minutus.

Herbæ (v. *Suffrutices*) non lactescentes, caulescentes v. scapigeræ, pube dum adsit simplici, glanduloso-capitatâ v. acutâ. *Folia* sparsa, quandoque verticillata, integra, marginibus nudis ciliatisve, radicalia in scapigeris conferta.

Flores spicati, racemosi, corymbosi v. solitarii, terminales, rarò axillares, pedicellis sæpiùs tribracteatis.

Obs. Stylidium, Levenhookia et Forstera floribus meiostemonibus staminibusque stylo accretis conveniunt, et tam a præcedentibus Campanulaceis quam Goodenoviis subsequentibus facilè distingui queant; ab utroque ordine itaque separare non dubitavi; hoc modo enim diagnoses certiores pro omnibus obtinemus, et botanicorum attentio meliùs ad contemplationem œconomiæ maximè singularis convertitur.

Haud tamen me præterit quam arctè hi ordines invicem consentiunt, sed video alios (ex. gr. Compositarum et Liliacearum) in systemate Jussæano receptos, arctiore quamvis affinitate nexos; et in methodo naturali, ad memoriam sublevandam, non solùm ordines sed classes insuper propriis nominibus insignitæ necessariæ sunt, quales Liliaceæ, Compositæ, Rubiaceæ et Leguminosæ considerari possent.

STYLIDIUM. *Swartz. Labill.* Ventenatia *Smith.*

Calyx bilabiatus. *Corolla* irregularis, 5-fida, laciniâ quintâ (Labello) dissimili, minore, deflexâ (rarò porrectâ), reliquis patentibus (rarò geminatim cohærentibus). *Columna* reclinata, duplici flexurâ; *Antheris* bilobis, lobis divaricatissimis; *Stigmate* obtuso, indiviso. *Capsula* bilocularis, dissepimento supernè quandoque incompleto.

Herbæ (v. Suffrutices) *scapigeræ v. caulescentes.* Folia *radicalia conferta, in petiolum quandoque attenuata; caulina sparsa, nunc verticillata, sæpè minora bracteæformia, rarò apice cirrhosa v. basi soluta.* Inflorescentia *varia.* Calycis *labium exterius 2-dentatum v. 2-partitum; interius 3-dent.*

dent, v. 3-partitum. Corolla *purpurea, alba, violacea, rarò lutea, extùs sæpè pilis glanduloso-capitatis, tubo basi torto, nunc brevissimo; fauce sæpiùs coronatâ denticulis glandulisve, quandoque nudâ; limbi laciniis 4 majoribus geminatim approximatis, utriusque paris alterâ sæpè minore.* Labello *ante expansionem labio angustiori calycis opposito (antico), torsione tubi mox laterali, disco sæpissimè crassiusculo, intùs parùm convexo, basi utrinque laciniulâ sæpiùs appendiculato, quandoque simplici.* Columna *linearis, limbo longior, ad ejusdem latus alterum (ubi labellum) exserta, dum reclinata flexurâ exteriore subtùs irritabili, irritata cum impetu resurgens, laterique opposito floris incumbens stigmate deorsùm spectante.* Antheræ *ante expansionem lobis verticalibus, modicè patentibus, demùm divaricatissimis, apicibus nunc distinctis, longitudinaliter dehiscentibus.* Stigma *primò obsoletum antheris incumbentibus occultatum, post earum dehiscentiam auctum, sub-exsertum, quandoque hispidulum v. papulosum.*

Obs. Embryo in unicâ specie adhuc dum observatus, in regione umbilici minutissimus, globosus, indivisus! forsan quia immaturus.

Cel. Labillardiere qui in dissertatione suâ priori structuram floris rectè tradidit, superiùs glandulam epigynam, in hâc et propinquis familiis sæpiùs obviam, stigma nuncupavit; nec minùs hallucinatus est Cel. Richard, (in *Pers. syn.* 2. *p.* 210.) qui procul dubio siccis et miserrimis exemplaribus fretus, corollæ labellum pro organo femineo sumpsit.

Veram structuram et affinitatem primò (anno 1770) perspexêre Illust. Banks et Solander, hujusce generis detectores; nuperiùs Cel. Konig, Smith, et Swartz, statuerunt; et olim (anno 1781) genus accuratè descriptum fuit in Zeylonâ a D. Kœnig; quid ergo sibi vult Cel. Salisburyus (loc infra cit.) fusè et subocculte de hallucinationibus botanicorum Angliæ disserens?

Columnæ irritabilitas quæ in *Stylidio graminifolio* quindecim circiter abhinc annis visa fuit a D. Paterson et Dav. Burtoni, et quam nuper in pluribus speciebus observavimus, forsan in omnibus, licèt gradibus diversis, existat.

I. *Capsula ventricosa, subovata, nunc sphærica v. oblonga.*

A. *Squamæ scariosæ, foliis radicalibus basi attenuatis interstinctæ. Acaulia, racemosa: Calycis labia (§-) partita.*

1. S. *pilosum*, scapo glanduloso-pubescenti subramoso, foliis planis lanceolato-ensiformibus. (M.) *v. v.*

Stylidium pilosum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 63. *t.* 213.

2. S. *re-*

2. S. *reduplicatum*, scapo hirsuto villis acutis, racemo subramoso, foliis angusto-ensiformibus reduplicatis extùs squamis latioribus. (M.) *v. v.*

3. S. *hirsutum*, scapo hirsuto villis acutis, racemo subsimplici, foliis linearibus margine parùm recurvis, squamis distinguentibus interioribusque acuminatis. (M.) *v. v.*

I. B. *Folia radicalia conferta, squamis nullis interstinctis. Calycis labia (½-) dentata. Scapi aphylli.*

4. S. *umbellatum*, scapi racemis umbellatis involucratis. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 66. *t.* 217. (D.) *Labill.* †

5. S. *armeria*, foliis ensiformi-linearibus margine integerrimis, scapo glabro, racemo simplici pubescenti, labello inappendiculato. (D.) *Labill.* †

Stylidium Armeria. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 66. *t.* 216.

Obs. An scapus reverà glaber? et labellum edentulum? si aliter, quod valdè suspicor, cum sequente jungendum.

6. S. *melastachys*, foliis linearibus: marginibus subrecurvis lævibus, scapo pilosiusculo, spicâ simplici glanduloso-pilosissimâ: floribus imbricatis subsessilibus, labello basi appendiculato. (D.) *v. v.*

Obs. A præcedente forsan haud diversum; sequenti quam maximè affine, et folia quandoque denticulis paucis instructa.

7. S. *graminifolium*, foliis linearibus margine denticulatis, racemo subspicato simplici scapoque glanduloso-piloso, labello basi appendiculato. (J. D.) *v. v.*

Stylidium graminifolium. *Swartz in nov. act. soc. nat. scrut. berolin. v.... Willd. sp. pl.* 4. *p.* 146.

Ventenatia major. *Smith, exot. bot.* 2. *p.* 13. *t.* 66.

Candollea serrulata. *Labill. in annal. du mus.* 6. *p.* 414. *t.* 64. *f.* 2.

8. S. *lineare*, foliis compresso-filiformibus (1-1½-unc.) margine denticulatis, racemo simplici, pedicellis ovaria subæquantibus, scapo glabro filiformi, labello basi appendiculato. (J.) *v. v.*

Stylidium lineare. *Swartz in nov. act. soc. nat. scrut. berolin. v.... Willd. sp. pl.* 4. *p.* 146.

Ventenatia minor. *Smith, exot. bot* 2. *p.* 15. *t.* 67.

9. S. *setaceum*, foliis setaceis mucronulatis (uncialibus), racemo simplici subspicato, scapo glaberrimo, capsulis clavato-oblongis, labello inappendiculato. (M.) Labill. †

Stylidium setaceum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 65.

I. C. *Scapi*

††. *Scapi folia nulla v. sparsa (nec verticillata), minora: radicalia conferta, esquamata. Calycis labia* ($\frac{2}{3}$-)*partita.*

10. S. *spinulosum*, foliis linearibus mucronatis basi attenuatis margine spinulosis, scapo glanduloso-pubescente, racemo simplici raro subcorymboso, fauce coronatâ, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

11. S. *caespitosum*, foliis linearibus glabris setaceo-mucronatis margine integerrimis, racemo saepè diviso, rachi scapoque glabris, fauce nudâ, labello appendiculato. (M.) *v. v.*

12. S. *piliferum*, foliis lineari-lanceolatis glabris piliferis margine integerrimis, racemo simplici, rachi pubescente, scapo glabro, fauce nudâ, labello appendiculato. (M.) *v. v.*

13. S. *assimile*, foliis angusto-spathulatis glabris crassiusculis margine integerrimis, racemo parùm diviso, rachi scapoque pubescentibus, fauce nudâ, labello appendiculato. (M.) *v. v.*

14. S. *spathulatum*, foliis spathulatis utrinque glanduloso-pubescentibus margine integerrimis, racemo multifloro scapoque glabro radicali, fauce coronatâ, labello appendiculato. (M.) *v. v.*

15. S. *glaucum*, foliis lanceolato-spathulatis utrinque glanduloso-pubescentibus margine integerrimis, racemo paucifloro subcorymboso glabro, scapo caulino paucifolio. (M.) *v. v.*
Stylidium glaucum. *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 64. *t.* 214.?
Obs. Synonymon Labillardieri dubium, potiùs ad hanc quam praecedentem speciem pertinere videtur.

16. S. *eriorhizum*, foliis spathulatis setaceo-mucronatis paginis glabris: marginibus tomentosis, racemo subpaniculato scapoque glanduloso-pubescenti, radice lanatâ incrassatâ, fauce nudâ, labello appendiculato. (T.) *v. v.*

17. S. *floribundum*, foliis oblongis undique glabris: marginibus integerrimis, scapis numerosis paniculatis lanatis: villis acutis, fauce nudâ, labello appendiculato. (T.) *v. v.*

18. S. *junceum*, foliis radicalibus linearibus: scapi stricti glabri minutis distantibus bracteisque medio adnatis, calycis laciniis subulatis: basi simplici, fauce glandulis stipitatis coronatâ, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

19. S. *violaceum*, foliis radicalibus angusto-linearibus: scapi glaberrimi parvis appressis bracteisque sessilibus, calycis laciniis basi gibbis, fauce coronatâ, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

I. D. *Folia scapi v. caulis verticillata. Calycis labia (½-)partita.*

20. S. *luteum*, scapo inarticulato glabro: verticillo 1-2 foliolisque superioribus sparsis remotis, foliis radicalibus linearibus, calycis foliolis basi gibbosiusculis, fauce coronatâ, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

21. S. *amoenum*, scapo inarticulato glabro: extra medium verticillo unico foliolis superioribus nullis, foliis radicalibus spathulatis acuminatis, fauce coronatâ, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

22. S. *articulatum*, scapo articulis duobus verticillato-foliatis, foliis radicalibus spathulatis coriaceis, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

23. S. *diversifolium*, scapo stricto inarticulato: verticillis 3-4 foliolis filiformibus, foliis radicalibus lanceolatis, fauce coronatâ, labello appendiculato. (M.) *v. v.*

24. S. *scandens*, caule scandenti, foliis linearibus apice spirali cirrhoso, fauce coronatâ, labello appendiculato, columnâ supernè pubescenti. (M.) *v. v.*

I. E. *Caulis suffruticosus, foliis sparsis, crebris.*

25. S. *fruticosum*, foliis angusto-linearibus decurrentibus glabris, fauce semicoronatâ, labello appendiculato. (M.) *v. v.*

Stylidium glandulosum. *Salisb. parad.* 77: ubi auctor nomine meo antea in Herb. Banks: recepto uti noluit, et alterum proposuit toti generi respondens; falsò quoque plantam sine floribus tantùm a me lectam fuisse statuit.

26. S. *tenuifolium*, foliis setaceo-linearibus sessilibus pilosiusculis, fauce nudâ, labello appendiculato. (J.) *v. v.*

I. F. *Tubus corollæ brevissimus. Labellum porrectum.*

27. S. *calcaratum*, pusillum, caule paucifloro, foliis ovalibus, fauce nudâ, laciniis subdentatis, labello inappendiculato. (M.) *v. v.*

II. *Capsula linearis v. lineari-lanceolata.*

ANDERSONIA. J. G. Kœnig. MSS.

A. *Scapigera. Flores spicati v. corymbosi, rarò subsolitarii.*

28. S. *capillare*, scapo capillari (1-2-unc.) 1-2-floro, foliis radicalibus ovalibus, calyce glabro acutissimo, limbo tripartito: laciniâ mediâ bifidâ, fauce coronatâ, labello inappendiculato. (T.) B. *v. s.*

29. S. *te-*

29. S. *tenellum*, scapo capillari, spicâ pauciflorâ, foliis radicalibus subrotundis, calycis labiis partitis glandulosis, limbi laciniis duabus majoribus semibifidis, fauce nudâ, labello inappendiculato. (T.) v. v.

30. S. *rotundifolium*, scapo capillari 1—4-floro, foliis radicalibus subrotundis, calycis labiis indivisis, laciniis 4 limbi subæqualibus, fauce nudâ. (T.) v. v.

31. S. *crassifolium*, scapo tereti (1-2-pedali), spicâ racemosâ elongatâ, foliis radicalibus elongato-lanceolatis. (M.) v. v.

32. S. *corymbosum* scapo tereti (2-3-unc.) corymbifero, foliis radicalibus linearibus: mucrone setaceo, calycis labiis partitis. (M.) v. v.

II. B. *Caulescentia, floribus alternis v. solitariis. Capsula teretiusculo-linearis, apice conformi.*

33. S. *inundatum*, caule ramoso (sesquiunciali) infra divisuram foliato, foliis linearibus, limbi laciniis majoribus obovatis: minoribus linearibus, fauce nudâ, labello inappendiculato: basi tubo adnatâ. (M.) v. v.

34. S. *despectum*, caule partito (sesquiunciali): ramis paucifloris, foliis linearibus, limbi laciniis lineari-oblongis parùm inæqualibus, fauce nudâ, labello inappendiculato: basi tubo adnatâ. (D.) v. s.

Obs. S. *inundato* nimis affine.

35. S. *diffusum*, caule ramoso diffuso filiformi, foliis linearibus: caulinis distantibus, limbi laciniis 2 majoribus bifidis, fauce coronatâ, labello inappendiculato: basi tubo adnatâ. (T.) v. v.

36. S. *pygmæum*, caule simplici erecto (unciali) 2-3-floro, foliis linearibus, calycis labiis partitis, limbi laciniis lanceolatis, fauce nudâ, labello inappendiculato. (M.) v. v.

II. C. *Pedunculi uniflori, ex alis foliorum in summitate scapi v. rami confertorum. Capsula teretiuscula, apice conformi.*

37. S. *repens*, caule repente, ramis adscendentibus, foliis subulatis adnatis: terminalibus confertissimis, fauce coronatâ, labello inappendiculato. (M.) v. v.

38. S. *guttatum*, scapo simplici, floribus fasciculatis subsessilibus, bracteis foliaceis, fauce coronatâ, labello appendiculato, foliis radicalibus linearibus. (M.) v. v.

39. S. *pedunculatum*, scapo simplici, floribus umbellatis: pedicellis capillaribus, involucri foliolis linearibus, limbi laciniis

laciniis inæqualibus, fauce nudâ, labello inappendiculato, foliis radicalibus lanceolatis. (T.) B. *v. s.*

II. D. *Racemi caulem foliosum terminantes. Capsula compressa, lanceolata v. linearis, collo coarctato.*

40. S. *breviscapum*, caule simplici, foliis compresso-filiformibus: summis confertissimis, racemo pedunculato subpaniculato: rachi villosâ, capsulâ lanceolatâ æquivalvi pubescenti. (M.) *v. v.* flor. emarcid.

41. S. *fasciculatum*, caule subramoso glabro, foliis linearibus, spicis pedunculatis subracemosis: rachi glabrâ, capsulâ lanceolatâ: utroque loculo seminifero; superiore (postico) demùm aperto. (M.) *v. v.*

42. S. *falcatum*, caule subsimplici rachique pubescentulâ, foliis linearibus, spicâ pedunculatâ subracemosâ, capsulis divaricatis lanceolatis: loculo utroque seminifero: superiore dimidiò angustiore clauso. (M.) *v. v.*

43. S. *adnatum*, caule multiplici: partialibus indivisis, foliis linearibus, spicâ subsessili divisâ: partialibus paucifloris, capsulis basi adnatis linearibus: collo calyce breviore, loculo superiore vacuo angustissimo. (M.) *v. v.*

44. S. *propinquum*, caule multiplici: partialibus umbellatim divisis, foliis linearibus, spicâ sessili subsimplici, capsulis basi adnatis linearibus: collo calycem æquante; loculo superiore vacuo angustissimo. (M.) *v. v.*

Obs. Præcedenti nimis affine.

II. E. *Corollæ limbus bipartitus (lobis bifidis). Capsula linearis.*

45. S. *alsinoides*, caule erecto, foliis ovatis: floralibus oppositis, floribus axillaribus sessilibus solitariis ebracteatis. (T.) B. *v. s*

LEVENHOOKIA.

Calyx 5-partitus, bilabiatus. *Corolla* limbo 5-partito, irregulari; quintâ laciniâ (Labello) dissimili, fornicatâ, columnâ longiore, cum tubo articulatâ, mobili. *Columna* erecta, infra tubi lateri (ubi labellum) adnata. *Antheræ* lobis uno super alterum divaricatis. *Stigmata* duo, capillaria. *Capsula* unilocularis.

Herba *pusilla, glabra, facie et staturâ ferè* Radiolæ. Folia *alterna,*

alterna, petiolata, ramorum summa conferta; floribus fasciculatis interstinctis.

Obs. In memoriam dixi Antonii Van Leeuwenhoek, micrographi celeberrimi, in cujus operibus plures et perpulchræ observationes de plantarum structurâ exstant.

Obs. Mobilitas articuli labelli irritabilitati columnæ Stylidii analoga est, et ad eandem finem, nempe organorum sexualium sub anthesi conservationem, tendit. In Levenhookiâ enim labellum, in flore expanso deflexum, causâ irritante admotâ cum impetu erigitur, et cochleariformi suâ laminâ columnam erectam immobilem tegit.

L. *pusilla.* (M.) v. v.

GOODENOVIÆ.

Campanulacearum genera. *Juss.*

Calyx superus v. semisuperus, rarò inferus, 5-fidus, nunc 5—3-partitus, quandoque abbreviatus integer et interdum obsoletus; æqualis, rarò inæqualis, persistens.

Corolla monopetala, (plùs minùs) irregularis, decidua v. marcescens. Tubus posticè fissus, quandoque 5-partibilis, dum calyx liber basi ovario accretus. Limbus 5-partitus, bilabiatus v. unilabiatus, laciniarum disco lanceolato, plano, lateribus (alis) texturæ tenuioris, elevatis, æstivatione induplicatis, rarò obsoletis v. nullis.

Stamina 5, a corollâ et stylo libera, illius laciniis alternantia. *Filamenta* distincta. *Antheræ* distinctæ v. cohærentes, lineares, verticales, basi affixæ, indivisæ, biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus. *Pollen* simplex, nunc compositum.

Ovarium

Ovarium 2- v. 1-loculare (rarò 4-loculare), ovulis indefinitis, v. definitis, erectis: nunc glandulâ inter filamenta 2 anteriora instructum. *Stylus* 1, simplex (rarissimè divisus). *Stigma* carnosum, obtusum, indivisum v. bilobum, *Indusio submembranaceo, cyathiformi, integro v. bilobo cinctum.*

Pericarpium, dum semina indefinita, *Capsula* 2-locul. (rarò 4-loc.) v. septo abbreviato subunilocularis. *Dissepimentum* valvis (integris v. bipartitis) plerumque parallelum, rarò contrarium, axi seminifero: dum semina definita (1 in singulo loculo), *Drupa* v. *Nux* (rarò *Utriculus*,) fundo seminifero.

Semina Testâ sæpiùs crassiusculâ; quandoque nucamentaceâ. *Albumen* carnosum, semini conforme, rarò deficiens.

Embryo erectus, longitudine ferè albuminis. *Cotyledones* mediocres, sæpè foliaceæ. *Plumula* inconspicua.

Herbæ (v. *Frutices*) non lactescentes, in hemisphærio australi potissimum et intra tropicum borealis rariùs provenientes, pube dum adsit sæpiùs simplici, nunc glandulosâ v. rariùs stellatâ. *Folia* sparsa, exstipulata, simplicia, sæpiùs indivisa, quandoque lobata, sæpè dentata. *Inflorescentia* terminalis, v. axillaris, varia. *Flores* distincti, rarissimè aggregati, flavi, cærulei, purpurascentes, rarò rubicundi.

Obs. Indusium ferè peculiare stigmatis characterem ordinis essentialem præbet, genera alioqui arctè affinia (Brunoniâ forsan exceptâ,) associantem, et optimè a Campanulaceis pariter isostemonibus, atque a Stylideis meiostemonibus, genitalibusque coalitis distinguentem.

Sect. I. Semina indefinita.

GOODENIA. *Smith.*

Calyx superus, limbo 5-partito, laciniis æqualibus. *Antheræ* distinctæ. *Stylus* simplex. *Capsula* bilocularis (rarò 4-locularis), dissepimento parallelo, nunc abbreviato. *Semina* imbricata, compressa.

Herbæ (rariùs Suffrutices) *sæpiùs caulescentes*. *Folia alterna, integra,*

integro, dentata v. incisa. Flores axillares v. terminales: Pedicellis libracteatis v. ebracteatis. Corolla sæpius flava, nunc cærulea v. purpurascens, bilabiata, rarò unilabiata; laciniis alatis, alis æstivatione induplicatis, rarò apteris; tubo hinc quandoque dimittenti sacculum nectariferum, fissuræ oppositum, ovario adnatum. Antheræ ante expansionem leviter cohærentes, imberbes, rarissimè apice subbarbatæ. Capsula figurâ varia, apice plerumque supero, valvis integris v. bipartitis.

I. *Corolla bilabiata, flava, laciniis alatis. Capsula bilocularis v. dissepimento abbreviato subunilocularis. Stigma labiis corollæ parallelum.*

A. *Pedunculi terminales, spicati, v. paniculati, partiales bibracteati.*

1. G. *bellidifolia*, caule nudo, spicâ subsimplici pubescenti, corollâ extus pube simplici, foliis radicalibus planis lanceolato-spathulatis dentatis incisisve. (J.) v. v.
Goodenia bellidifolia. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 349. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 954.

2. G. *stelligera*, caule nudiusculo, spicâ subsimplici pubescenti, corolla extùs pilis simplicibus pubeque stellari, capsulæ valvulis bipartitis, foliis radicalibus carnosis semiteretibus linearibusve glabris apice subdentatis. (J.) v. v.

3. G. *paniculata*, caule paucifolio, paniculâ subsimplici pubescenti, ovarii pilis glandulosis simplicibusque, foliis radicalibus elongato-lanceolatis subdentatis incisisve. (J.) v. v.
Goodenia paniculata. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 348. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 954. *Cavan. ic.* 6. *p.* 5. *t.* 507.

4. G. *humilis*, caule paucifolio, paniculâ simplici pubescenti, ovarii pilis omnibus acutis, foliis radicalibus elongato-lanceolatis subdentatis. (M.) v. v.

5. G. *gracilis*, glabra, caule paucifolio, paniculâ simplici, ovariis glabris, corollis extùs glanduloso-pubescentibus, foliis radicalibus lineari-lanceolatis elongatis crassiusculis. (T.) v. v.

6. G. *decurrens*, glaberrima, caule polyphyllo, spicâ racemosâ: basi parùm divisâ, corollâ extùs pubescenti, foliis caulinis oblongis dentatis decurrentibus. (J.) v. v.

I. B. *Pedunculi axillares, trifidi v. simplices, partiales bibracteati.*

7. G. *acuminata*, suffruticosa erecta glabra fucata, pedunculis trifidis

trifidis trichotomisve, foliis ovatis acuminatis dentato-serratis: axillis imberbibus, calycis laciniis planis capsulâ prismaticâ dimidio brevioribus, seminibus biseriatis. (J.) v. v.

Obs. Sequenti proxima, tamen vix varietas.

8. G. *ovata*, suffruticosa erecta glabra nunc fucata, pedunculis trifidis trichotomisve, foliis ovatis acutis dentato-serratis: axillis barbatis, calycis laciniis subulato-filiformibus capsulâ lineari parùm brevioribus, seminibus uniseriatis. (J. M. D.) v. v.

Goodenia ovata. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 347. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 954. *And. repos.* 68. *Vent. cels.* 3 *et in mem. de l'institut. sc. phys.* 2. *p.* 321. *pl.* 10. *Cav. ic.* 6. *p.* 4. *t.* 506.

9. G. *varia*, suffruticosa glabra, pedunculis trifidis simplicibusve, foliis obovatis obtusis ovatisve acutiusculis dentatis coriaceis: axillis nudis, calycis laciniis staminibus brevioribus, corollis stylisque glabris, capsulâ ovatâ. (M.) v. v.

α. Folia obovata passimque ovalia, subdentata, basi attenuata; rami flexuosi; caulis diffusus.

β. Folia subrotunda, subsessilia, dentata; pedunculus subuniflorus; caulis depressus.

γ. Folia ovalia, acutiuscula, dentata; pedunculus triflorus; caulis erectus.

10. G. *grandiflora*, herbacea erecta glanduloso-pubescens, pedunculis trifidis v. trichotomis simplicibusve, ramis striato-angulatis, foliis inferioribus lyratis: rameis subovatis acutis, stylo longitudinaliter lanato. (J.) v. v.

Goodenia grandiflora. *Sims, bot. mag.* 890.

11. G. *heterophylla*, herbacea erectiuscula pubescens: pilis eglandulosis, foliis circumscriptione ovatis incisis lobatisve, bracteis dimidio superiore pedunculi uniflori brevioribus, stylo glabro. (J.) v. v.

Goodenia heterophylla. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 349. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 955. *Cav. ic.* 6 *p.* 6. *t.* 508.

12. G. *rotundifolia*, herbacea erectiuscula, foliis subrotundis inciso-serratis membranaceis, bracteis dimidio superiore pedunculi uniflori longioribus, stylis glabris, capsulis ovatis. (T. J.) v. v.

α. Glaberrima, erectiuscula.

β. Pubescens, pilis simplicibus; nunc diffusa.

13. G. *barbata*, herbacea (?) erecta glanduloso-pubescens scabra,

bra, foliis lanceolato-linearibus integris, pedunculis unifloris, corollæ fauce barbatâ, stylis longitudinaliter hirsutis, capsulis unilocularibus 2-3-spermis. (J. D.) *v. s.*

Obs. Capsula unica tantùm visa, quæ inaperta et fœta seminibus 2 magnis vix compressis.

14. G. *geniculata*, herbacea pubescens eglandulosa, caule erecto (nunc abbreviato), foliis longo-lanceolatis subdentatis, pedunculis scapiformibus elongatis: fructiferis geniculato-reflexis. (M.) *v. v.*

15. G. *lanata*, herbacea pubescens eglandulosa subacaulis, ramis prostratis, foliis obovatis ovalibusve obtusis subdentatis hirsutis: novellis ovariisque lanatis, pedunculis scapiformibus unifloris, corollæ laciniis margine ciliatis. (D.) *v. v.*

16. G. *hederacea*, herbacea pubescens eglandulosa subacaulis, ramis filiformibus prostratis, foliis ovalibus dentatis: radicalibus nunc lobatis, pedunculis 1—3-floris, corollæ laciniis margine nudis. (J. D.) *v. v.*

Goodenia hederacea. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 349. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 955.

17. G. *glabra*, herbacea glabra subacaulis, ramis prostratis, foliis radicalibus subovalibus spathulatisque paucidentatis: rameis subsessilibus, pedicellis unifloris, corollis extùs glabris. (T.) *v. v.*

I. C. *Pedunculi ebracteati, axillares v. terminales, uniflori.*

18. G. *mollis*, pedunculis axillaribus, foliis ovatis subcordatis acutis serratis villosis mollibus, corollæ tubo saccato. (T.) *v. v.*

19. G. *elongata*, pilosa, pedunculis solitariis axillaribus subterminalibusque elongatis: fructiferis reflexis, caule erecto filiformi, foliis radicalibus oblongo-spathulatis dentatis: caulinis lanceolatis subintegris basi attenuatis. (D.) *v. v.*

Goodenia elongata. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 52. *t.* 75.

20. G. *hispida*, strigoso-hirsuta erecta, foliis caulinis sessilibus elongato-lanceolatis subdentatis, pedunculis solitariis axillaribus elongatis: fructiferis erectis, calycibus hispidis. (T.) *v. v.*

21. G. *coronopifolia*, glabra, foliis linearibus: radicalibus pinnatifido-dentatis; caulinis integerrimis; seminalibus persistentibus, pedunculis subsolitariis alternis: fructiferis erectis. (T.) *v. v.*

22. G. *tenella*, subpubescens: pilis adpressis raris, caule sim-

plici v. nullo, foliis radicalibus planis lanceolatis spathulatisve, pedunculis radicalibus terminalibusve elongatis: fructiferis erectis. (M.) F. Bauer, v. s.

23. G. *filiformis*, glabriuscula, caule simplici, foliis radicalibus filiformibus: caulinis minoribus, pedunculis terminalibus subumbellatis. (M.) *v. v.*

II. *Corolla bilabiata, flava, laciniis alatis. Capsula 4-locularis.*

24. G. *quadrilocularis*, glabra erecta, foliis subovalibus dentatis, floribus spicatis axillaribusve. (M.) *v. v.*

III. *Corolla bilabiata, caerulea v. purpurea, laciniis alatis. Capsula bilocularis v. semibilocularis. Stigma labiis corollæ parallelum.*

25. G. *purpurascens*, glabra, paniculâ effusâ, caule nudo, foliis radicalibus elongato-lanceolatis. (T.) *v. v.*

26. G. *pterigosperma*, glabra, caule subsimplici paucifloro; floribus alternis, foliis radicalibus linearibus subdentatis: caulinis minoribus remotis, calyce obtusiusculo ovariisque glabris. (M.) *v. v.*

27. G. *cærulea*, glabra, caulibus partialibus subsimplicibus paucifloris, foliis radicalibus linearibus: caulinis remotis, calycibus acutis ovariisque glandulosis. (M.) *v. v.*

28. G. *incana*, incano-tomentosa, caulibus partialibus subsimplicibus paucifloris, foliis caulinis remotis oblongo-linearibus, corollis extùs ovariisque lanatis. (M.) *v. v.*

IV. *Corolla unilabiata, laciniis alatis. Stigma bilobum, indusio corollæ labio contrario, ciliato.*

29. G. *scapigera*, glabra erecta, foliis dentatis, spicâ terminali pedunculatâ, calycis laciniis subulatis, ovario hinc tubulifero longioribus. (M.) *v. v.*

α. Pedunculus communis elongatus scapiformis; folia lineari-lanceolata, elongata.

β. Pedunculus communis mediocris: folia ovali-lanceolata.

30. G. *viscida*, glabra fucata erecta, foliis lanceolatis dentatis, pedunculis axillaribus unifloris brevissimis, stigmate bifido. (M.) *v. v.*

V. *Co-*

V. *Corolla subunilabiata, purpurascens, laciniis apteris; æstivatione valvatâ.*

A. *Pedunculi bibracteati. Stigmatis indusium ore nudo. Capsula carnosa.* Selliera. *Cavan.*

31. G. *repens*, glabra repens, foliis lanceolatis carnosis. (D. M. J.) *v. v.*
Goodenia repens. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 53. *t.* 76.
Selliera radicans. *Cav. ic.* 5. *p.* 49. *t.* 474. *f.* 2.
Obs. An mutato charactere genus Cavanillesii retinendum, ob lacinias corollæ unilabiatæ apteras, et indusii ore imberbi? vix autem sequenti combinandum, cujus indusium ciliatum, corolla forsan subæqualis, pedunculi ebracteati, et habitus diversus.

V. B. *Pedunculi ebracteati. Stigmatis indusium ciliatum. Capsula membranacea.*

32. G. *pumilio*, repens pubescens, foliis ovatis membranaceis: terminalibus confertis, pedunculis e summis alis unifloris. (T.) B. *v. s.*
Obs. An Corolla unilabiata? an potiùs expansione subregularis? an calyx parùm inæqualis? an denique planta sui generis?

CALOGYNE.

Calyx superus, limbo 5-partito, laciniis æqualibus. *Corolla* bilabiata. *Antheræ* distinctæ. *Stylus* trifidus. *Glandula epigyna* inter filamenta 2 inferiora. *Capsula* subunilocularis dissepimento abbreviato. *Semina* imbricata, compressa.

Herba *pilosa, annua* (*habitu penitùs* Goodeniæ), *siccata odore* Anthoxanthi. Folia *dentata v. incisa, floralia basi auriculata.* Pedunculi *axillares, uniflori, ebracteati, fructiferi reflexi.*

Obs. A Goodeniâ separavi solummodò ob stylum trifidum; laciniâ singulâ stigmate indusiato instructâ; an rectè?

C. *pilosa.* (T.) *v. v.*

EUTHALES.

Calyx inferus, tubulosus, 5-fidus, inæqualis. *Corolla tubo* infrà ovario adhærens, apice hinc fisso; *limbo* bilabiato. *Antheræ* distinctæ. *Stylus* indivisus. *Stigmatis indusium* bilabiatum. *Capsula* 4-valvis, basi biloculari. *Semina* imbricata, compressa.

 Herba

laciniis inæqualibus, fauce nudâ, labello inappendiculato, foliis radicalibus lanceolatis. (T.) B. *v. s.*

II. D. *Racemi caulem foliosum terminantes. Capsula compressa, lanceolata v. linearis, collo coarctato.*

40. S. *breviscapum*, caule simplici, foliis compresso-filiformibus: summis confertissimis, racemo pedunculato subpaniculato: rachi villosâ, capsulâ lanceolatâ æquivalvi pubescenti. (M.) *v. v.* flor. emarcid.

41. S. *fasciculatum*, caule subramoso glabro, foliis linearibus, spicis pedunculatis subracemosis: rachi glabrâ, capsulâ lanceolatâ: utroque loculo seminifero, superiore (postico) demùm aperto. (M.) *v. v.*

42. S. *falcatum*, caule subsimplici rachique pubescentibus, foliis linearibus, spicâ pedunculatâ subracemosâ, capsulis divaricatis lanceolatis: loculo utroque seminifero: superiore dimidio angustiore clauso. (M.) *v. v.*

43. S. *adnatum*, caule multiplici: partialibus indivisis, foliis linearibus, spicâ subsessili divisâ: partialibus paucifloris, capsulis basi adnatis linearibus: collo calyce breviore, loculo superiore vacuo angustissimo. (M.) *v. v.*

44. S. *propinquum*, caule multiplici: partialibus umbellatim divisis, foliis linearibus, spicâ sessili subsimplici, capsulis basi adnatis linearibus: collo calycem æquante; loculo superiore vacuo angustissimo. (M.) *v. v.*

Obs. Præcedenti nimis affine.

II. E. *Corollæ limbus bipartitus (lobis bifidis). Capsula linearis.*

45. S. *alsinoides*, caule erecto, foliis ovatis: lateralibus oppositis, floribus axillaribus sessilibus solitariis ebracteatis. (T.) B. *v. s*

LEVENHOOKIA.

Calyx 5-partitus, bilabiatus. *Corolla* limbo 5-partito, irregulari; quintâ laciniâ (Labello) dissimili, fornicatâ, columnâ longiore, cum tubo articulatâ, mobili. *Columna* erecta, infrà tubi lateri (ubi labellum) adnata. *Antheræ* lobis uno super alterum divaricatis. *Stigmata* 2, capillaria. *Capsula* unilocularis.

Herba *pusilla, glabra, facie et statura ferè Radiolæ*. Folia *alterna*,

alterna, petiolata, ramorum summa conferta; floribus fasciculatis interstinctis.

Obs. In memoriam dixi Antonii Van Leeuwenhoek, micrographi celeberrimi, in cujus operibus plures et perpulchræ observationes de plantarum structurâ exstant.

Obs. Mobilitas articuli labelli irritabilitati columnæ Stylidii analoga est, et ad eandem finem, nempe organorum sexualium sub anthesi conservationem, tendit. In Levenhookiâ enim labellum, in flore expanso deflexum, causâ irritante admotâ cum impetu erigitur, et cochleariformi suâ laminâ columnam erectam immobilem tegit.

L. *pusilla.* (M.) v. v.

GOODENOVIÆ.

Campanulacearum genera. *Juss.*

Calyx superus v. semisuperus, rarò inferus, 5-fidus, nunc 5—3-partitus, quandoque abbreviatus integer et interdum obsoletus; æqualis, rarò inæqualis, persistens.

Corolla monopetala, (plùs minùs) irregularis, decidua v. marcescens. Tubus posticè fissus, quandoque 5-partibilis, dum calyx liber basi ovario accretus. Limbus 5-partitus, bilabiatus v. unilabiatus, laciniarum disco lanceolato, plano, lateribus (alis) texturæ tenuioris, elevatis, æstivatione induplicatis, rarò obsoletis v. nullis.

Stamina 5, a corollâ et stylo libera, illius laciniis alternantia. *Filamenta* distincta. *Antheræ* distinctæ v. cohærentes, lineares, verticales, basi affixæ, indivisæ, biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus. *Pollen* simplex, nunc compositum.

Ovarium

Ovarium 2- v. 1-loculare (rarò 4-loculare), ovulis indefinitis, v. definitis, erectis: nunc glandulâ inter filamenta 2 anteriora instructum. *Stylus* 1, simplex (rarissimè divisus). *Stigma* carnosum, obtusum, indivisum v. bilobum, *Indusio submembranaceo, cyathiformi, integro v. bilobo cinctum.*

Pericarpium, dum semina indefinita, *Capsula* 2-locul. (rarò 4-loc.) v. septo abbreviato subunilocularis. *Dissepimentum* valvis (integris v. bipartitis) plerumque parallelum, rarò contrarium; axi seminifero: dum semina definita (1 in singulo loculo), *Drupa* v. *Nux* (rarò *Utriculus*,) fundo seminifero.

Semina Testâ sæpiùs crassiusculâ; quandoque nucamentaceâ. *Albumen* carnosum, semini conforme, rarò deficiens.

Embryo erectus, longitudine ferè albuminis. *Cotyledones* mediocres, sæpè foliaceæ. *Plumula* inconspicua.

Herbæ (v. *Frutices*) non lactescentes, in hemispherio australi potissimum et intra tropicum borealis rariùs provenientes, pube dum adsit sæpiùs simplici, nunc glandulosâ v. rariùs stellatâ. *Folia* sparsa, exstipulata, simplicia, sæpiùs indivisa, quandoque lobata, sæpè dentata. *Inflorescentia* terminalis, v. axillaris, varia. *Flores* distincti, rarissimè aggregati, flavi, cærulei, purpurascentes, rarò rubicundi.

Obs. Indusium ferè peculiare stigmatis characterem ordinis essentialem præbet, genera alioqui arctè affinia (Brunoniâ forsan exceptâ,) associantem, et optimè a Campanulaceis pariter isostemonibus, atque a Stylideis meiostemonibus, genitalibusque coalitis distinguentem.

Sect. I. Semina indefinita.

GOODENIA. *Smith.*

Calyx superus, limbo 5-partito, laciniis æqualibus. *Antheræ* distinctæ. *Stylus* simplex. *Capsula* bilocularis (rarò 4-locularis), dissepimento parallelo, nunc abbreviato. *Semina* imbricata, compressa.

Herbæ (rarò Suffrutices), sæpiùs pubescentes. *Folia alterna, integra,*

integra, dentata v. incisa. Flores *axillares v. terminales:* Pedicellis *bibracteatis v. ebracteatis.* Corolla *sæpiùs flava, nunc cærulea v. purpurascens, bilabiata, rarò unilabiata; laciniis alatis, alis æstivatione induplicatis, rarò apteris; tubo hinc quandoque dimittenti sacculum nectariferum, fissuræ oppositum, ovario adnatum.* Antheræ *ante expansionem leviter cohærentes, imberbes, rarissimè apice subbarbatæ.* Capsula *figurâ variâ, apice plerumque supero, valvis integris v. bipartitis.*

I. *Corolla bilabiata, flava, laciniis alatis. Capsula bilocularis v. dissepimento abbreviato subunilocularis. Stigma labiis corollæ parallelum.*

A. *Pedunculi terminales, spicati, v. paniculati, partiales bibracteati.*

1. G. *bellidifolia*, caule nudo, spicâ subsimplici pubescenti, corollâ extus pube simplici, foliis radicalibus planis lanceolato-spathulatis dentatis incisisve. (J.) *v. v.*
Goodenia bellidifolia. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 349. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 954.

2. G. *stelligera*, caule nudiusculo, spicâ subsimplici pubescenti, corolla extùs pilis simplicibus pubeque stellari, capsulæ valvulis bipartitis, foliis radicalibus carnosis semiteretibus linearibusve glabris apice subdentatis. (J.) *v. v.*

3. G. *paniculata*, caule paucifolio, paniculâ subsimplici pubescenti, ovarii pilis glandulosis simplicibusque, foliis radicalibus elongato-lanceolatis subdentatis incisisve. (J.) *v. v.*
Goodenia paniculata. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 348. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 954. *Cavan. ic.* 6. *p.* 5. *t.* 507.

4. G. *humilis*, caule paucifolio, paniculâ simplici pubescenti, ovarii pilis omnibus acutis, foliis radicalibus elongato-lanceolatis subdentatis. (M.) *v. v.*

5. G. *gracilis*, glabra, caule paucifolio, paniculâ simplici, ovariis glabris, corollis extùs glanduloso-pubescentibus, foliis radicalibus lineari-lanceolatis elongatis crassiusculis. (T.) *v. v.*

6. G. *decurrens*, glaberrima, caule polyphyllo, spicâ racemosâ: basi parùm divisâ, corollâ extùs pubescenti, foliis caulinis oblongis dentatis decurrentibus. (J.) *v. v.*

I. B. *Pedunculi axillares, trifidi v. simplices, partiales bibracteati.*

7. G. *acuminata*, suffruticosa erecta glabra fucata, pedunculis trifidis

tatis, bracteis subtendentibus integerrimis, corollis extùs hirsutis: marginibus suprà nudis, stylis villosissimis. (M.) *v. v.*

4. S. *nitida*, fruticosa erecta glaberrima, foliis ellipticis argutè dentatis, bracteis subtendentibus passim dentatis, corollis extùs glabris: marginibus suprà stylisque villosiusculis. (M.) *v. v.*

5. S. *crassifolia*, suffruticosa adscendens glaberrima, foliis subcarnosis dentatis obovatis passim lanceolatis ramulisque sæpè fucatis, bracteis subtendentibus integris, stigmatis indusio ore nudiusculo. (M.) *v. v.*
Scævola crassifolia. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 56. *t.* 79.

6. S. *globulifera*, suffruticosa erecta glabra (?), foliis lanceolatis paucidentatis, bracteis subtendentibus integris, ovario 4-loculari? (M.) Labill. †
Scævola globulifera. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 55. *t.* 78.
Obs. Fimbriæ baseos alarum et ramenta similia faucis apicibus flocсoso-ramulosis, e quibus nomen hujusce speciei a Cel. Labillardiero derivatum est, in pluribus exstant, nec omninò desunt in S. *crassifoliâ*.

7. S. *ovalifolia*, suffruticosa adscendens, foliis ovalibus ellipticisve dentatis, bracteis subtendentibus rhombeo-ellipticis acutissimis subintegris, calyce obsoleto, stylo apice hinc barbato. (T.) *v. v.*

α. *cinerascens*. Cinerea, tomento tenuissimo; corolla extùs pubescens.

β. *glabra*. Glabra; corolla extùs imberbis.

8. S. *æmula*, herbacea erecta, foliis cuneatis obovatisve dentatis glabriusculis, spicâ simplicissimâ: bracteis subtendentibus lanceolatis subintegris, calyce lobato, stylo infrà glabro: apice hinc barbâ strictâ (coloratâ) indusium æquante, ovario biloculari. (M.) *v. v.*
Obs. Icon sequentis huic exactè respondit nisi bracteis inferioribus spicæ multifloris, quæ in S. *æmulâ* semper uniflori.

9. S. *cuneiformis*, herbacea erecta (?) pilosiuscula, foliis cuneatis dentatis, spicâ infrà divisâ: spiculis 2—3-floris, bracteis subtendentibus lanceolatis integris, calyce lobato, stylo infrà glabro: apice hinc barbâ strictâ indusium æquante. (D.) Labill. †
Scævola cuneiformis. *Labill. nov. holl.* 1. *p.* 56. *t.* 80.

10. S. *sinuata*, herbacea diffusa pubescens: pilis adpressis, foliis

obovatis

obovatis cuneatisve dentatis et sinuatis, spicâ compositâ: spiculis paucifloris, bracteis subtendentibus ellipticis integris, calyce lobato, stylo infrà glabro: apice hinc barbâ strictâ coloratâ indusium superante. (M.) *v. v.*

Obs. Hæc valdè diversa a S. *æmulâ*, sed intermedia planta esse videtur S. cuneiformis *Labill.*, quam nunquam vidi.

11. S. *humilis*, herbacea adscendens v. diffusa pubescens, foliis argutè dentatis: imis obovato-cuneatis; rameis lanceolatis, spicâ simplici, bracteis subtendentibus lineari-lanceolatis subdentatis, calyce lobato, stylo apice hinc barbâ strictâ coloratâ indusium æquante, ovario biloculari. (M.) *v. v.*

12. S. *microcarpa*, herbacea pubescens, foliis cuneatis v. ovalibus orbiculatisve dentatis basi attenuatis, spicâ simplici, bracteis subtendentibus dentatis, calyce lobato, corollæ tubo intùs barbato: pilis faucis acutis capitatisque, stylo longitudinaliter villoso, ovario 1-loculari 2-spermo. (J. D.) *v. v.*

Scævola microcarpa. *Cav. ic.* 6. *p.* 6. *t.* 509.
Goodenia albida. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 347.
Goodenia lævigata. *Curt. bot. mag.* 287. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 954.

Obs. Species polymorpha, sæpiùs diffusa, nunc erecta, figurâ et consistentiâ foliorum maximè ludit; bracteæ subtendentes rarò edentulæ.

13. S. *pallida*, herbacea diffusa pubescens, foliis dentatis basi attenuatis cuneatis lanceolatisve, spicâ simplici, bracteis subtendentibus sæpiùs dentatis, calyce lobato, corollæ tubo intùs nudiusculo, stylo glabro, ovario 1-loculari 2-spermo. (M.) *v. v.*

Obs. Præcedente, cui nimis affinis, omnibus partibus minor.

II. B. *Folia (pleraque v. omnia) integerrima.*

14. S. *suaveolens*, herbacea diffusa pubescens, foliis spathulatis carnosis: axillis barbatis, bracteis subtendentibus lineari-lanceolatis, ovario 2-loculari, drupâ baccatâ. (T. J. M.) *v. v.*

Goodenia calendulacea. *And. repos.* 22.

15. S. *cæspitosa*, suffruticosa erectiuscula glabra, foliis lineari-lanceolatis margine subrecurvis passim subdentatis: axillis imberbibus, calyce abbreviato 5-lobo, ovario 2-loculari. (M.) *v. v.*

 Obs.

Obs. Plurimis notis S. *globuliferâ* convenit, sed ovarium certè 2-loculare.

16. S *revoluta*, suffruticosa erecta pubescens subcinerea, foliis oblongo-lanceolatis sessilibus margine revolutis, spicâ compactâ: bracteis subtendentibus lanceolatis concaviusculis interiores vix superantibus, calyce obsoletè crenato, ovario 2-loculari. (T.) *v. v.*

17. S. *linearis*, suffruticosa érecta ramosissima pilosa scabra, foliis linearibus bracteisque margine recurvis, spicâ terminali, ovario monospermo. (M.) *v. v.*

18. S. *paludosa*, subherbacea erecta parùm ramosa pilosa scabra, foliis lineari-lanceolatis planiusculis spicas axillares subæquantibus, ovario monospermo. (M.) *v. v.*

19. S. *angulata*, suffruticosa erecta, ramis angulatis, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis, spicâ rarâ simplici, bracteis subtendentibus foliis rameis conformibus, calyce 5-fido ovarium biloculare rugosum subæquante. (T.) *v. v.*

Obs. Variat foliis passim paucidentatis; adulta sæpiùs glaberrima, nunc pilis patulis conspersa.

III. *Pedunculi axillares, uniflori, elongati, bracteis 2 apicis foliaceis persistentibus. Calyx longitudine ovarii. Antheræ apice barbatæ. Drupa exsucca. Herbaceæ.*

20. S. *hispida*, alis laciniarum corollæ aveniis. (J.) *v. v.*
Scævola hispida. *Cav. ic.* 6. *p.* 7. *t.* 510.
Goodenia ramosissima. *Smith in. linn. trans.* 2. *p.* 349. *Smith new holl.* 15. *t.* 5. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 958.

21. S. *striata*, alis laciniarum corollæ parallelo-venosis. (M.) *v. v.*

IV. *Pedunculi axillares, uniflori, bracteis apicis deciduis. Calyx obsoletus. Corolla alis laciniarum longitudinaliter fimbriatis.*

22. S. *spinescens*, fruticosa spinescens, foliis ovalibus obovatisve integerrimis. (M.) *v. v.*

DIASPASIS.

Corolla subregularis, hypocrateriformis; tubo 5-partito, genitalia includente. *Antheræ* liberæ. *Ovarium* 1-loc., 2-spermum. *Stigmatis indusium* ore nudo. *Nux* corticata. Herba *erecta, subramosa, glabriuscula, pube rarâ, simplici.* Folia *alterna, teretiuscula.* Pedunculi *axillares, uniflori, apice diphylli* (Scævolæ hispidæ, *in modum*). Flos *cernuus,*

nuus. Calyx *abbreviatus*, 5-*fidus*. Corollæ *ungues ipsâ basi arctiùs connati, suprà pube brevissimâ capitatâ connexi; laminæ alis adscendentibus disco plano latioribus*, 2 *superiores parùm dissimiles*. Antheræ *imberbes*. Stigmatis indusium *semibivalve*. Drupa *exsucca*, *monosperma*.

Obs. Affinitate proxima Scævolæ, præsertim ejusdem sectionis tertiæ, quâcum inflorescentiâ convenit.

D. *filifolia*. (M.) *v. v.*

DAMPIERA.

Corolla bilabiata, tubo hinc fisso, labii superioris laciniis margine interiore auriculatis. *Antheræ* arctè cohærentes. *Ovarium* 1-spermum. *Stigmatis indusium* ore nudo. *Nux* crustacea.

Suffrutices *v* Herbæ *perennes, aridæ, pubescentes, pilis sæpiùs difformibus, longioribus in plerisque ramulosis subplumosis, brevioribus stellatis*. Folia *alterna, indivisa, subdentata, coriacea*. Flores *axillares v. terminales, subspicati v. solitarii, bracteis parvis v. nullis*. Calyx *abbreviatus, sæpè obsoletus*. Corolla *cærulea v. purpurea*, 5-*partibilis, unguium marginibus veris inflexis, laminis extùs hirsutis; decidua, ipsâ basi quandoque integrâ et persistenti!* Stamina *post corollæ lapsum persistentia, antheris imberbibus arctè cohærentibus, stylum remanentem vaginantibus*. Pollen *globosum*.

Obs. Genus Scævolæ et Diaspasi propinquum, sed ab iisdem sat distinctum, dixi in memoriam Gulielmi Dampier, navarchi et peregrinatoris celeberrimi, in variis suis itineribus naturæ semper assidui observatoris, nec botanicem negligentis, qui oram occidentalem Novæ Hollandiæ bis visitavit, cujus regionis plantæ aliquæ depictæ in relatione itineris exstant, et inter ineditas secum reportatas (quarum plures nunc in Museo Oxoniensi asservantur,) *Dampiera incana* fuit.

1. D. *undulata*, suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis subrotundis dentatis undulatis super scabris pedunculo axillari 2—4-floro longioribus, corollis extùs nigro-barbatis: villis plumosis. (J.) *v. v.*

2. D. *rotundifolia*, suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis subrotundis integris planis: super scabris; basi obtusissimâ, pedunculis axillaribus subunifloris brevissimis: terminalibus subcorymbosis, corollis extùs nigro-barbatis: villis plumosis. (J.) *v. v.*

3. D. *ovalifolia*, suffruticosa erecta furfuraceo-tomentosa, foliis petiolatis ovalibus subintegris planis super scabris, pedunculis 2—4-floris axillaribus folium subæquantibus; terminalibusque corymbosis, corollis extùs nigro-barbatis: villis plumosis. (J.) *v. v.*

4. D. *purpurea*, suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis ovatis acutiusculo-dentatis super scabris, pedunculis axillaribus 1—3-floris, corollis extùs nigro-barbatis: villis plumosis. (J.) *v. v.*

Obs. In hâc et præcedentibus, quam maximè affinibus, calyx ferè nullus, corollæ extùs utì pedunculi densissimè barbatæ, villis patulis.

5. D. *ferruginea*, suffruticosa erecta tomentosa, foliis petiolatis ovatis acutiusculis repando-dentatis basi trinervibus: adultis super lævibus, floribus subterminalibus, corollis extùs lanatis: villorum ramulis brevissimis. (T.) *v. v.*

6. D. *hederacea*, herbacea procumbens tomentosa, foliis plerisque petiolatis subcordatis angulato-incisis; summis integerrimis; adultis super glabris, corollis extùs cinereo-barbatis: villis patulis plumosis. (M.) *v. v.*

7. D. *incana*, suffruticosa (?) erecta (?) incano-tomentosa, foliis sessilibus obovatis integerrimis. (O.) *v. s.* a Dampier et Baudin lect. in Herb. Banks.

8. D. *cuneata*, herbacea erectiuscula pubescens, foliis sessilibus dentatis obovato-cuneatis: summis elliptico-lanceolatis; adultis glabriusculis, spicis pedunculatis: bracteis racheos oppositis; floribus alternis, corollis extùs lanatis: villis patulis simplicibus. (M.) *v. v.*

9. D. *linearis*, herbacea erecta pubescens, foliis sessilibus plerisque linearibus paucidentatis: imis cuneatis; adultis glabriusculis, spicis pedunculatis: bracteis racheos oppositis; floribus alternis, corollis extùs lanatis: villis patulis simplicibus. (M.) *v. v.*

Obs Hujus et *D. cuneatæ*, (forsan haud distinctæ,) calyx obsoletus, corollæ basis integra, persistens! villi exteriores simplices: inflorescentia in genere subpeculiaris.

10. D. *fasciculata*, herbacea erecta, caule compresso-trigono, foliis sessilibus cuneatis subdentatis: summis verticillato-confertis; adultis glabris utrinque lævibus, pedunculis subfasciculatis paucifloris, corollis extùs pilis adpressis: ramulis approximato-parallelis. (M.) *v. v.*

11. D. *oblongata*, herbacea erecta, caule compresso-trigono, foliis sessilibus oblongis integris et paucidentatis: adultis glabris

glabris lævibus, pedunculis subterminalibus brevissimis 1—3-floris, corollis extùs pilis adpressis: ramulis approximato-parallelis. (J.) *v. v.*

12. D. *stricta,* herbacea erecta, caule compresso-trigono, foliis sessilibus cuneatis subdentatis: adultis super scabris, pedunculis paucifloris axillaribus terminalibusque, corollis extùs pilis adpressis: ramulis parallelo-approximatis. (J. M. D.) *v. v.*

Goodenia stricta. *Smith in linn. trans.* 2. *p.* 349. *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 955.

Obs. Hæc cum duabus præcedentibus arctè affinibus a reliquis distingui possint pube peculiari corollæ.

13. D. *parvifolia,* herbacea erecta: adulta glabra, caule compresso-trigono paniculato, foliis sessilibus: caulinis lineari-lanceolatis lævibus; rameis summis subulatis, floribus solitariis sessilibus: bracteis imbricatis. (M.) *v. v.*

Sect. III. Utriculus superus, monospermus.

BRUNONIA. *Smith in linn. trans.* 10.

Capitulum involucratum. *Calyx* 5-fidus, 4-bracteatus. *Corolla* monopetala, infundibuliformis; *limbo* 5-partito, laciniis 2 superioribus altiùs divisis. *Stamina* 5, hypogyna. *Antheræ* connatæ. *Ovarium* monospermum. *Stigmatis indusium* bivalve. *Utriculus* inclusus tubo aucto indurato calycis suprà patuli laciniis plumosis. *Semen* exalbuminosum.

Herbæ *subacaules* (*facie* Scabiosæ Jasiones et Globulariæ,) *pubescentes, pilis simplicibus, eglandulosis.* Folia *radicalia, integerrima, spathulata.* Scapi *indivisi, monocephali.* Capitulum *hemisphæricum, lobatum, lobis bracteâ foliaceâ involucrantibus simili subtensis; floribus præter bracteas 4 verticillatas membranaceas quintâ parùm dissimili distinctis.* Calycis *tubus sub anthesi brevissimus.* Corolla *azurea, marcescens, tubo demùm fissili.* Filamenta *verè hypogyna, pedicello brevissimo ovarii, post fœcundationem solùm obvio, inserta, persistentia.* Antheræ *tubo inclusæ.* Stigma *carnosum, retusum,* indusio *æqualiter bifido, ore nudo inclusum.*

Obs. Genus haud facilè ordinatum, nec reverâ ad familiam ullam, salvo ejus charactere, referri possit; cognationibus et differentiis

differentiis sequentibus tamen ponderatis inter Corymbiferas et Goodenovias locandum esse censeo.

Goodenoviis convenit stigmatis indusio ferè peculiari, staminum structurâ, iisdemque a corollâ liberis, ovulo embryoneque erectis: discrepat inflorescentiâ, pericarpio utriculari, defectu albuminis, embryonis radiculâ brevissimâ.

Corymbiferis simile inflorescentiâ, corollæ divisione et æstivatione, antherarum insertione et mutuâ cohæsione, defectu albuminis, embryonis erecti proportione partium: diversum calyce libero, filamentis a corollâ discretis, stigmatis indusio.

Campanulaceis nonnullis subsimile inflorescentiâ, staminumque insertione et structurâ, et antherarum cohæsione: diversissimum ovario libero monospermo, stigmate indusiato, semine exalbuminoso.

Dipsaceis approximatur habitu et inflorescentiâ, bracteis 4 distinctis, earum calyce exteriori monophyllo et in omnibus pariter infero subanalogis, ovulo unico: differt calyce libero, corollæ æstivatione, staminibus ab eâdem discretis, antherarum insertione et cohæsione, stigmate indusiato, ovulo erecto, defectu albuminis.

Globulariis accedit habitu et inflorescentiâ, calyce libero et pari ferè modo circa pericarpium monospermum persistenti, corollæ divisione: distinguitur bracteis verticillatis calycem munientibus, staminum insertione et structurâ, stigmatis indusio, ovulo erecto.

1. B. *sericea*, foliis undique scapisque longitudinaliter sericeis: villis adpressis, calycis laciniis apiculo incrassato colorato nudo. (T.) *v. v.*

Brunonia sericea. *Smith in linn. trans.* 10. *p.* [illegible] *cum ic.*

2. B. *australis*, foliis undique scapisque infrà villosis: pilis patulis, calycis laciniis longitudinaliter plumosis: apice acutiusculo. (D. M.) *v. v.*

Brunonia australis. *Smith in linn. trans.* 10. *p.*

ADDENDA.

Pag. 259, *ante* Xerotem, *adde:*

LUZULA. *Decandolle flor. franc.* 3. *p.* 158. *Desvaux in journ. de botan.* 1. *p.* 129.

Juncoides. *Mich. nov. gen.* 41. *t.* 31.

Perianthium 6-partitum, glumaceum, bibracteatum. *Stamina* 6. *Ovarium* 3-spermum. *Stigmata* 3. *Capsula* 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma.

Folia *plana, marginibus pilosis, utplurimum serratis; apice calloso.*

Obs. Juncus capensis *Linn. suppl.* 208. qui planifolia et serrata, non hujus generis, nec forsan Junci legitima species, etsi ovarii loculi polyspermi, et capsula 3-locularis.

1. L. *campestris*, spicis capituliformibus subumbellatis inæqualiter pedunculatis: intermediâ sessili, perianthii foliolis æqualibus acutissimis, capsulis obtusis. (D. J.) *v. v.*
Luzula campestris. *Decand. flor. franc.* 3. *p.* 161.
Juncus campestris. *L.*
Obs. Species in hemisphærio australi tam mirè ludens ac in boreali.

Pag. 304 et 305, *dele* Sisyrinchium *et in ejus loco insere:*

RENEALMIA.

Perianthium 6-partitum, regulare; foliolis interioribus majoribus, basi angustatis. *Filamenta* infrà connata v. distincta, suprà patentia. *Stigmata* 3, involuto-filiformia, acuta. *Capsula* obovato-clavata. *Semina* angulata. *Inflorescentia* subpaniculata, fasciculorum spathis abbreviatis.

Herbæ *sylvicolæ, glabræ.* Radix *fibrosa, nunc e rhizomate.* Folia *graminea, laxa, nervosa.* Caulis *teretiusculus quandoque divisus.* Fasciculi *alterni, umbellati, spathis persistentibus.* Perianthium *album, patulum, citò deciduum;* foliolis exterioribus *extùs sæpiùs virescentibus;* interioribus *sæpè unguiculatis.* Capsula *membranacea.* Semina *biseriata, atra.*

ADDENDA.

Obs. Genus e speciebus in operis loc. cit. ad Sisyrinchium dubiè relatis, nunc distinxi, suadente *D. Ker*, hujus ordinis perito investigatore; et dixi in memoriam Pauli Renealmi, botanici sui ævi accuratissimi, atque staminum primi scrutatoris; qui non modo eorum numerum et situm, sed etiam filamentorum proportionem passim descripsit, et characterem tetradynamicum Siliquosarum perspexit. (vide Renealm. specim. p. 128.)

Renealmia *Linn. suppl.* est Alpiniæ species, auctoritate Cel. *Smith in exot. bot.* 2. *p.* 93.

1. R. *paniculata*, caule paniculato, foliis (10—18-unc.) nervosis margine sæpiùs scabris, perianthii foliolis exterioribus lineari-lanceolatis: interioribus vix duplò majoribus obovato-oblongis, filamentis ad medium connatis. (J.) *v. v.*

Obs. Species altera (R. *grandiflora*) ab Illust. Banks. in Novâ Zelandiâ lecta, quæ huic affinis et pariter monadelpha, differt perianthii foliolis interioribus 4-5-ies majoribus.

2. R. *pulchella*, caule subsimplici, foliis (3-4-unc.) margine lævibus, perianthii foliolis exterioribus ovali-oblongis: interioribus obovatis subunguiculatis, filamentis distinctis. (J.) *v. v.*

LONDINI
IN ÆDIBUS RICHARDI TAYLOR ET SOCII
IN VICO SHOE LANE.
MDCCCX.

(2)

SUPPLEMENTUM PRIMUM

PRODROMI FLORÆ NOVÆ HOLLANDIÆ:

EXHIBENS

PROTEACEAS NOVAS

QUAS

IN AUSTRALASIA

LEGERUNT

DD. BAXTER, CALEY, CUNNINGHAM,
FRASER ET SIEBER;

ET QUARUM

E SICCIS EXEMPLARIBUS

CHARACTERES ELABORAVIT

ROBERTUS BROWN.

LONDINI:

TYPIS RICARDI TAYLOR.

1830.

PRÆMONENDA.

SUPPLEMENTUM hocce primi voluminis *Prodromi Floræ Novæ Hollandiæ* differentias specificas Proteacearum novarum sistens, nonnullas emendationes characterum specierum ejusdem familiæ in prædicto opere recensitarum etiam continet.

Sub singulis generibus insuper observationes nonnullas adjeci structuram foliorum potissimùm respicientes, et præsertim de Organis istis Epidermidi propriis tractantes, quæ a plerisque auctoribus Pori aut Stomata nuncupata, a nonnullis, et meliùs, ut mihi videtur, Glandulæ appellata sunt. Hæ *Glandulæ cutaneæ* enim, quantum determinare potui, sæpiùs reverà imperforatæ sunt, discum exhibentes membranâ modò pellucentiore, modò opacâ, rarissimè coloratâ, formatum.

Glandula unaquæque areolam Epidermidis unicam, formâ plerumque plùs minùs mutatam, sæpiùs contractam aliquando auctam, omninò, vel partim occupat.

Glandularum figura sæpiùs ovalis, nunc subrotunda rarò transversim dilatata, rarissimè angulata est. *Limbus* vel e duobus segmentis distinctis, subparallelis, leviter arcuatis compositus, vel sæpiùs annularis continuus, segmentis quasi utrinque confluentibus: *discus* nunc subovalis, nunc linearis, rarissimè angulatus, haud rarò duplex, exteriore sæpiùs

ovali, interiore rimam perangustam æmulanti, modò opaco modò pellucenti, et quandoque forsan perforato.

In quibusdam plantarum familiis Glandulæ cutaneæ modò in pagina tantùm inferiore modò in utraque exstant.

Utramque paginam occupant in Proteaceis omnibus Africæ Australis, præter Brabejum, in quo, sicut in omnibus hucusque cognitis Americanis, Asiaticis, et Insularum Novæ Zelandiæ et Novæ Caledoniæ, in pagina solùm inferiore obviæ sunt.

Proteacearum Novæ Hollandiæ $\frac{1}{3}$ pars circiter paginam superiorem glandulis penitùs orbatam exhibet; quod magis notatu dignum, ob numerum admodùm insignem Arborum et Fruticum Australasiæ in quibus pagina utraque pariter glandulis instructa est; cujus structuræ prævalentia, verticali positione et exactâ similitudine paginarum sæpè comitatæ *, characterem ferè peculiarem sylvis præsertim extratropicis Novæ Hollandiæ et Insulæ Van Diemen impertit.

In generibus plerisque, non hujus tantùm sed aliorum etiam ordinum, conformitas glandularum cutanearum figurâ, positione, et magnitudine respectu areolarum epidermidis obtinet; ut ex horum organorum accurata inspectione sæpè limites et quandoque affinitates generum eorumve sectionum naturalium deduci possunt: attamen in generibus quibusdam, et in nonnullis etiam Proteacearum Novæ Hollandiæ, diversitates positionis et figuræ glandularum reperiuntur.

* *Flind. voy.* 2. *p.* 586.

PROTEACEÆ NOVÆ.

PETROPHILA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 363.

Obs. Glandulæ cutaneæ in utraque pagina exstant.

1–2. P. *crassifolia*, foliis indivisis teretibus exsulcis basi attenuatis, squamis amenti dilatato-orbiculatis enervibus, perianthio pilis appressis sericeo, stigmatis articulo superiore stuposo paulùm superante inferiorem angulato-turbinatum.

Loc. Ora occidentali-meridionalis, King George's Sound, 1829. *D. Gulielmus Baxter.*

1–2. P. *longifolia*, foliis indivisis teretibus exsulcis, squamis amenti latè ovatis acutis obsoletè nervosis, perianthio sericeo, stigmatis articulo superiore stuposo paulùm superante inferiorem angulato-turbinatum.

α. lorea, folia caulem abbreviatum superantia, squamæ amenti subenerviæ.

β. caulescens, folia inferiora caule erecto ramoso breviora, squamæ amenti obsoletè nervosæ.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

1–2. P. *media*, foliis indivisis teretibus exsulcis, squamis amenti enervibus, stigmatis articulo superiore barbato paulùm superante inferiorem attenuato-turbinatum.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

3–4. P. *anceps*, foliis indivisis compresso-filiformibus subancipitibus glabris lævibus mucrone sphacelato, strobili squamis ovatis acutis nervosis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

3–4. P. *ericifolia*, foliis indivisis teretibus exsulcis apice subtùs glandulâ obliquâ, strobilo ovato folia superante; squamis dilatato-ovatis villosis pilis patulis tomentoque crispato: acumine glabro subviscido deciduo.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

3–4. P. *phylicoides*, foliis indivisis teretibus exsulcis strobilum ovatum vix æquantibus, squamis ovatis ramisque incanis tomento appresso.

Loc. Ora occid.-merid., Lucky Bay, 1823. *D. Baxter.*

3–4. P. *linearis*, foliis planis linearibus aveniis mucronulo uncinato, squamis amenti enervibus latè ovatis acumine brevi, perianthio villosissimo.

Loc. Ora meridionali-occidentalis, ad rip. Swan River, 1826. *D. Carolus Fraser.*

5–6. P. *sessilis*, foliis trifido-bipinnatis laciniis supèr canaliculatis divaricatis, strobilis subsessilibus: squamis dilatatis retusis cum acumine totis extùs perianthiisque sericeis, nucibus intùs marginibusque comosis.

Petrophila sessilis. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 21. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. veg. mant. vol.* 3. *p.* 262.

Loc. Ora orient., Port Jackson, 1807. *b. Georgius Caley.*

Obs. Dubia species, P. pulchellæ *prodr.* nimis affinis.

5–6. P. *canescens*, foliis bi-tripinnatifidis filiformibus sericeis supèr sulcatis, strobilis subovatis sessilibus: squamis latè ovatis acutis extùs sericeis, nucibus intùs marginibusque comosis.

Petrophila canescens. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., Moreton Bay, 1827. *D. Allan Cunningham.*

5–6. P. *crispata*, foliis biternatis filiformibus glaberrimis mucronatis supèr sulcatis, strobilis sessilibus ovatis: squamis ovatis acuminatis ramulisque tomento crispato incanis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

6–7. P. *Serruriæ*, foliis trifido-bipinnatis subsessilibus teretiusculis supèr sulcatis: pinnulis inferioribus bifidis, perianthio hirsuto, strobilis subglobosis axillaribus sessilibus: squamis ovatis acutis omnibus sericeis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.* occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

7–8. P. *striata*, foliis trifido-bipinnatifidis planis striatis scabris: laciniis lineari-lanceatis mucronatis, strobilis axillaribus sessilibus subglobosis: squamis exterioribus glabris reliquis sericeis, nucibus comosis apice angustatis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1826. *D. Fraser.*

7–8. P. *macrostachya,* foliis trifido-bipinnatifidis: laciniis lineari-lanceatis mucronatis, strobilis terminalibus cylindraceis, nucibus lenticularibus comosis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

7–8. P. *divaricata,* foliis trifido-bi-tripinnatis teretibus supèr sulcatis: pinnulis divaricatis pungentibus, perianthiis sericeis, amenti squamis tomentosis cuspide subulato glabro, samara planiuscula utrinque glabra basi barbata.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

9–10. P. *propinqua,* foliis biternatis planis: lobis lanceato-linearibus mucronatis subvenosis, strobilis axillaribus sessilibus: squamarum dimidio superiore sericeo.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

11. P. *biloba,* foliis planis ternatis: foliolis bifidis interjecto mucronulo: lobis dimidiato-ovatis venosis mucronatis, strobilis axillaribus; squamis sericeis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

12. P. *dubia,* foliis pinnatis canaliculatis: pinnis subulato-linearibus imis pinnatifidis mediis bifidis superioribus indivisis, ramulis villosis pilis strictis patulis tomentoque crispato, amentis terminalibus.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

Obs. Frutex dubii generis, cum amentis inexpansis solùm visus.

ISOPOGON. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 365.

Obs. Glandulæ cutaneæ in utraque pagina.

0–1. I. *petrophiloides,* foliis indivisis teretibus exsulcis, strobilo subgloboso basi depresso: squamis tomentosis; bracteis involucrantibus glabris.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

1–2. I. *divergens,* foliis pinnatis teretibus glabris supèr sulcatis: laciniis sæpiùs indivisis: terminali longiore, strobilo oblongo-ovato sessili densissimo.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

1–2. I. *pedunculatus,* foliis trifido-pinnatis glabris teretibus supèr sulco angustissimo: laciniis lateralibus bifidis; terminalis

trifidæ media breviore, ramulis glaberrimis, strobilo ovato, pedunculo tomentoso.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

1–2. I. *asper*, foliis pinnatis punctatis asperis semiteretibus supèr canaliculatis, amentis aggregatis, perianthiis glabris.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

4. I. *anemonifolius.* Prodr. flor. nov. holl. 1. p. 366.

α. glaber, folia adulta utrinque ramulique glabri.

β. pubescens, folia adulta utrinque tenuissimè pubescentia, ramuli incani sericei.

Loc. *β*. Ora orient., Port Jackson, 1807. *b. Caley.*

4–5. I. *petiolaris*, foliis trifido-bipinnatifidis: laciniis linearibus mucronatis planis divaricatis utrinque striatis pubescentibus scabriusculis, strobili squamis lanatis.

Isopogon petiolaris. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., Moreton Bay, 1827. *D. Cunningham.*

5–6. I. *tripartitus*, foliis planis circumscriptione cuneiformibus petiolatis tripartitis trifidisve: lobis lineari-lanceolatis integerrimis, ramulis tomentosis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

Obs. Forsan varietas Isopog. trilobi *prodr.*

7–8. I. *Loudoni*, foliis lanceolatis lingulatisve integerrimis apiculo sphacelato, ramis perianthiisque glabris: apicibus laminarum sericeis, stigmate fusiformi barbato, strobilis hemisphæricis.

Isopogon Loudoni. *D. Baxter.*

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

7–8. I. *latifolius*, foliis cuneato-obovatis glabris nervo venisque primariis subtùs manifestis, ramulis tomentosis, strobilis depresso-globosis, receptaculo hemisphærico.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

9–10. I. *uncinatus*, foliis gladiatis integerrimis apiculo circinato, caule abbreviato, capitulis aggregatis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

10–11. I. *spathulatus*, foliis cuneato-obovatis lineari-spathulatisve apiculo acuto, caule prolifero, capitulis solitariis obvallatis.

α. *obovatus*, folia obovata plana.

β. *linearis*, folia lineari-spathulata.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

13. I. *Baxteri*, foliis dilatato-cuneiformibus: fruticis adulti trifidis lobis incisis laciniis mucronatis; juvenilis indivisis apice dentato, capitulis aggregatis, receptaculo plano.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

ADENANTHOS. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 367.

Obs. In *Adenantho obovato* glandulæ cutaneæ in utraque pagina obviæ, limbo e segmentis duobus sublunatis omninò distinctis formato, disco lineari. In *Adenantho cuneato* in pagina tantùm inferiore glandulas observavi.

3–4. A. *apiculata*, foliis filiformibus trifidis pilosis: laciniis lateralibus bifidis simplicibusve: omnibus apice subtùs glandulâ coloratâ obliquâ apiculo recurvo semitectâ, floribus terminalibus 2—3, stylis glabris.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

SIMSIA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 367.

Obs. In hoc genere laciniæ foliorum aversæ! vix obviè in S. tenuifolia et anethifolia, manifestè verò in S. latifolia. Glandulæ cutaneæ in utraque superficie folii.

post 2. S. *latifolia*, foliis dichotomis aversis: laciniis linearibus planis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

CONOSPERMUM. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 368.

Obs. Glandulæ cutaneæ in foliorum utraque pagina: in speciebus nonnullis latiores quàm longæ, præsertim in C. flexuoso, cui crebriores sunt in lateribus caulis quadranguli quàm in paginis foliorum.

1–2. C. *imbricatum*, foliis ellipticis acutiusculis concaviusculis aveniis imbricatis ½ unciæ brevioribus, corymbo composito terminali: partialium pedunculis axillaribus.

Conospermum imbricatum. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 44. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46.

Obs. C. elliptico proximum, quod differt præsertim foliis ovato- vel sæpiùs spathulato-oblongis, semunciâ longioribus.

Loc. Ora orient., Port Jackson. *DD. Sieber et Cunningham.*

1–2. C. *lanceolatum*, foliis lineari-lanceolatis acutissimis aveniis planis strictis glabris subimbricatis modicève patentibus semunciâ brevioribus, corymbo composito terminali : partialium pedunculis axillaribus.

Loc. Ora orient., Port Jackson. *D. Cunningham.*

Obs. Species inter C. imbricatum et taxifolium.

1–2. C. *propinquum*, foliis lineari-lanceolatis mucronatis basi attenuatis uninervibus aveniis patentibus semuncialibus ramulisque adultis glabris, corymbo composito incompto: partialium pedunculis axillaribus.

Loc. Ora orient., Port Jackson, 1803. *b. Caley.*

Obs. Inter C. lanceolatum et taxifolium, cfr. etiam C. affine, *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol. 3. p. 274.* Sed exemplaria C. taxifolii, *Sieb. herb. nov. holl.* in mus. D. Lambert visa, cum taxifolio *prodr.* omnino quadrant.

1–2. C. *spicatum*, foliis linearibus mucronatis planis subsericeis modicè patentibus, spicis elongatis laxiusculis pedunculatis axillaribus.

Loc. Ora orient., Port Jackson. *b. Paterson.*

Obs. C. taxifolio proximum : an ejusdem varietas ?

3–4. C. *distichum*, foliis filiformibus subdistichis patentibus arcuato-incurvis glabris, spicis axillaribus, perianthiis lanatis : galeâ calvâ.

Conospermum distichum. *Prodr. flor. nov. holl. p.* 369. *n.* 9.

Loc. Ora occid.-merid., Lucky Bay, 1802. *R. B.* King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

Obs. Differentia specifica ab exemplaribus floridis D. Baxter desumpta, in nostris enim florem unicum tantummodò observavi.

4. C. *longifolium.* Prodr. flor. nov. holl. 1. p. 369.

α. folia lingulato-oblonga elongata obtusa venosa.

β. folia lineari-lanceolata angustata elongata, venis manifestis.

γ. folia angustato-linearia elongata, venis obsoletis.

Conospermum commutatum. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 275.

Conospermum tenuifolium. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 40. fid. exempl. in mus. D. Lambert.

6–7. C. *triplinervium*, foliis lingulato-oblongis elongatis basi attenuatis planis triplinervibus venosis glabris, panicula pedunculata e spicis alternis: rachibus bracteisque lanatis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

7–8. C. *petiolare*, foliis lineari-gladiatis planis venosis nervoso-marginatis petiolatis, capitulis sessilibus e spiculis congestis paucifloris, perianthii pilis patulis hirsuti laciniis caudatis, bracteis oblongo-lanceolatis acuminatis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1819. *D. Cunningham.* 1829. *D. Baxter.*

Obs. Nimis affine C. capitato *prodr.*, quod verò differt foliis angustioribus linearibus tortis, bracteis latè ovatis cum acumine, perianthiis sericeis pilis subadpressis.

10. C. *flexuosum*, foliis lingulatis elongatis venosis nervoso-marginatis, caule paniculato angulato flexuoso infernè foliato supernè bracteato, capitulis ramulos terminantibus solitariis paucifloris, perianthii laciniis linearibus obtusis æqualibus intùs convexis tubum posticè gibbosum paulò superantibus.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

Obs. Generis sectionem propriam (Isomerium) efformat.

SYNAPHEA. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 369.

Obs. In areolis depressis utriusque paginæ foliorum glandulæ cutaneæ exstant.

FRANKLANDIA. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 370.

Obs. Glandulæ cutaneæ undique sparsæ. Foliorum sulci in singula dichotomia invicem spectantes.

SYMPHIONEMA. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 370.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina inferiore tantùm exstantes, majusculæ, ovales, limbo annulari continuo, disco conformi.

2. S. *montanum*, foliorum laciniis planis linearibus uninervibus.

α. raches bracteæque glaberrimæ.

Symphionema abrotanoides. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 62. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 274.

Symphionema montanum. *Reichenb. hort. bot. cent.* 2. *p.* 3. *t.* 107.

β. raches bracteæque fructiferæ pilis glandulosis.

Symphionema montanum. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 371.

AGASTACHYS. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 371.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina tantùm inferiore, majusculæ ovales, limbo annulari continuo, disco conformi.
Stigma bilobum.

CENARRHENES. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 371.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina tantùm inferiore exstant; limbo e segmentis duobus distinctis, disco angusto lineari.

PERSOONIA. *Prodr. fl. nov. holl.* 1. *p.* 371.

Obs. Glandulæ cutaneæ in plerisque speciebus æqualiter sparsæ per utramque foliorum paginam; in nonnullis, præsertim P. ferrugineâ et confinibus, paucissimæ in pagina superiore, dum creberrimæ in inferiore; in omnibus ovales majusculæ, nunc limbi segmentis distinctis nunc in annulum confluentibus. Areolæ epidermidis in omnibus præter species foliis filiformibus amorphæ, parietibus plùs minùs flexuosis, quâ notâ a reliquis hujus ordinis hoc genus differt.

1–2. P. *saccata*, foliis filiformibus exsulcis elongatis laxis, perianthii foliolo antico medio saccato, antheris acuminatis, ovario glabro, stylo abbreviato.

Loc. Ora occid.? ex *Herb. Mus. Paris.*, in it. Baudin lecta.

Obs. Proxima P. teretifoliæ, cui foliolum anticum minùs altè saccatum necnon folia breviora et rigida.

2–3. P. *Fraseri*, foliis filiformibus subtùs bisulcatis: adultis glabris, pedunculis axillaribus solitariis ramulisque cinereis pube brevi patenti.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

Obs. Proxima P. microcarpæ *prodr.*

3–4. P. *tenuifolia*, foliis filiformibus supèr sulcatis patulis laxiusculis lævibus mucronulo innocuo: floralibus conformibus, ramulis angulatis pilosiusculis, fructibus glabris, stylo proportionato.

Loc. Ora orient., Moreton Bay, 1827. *D. Fraser.*

3—4. P. *Chamæpitys,* foliis lineari-filiformibus mucronatis pungentibus scabriusculis patulis subtèr canaliculatis, capitulo foliato demùm laterali, perianthiis pubescentibus, ovario lanato, stylo elongato glabro, antheris muticis.

Persoonia Chamæpitys. *Cunningh. in Field's N.S.Wales, p.* 329.

Persoonia gnidioides. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 53. *Spreng. syst. cur. post. p.* 45. *Schult. in Rœm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 269.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1804. *b. Caley.* 1817. *D. Cunningham.*

3—4. P. *acerosa,* foliis filiformibus glabris lævibus innocuis supèr canaliculatis, spicâ foliatâ demùm laterali, fructibus glabris.

Persoonia acerosa. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 59. fide char. et desc. opt. *Schult. in Rœm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 269.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1804. *b. Caley.* 1817. *D. Cunningham.*

5. P. *hirsuta.* Prodr. fl. nov. holl. 1. p. 372.

α. folia linearia.

β. folia subovalia vel oblonga.

Persoonia arida. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 55. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 45.

5–6. P. *fastigiata,* foliis lineari-filiformibus arcuato-incurvis muticis pubescentibus subtùs canaliculatis, pedunculis confertis subumbellatis dimidium perianthii paritèr pubescentis superantibus, ovariis stylisque villosis.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1818. *D. Fraser.*

5–6. P. *curvifolia,* foliis linearibus acutis mucronatis arcuato-incurvis scabris marginibus revolutis subtùs canaliculatis, fructibus stylisque glabris.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.*

6–7. P. *striata,* foliis linearibus utrinque elevato-striatis mucronatis glabris, pedunculis axillaribus recurvis, perianthiis pistillisque glabris, antheris acuminatis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

6–7. P. *Caleyi,* foliis linearibus glabris lævibus patentibus strictis marginibus recurvis, pedunculis axillaribus brevissimis ramulisque sericeis, perianthiis aristatis, pistillis imberbibus.

Loc. Ora orient., Jervis Bay, 1801. *b. Caley.* et 1823. *D. Baxter.* Ora meridion., Wilson's Promontory, 1825. *D. Baxter.*

8–9. P. *angulata,* foliis lanceolato-linearibus acutis basi attenuatis glaberrimis lævibus supèr concaviusculis, ramulis angulatis glabris, pedunculis axillaribus solitariis.

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1822. *D. Cunningham.*

10–11. P. *rigida,* foliis obovato-cuneatis mucronatis basi attenuatis margine recurvis: adultis punctato-scabris; novellis ramulisque pubescentibus, perianthiis hirsutis, pistillis glabris.

Persoonia spathulata. *Cunningh. MSS. Sieb. herb. nov. holl. n.* 51. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 271. non *prodr. flor. nov. holl.*

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1804. *b. Caley.* 1817. *D. Cunningham.*

10–11. P. *sericea,* foliis cuneato-lanceolatis obovatisve mucronulatis planis venosis lævibus: adultis glabriusculis; junioribus ramulisque sericeis, pedunculis axillaribus, pistillis villosis.

Persoonia sericea. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.*

12–13. P. *revoluta,* foliis oblongis obtusis muticis coriaceis aveniis marginibus recurvis: supèr glabris; subtèr subsericeis pube appressâ, pedunculis axillaribus ramulisque sericeis, pistillis glabris.

Persoonia revoluta. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 48. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 45. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 272.

Persoonia daphnoides. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1823. *DD. Sieber et Cunningham.*

12–13. P. *oblongata,* foliis lanceolato-oblongis mucronatis lævibus planis ramisque glabris, pedunculis axillaribus recurvis cum pistillis ovariique pedicello elongato glaberrimis.

Loc. Ora orient., Port Jackson; ex *Herb. Mus. Paris.*

12–13. P. *myrtilloides,* foliis elliptico-lanceolatis mucronatis planis obsoletè uninervibus subaveniis, ramulis sericeis, perianthiis aristatis (inexpansis quadricornibus) pedunculisque pubescentibus.

Persoonia myrtilloides. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 52. fid. desc. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 272.

Persoonia oleifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.*

12–13. P. *Cunninghamii,* foliis latè ellipticis ovatisve acutis mucronatis glabris, ramulis sericeis, pistillis ovariique pedicello elongato glaberrimis, perianthiis aristatis pedunculisque glabris.

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1823. *D. Cunningham.*

12–13. P. *oxycoccoides,* foliis oblongo-lanceolatis lineari-lanceolatisve acutis glaberrimis lævibus, pedunculis axillaribus solitariis flore erecto brevioribus drupisque glabris nutantibus.

Persoonia oxycoccoides, *Sieb. herb. nov. holl. n.* 49. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 270. *Spreng. syst. cur. post. p.* 45.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1823. *D. Sieber.*

12–13. P. *thymifolia,* foliis ovatis acutis supèr minutissimè punctatis scabriusculis, pedunculis axillaribus solitariis, perianthiis muticis erectis inexpansis obtusis drupisque glabris nutantibus.

Persoonia thymifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1823. *D. Cunningham.*

Obs. A præcedenti vix distincta.

12–13. P. *microphylla,* foliis obovatis obtusis supèr convexis ramulisque pubescentibus, perianthiis muticis erectis drupisque glabris nutantibus.

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1823. *D. Cunningham.*

Obs. Præcedenti proxima, sed foliorum figura sat distincta esse videtur.

15. P. *lanceolata.* Prodr. flor. nov. holl. 1. p. 373

Obs. Hujus varietas esse videtur Persoonia glaucescens. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 47. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 271. *Spreng. syst. cur. post. p.* 45.

16–17. P. *daphnoides,* foliis ellipticis mucronatis basi attenuatis venosis glabris utrinque marginibusque lævibus, pedunculis axillaribus unifloris, caule prostrato.†

Persoonia daphnoides. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., prope Hunter's River, 1827. *D. Cunningham.*

17–18. P. *cornifolia*, foliis ellipticis acutis acuminatisve glabris lævibus venosis, petiolis brevissimis ramulisque cum ovariis sericeis, pedunculis 1—2-floris.

Persoonia cornifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., Moreton Bay, 1827. *DD. Cunningham et Fraser.*

17–18. P. *marginata*, foliis obovatis latè ovalibusve mucronulatis venosis: paginis marginibusque scabriusculis, pedunculis axillaribus 1—2-floris, ovariis villosis, antheris dorso sericeis, caule diffuso.

Persoonia marginata. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1822. *D. Cunningham.*

18–19. P. *attenuata*, foliis lineari-lanceolatis elongatis utrinque attenuatis planis glaberrimis lævibus aveniis, racemis axillaribus paucifloris, pedunculis tomentosis, pistillis glabris.

Loc. Ora orient., Moreton Bay, 1827. *D. Fraser.*

18–19. P. *media*, foliis latiusculo-lanceolatis æquilateris utrinque attenuatis venosis, pedunculis axillaribus 2—3 racemosis solitariisque.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1818. *D. Fraser.*

BELLENDENA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 374.

Obs. Glandulæ cutaneæ in utraque foliorum pagina.

ANADENIA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 374.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina tantùm inferiore.

2–3. A. *Caleyi*, foliis pinnatifidis: laciniis apice bi-trifidis: lobis semilanceatis mucronatis pungentibus marginibus refractis; adultis supèr glabriusculis (pilis dum adsint sigmoideis); subtèr perianthiisque cinereo-pubescentibus.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1804. *b. Caley.* 1817. *D. Cunningham.*

2. A. *trifida*, Prodr. flor. nov. holl. 1. p. 375.

Obs. Folia inferiora fruticis juvenilis lineari-lanceolata, infra medium inciso-dentata. Perianthia glabra.

GREVILLEA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 375.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina tantùm inferiore in plerisque speciebus; in nonnullis nempe Gr. Goodii, Cunninghamii, agrifolia, angulata, heliosperma, et in omnibus foliis aversis in utraque pagina exstant.

0–1. G. (Lissostylis) *laurifolia,* foliis oblongis ovalibus ovatisve cum mucronulo petiolatis: venis primariis parallelis in nervum margini approximatum desinentibus; supèr glaberrimis subtèr subsericeis, caule procumbenti, racemo subsecundo, perianthio intùs glabro, ovario barbato!

Grevillea laurifolia. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 26. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 279.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1804. *b. Caley.* 1817. *D. Cunningham.*

0–1. G. (Lissostylis) *oleoides,* foliis lineari-oblongis elongatis obtusis mucronulo sphacelato basi attenuatis marginibus refractis supèr glabris venosis subtèr sericeis, racemis abbreviatis, barbâ interiore perianthii dimidio unguium longiore, pistillis uncialibus.

Grevillea oleoides. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 35. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 277. *Reichenb. hort. bot. cent.* 2. *p.* 2. *tab.* 104.

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1807. *b. Caley.*

2–3. G. (Lissostylis) *diffusa,* foliis lineari-oblongis obtusis cum mucronulo basi subattenuatis marginibus refractis supèr glabris subtèr sericeis, caule ramosissimo ramulis divaricatis floriferis recurvis, perianthiis vix semuncialibus, barbâ interiore dimidio unguium breviore.

Grevillea diffusa. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 56. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 279.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1807. *b. Caley.*

8–9. G. (Lissostylis) *sulphurea,* foliis lineari-subulatis erectiusculis supèr convexis glaberrimis lævibus margine revolutis, ramis tomentosis teretiusculis erectis, pistillis semuncialibus.

Grevillea sulphurea. *Cunningham in Field's N.S. Wales, p.* 329. fid. specim. flor. inexpans. ab auctore.

Grevillea aciphylla. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 28. fid. exempl. in mus. D. Lambert.

Grevillea acifolia. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46.
Grevillea acicularis. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 278.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1822. *D. Cunningham.*

Obs. Inter G. juniperinam et trinervem, proxima priori cujus forsan varietas, diversa præsertim ramis foliisque erectiusculis nec divaricatis, foliisque latioribus minùs pungentibus marginibusque potiùs revolutis quàm refractis. In utraque barba interior perianthii certè adest.

8–9. G. (Lissostylis) *trinervis*, foliis subulato-lanceolatis mucronatis pungentibus divaricatis : supèr glabris trinervibus marginibus refractis ; subtèr perianthiisque sericeis.

Loc. Ora orient., prope Port Jackson. *D. Fraser.*

Obs. Proxima G. Australi, differt præcipuè nervis lateralibus paginæ superioris.

13. G. (Lissostylis ?) *concinna*, foliis linearibus indivisis (fruticis juvenilis passim trifidis pinnatifidisve) margine revolutis: adultis supèr glabratis; subtèr ramisque sericeis pilis appressis, racemis recurvis secundis multifloris, stylis glaberrimis perianthio sericeo duplò longioribus, stigmate dilatato planiusculo obliquo.

Grevillea concinna. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 377. *Sweet. flor. austral. tab.* 7.

Loc. Ora occid.-merid., prope Lucky Bay, 1802. *R. B.* 1823. *D. Baxter.*

Obs. Inter Lissostylem et sectionem generis Grevilliam strictè sic dictam ambigit, huic ob folia quandoque divisa, inflorescentiam et ovarium lanatum, mediantibus G. Baxteri et crithmifoliâ, appropinquans.

14–15. G. (Ptychocarpa) *canescens*, foliis oblongo-obovatis obtusis mucronulatis: supèr pubescentibus mollibus ; subtèr velutinis incanis pilorum cruribus adscendentibus, racemis recurvis, perianthiis sericeis laminis acutis, pistillis tomentosis.

Grevillea cinerea. *Cunningh. in Field's N. S. Wales. p.* 329. non *prodr. flor. nov. holl.*

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.*

Obs. Quàm maximè affinis G. arenariæ, cui folia unciam superantia, elongato-oblonga, subtèr cinereo-subsericea, pilorum cruribus appressis, venæ primariæ manifestæ ; perianthii laminæ paritèr acutæ.

14–15. G. (PTYCHOCARPA) *obtusiflora,* foliis lineari-oblongis mucrone brevissimo marginibus recurvis: adultis supèr glabriusculis punctato-scabris; subtèr argenteis pilis arctè adpressis, racemis paucifloris, pedunculis perianthiisque extùs sericeis laminis obtusis, stylo hirsuto.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1822. *D. Cunningham.*

15–16. G. (PTYCHOCARPA) *ferruginea,* foliis oblongis obtusis mucronatis: adultis supèr scabris subtèr cinereo-tomentosis, racemis paucifloris, perianthiis rostratis rostro laminam superante.

Grevillea ferruginea. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 27. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 280.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1802. *b. Caley.*

OBS. Proxima G. montanæ, quæ foliis lanceolatis supèr vix scabris, et perianthii rostris laminâ brevioribus differt.

17–18. G. (PTYCHOCARPA) *myrtacea,* foliis latè ovalibus acutis mucronatis semuncialibus: supèr scabris; subtèr tomentosis cinereis, racemis paucifloris recurvis, pistillis hirsutis, perianthiis obtusis pedunculisque lanatis.

Grevillea myrtacea. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 39. fid. specim. in mus. D. Lambert. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 280.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1804. *R. B.*

OBS. Proxima G. cinereæ, quæ foliis obovatis subuncialibus præsertim distinguenda.

19. G. (PTYCHOCARPA) *Baueri.* Prodr. flor. nov. holl. 1. p. 378.

α. folia novella semper et adulta quandoque supèr pubescentia.

Grevillea pubescens. *Hooker exot. flor. t.* 216. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46.

β. folia adulta et novella utrinque glaberrima lævia.

Grevillea daphnoides. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 25. fid. exempl. in mus. D. Lambert.

Grevillea myrtillifolia. *Cuningh. MSS.*

19–20. G. (PTYCHOCARPA) *floribunda,* foliis oblongis obtusis cum mucrone brevissimo sphacelato: subtèr tomento copiosiore cinereis, racemis refractis basifloris!, perianthiis lanatis obtusis pistillum villosum subæquantibus.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.*

19–20. G. (Ptychocarpa) *lanigera*, foliis oblongo-linearibus obtusis mucronulo obsoleto marginibus revolutis utrinque ramulisque cinereo-tomentosis, racemis abbreviatis, perianthiis extùs glaberrimis, stylis hirsutis.
Grevillea lanigera. *Cunningh. MSS.*
Loc. Ora orient., ad rip. fl. Lachlan, 1824. *D. Cunningham.*

19–20. G. (Ptychocarpa) *ericifolia*, foliis lineari-subulatis margine recurvis: supèr scabris pubescentibus pilorum cruribus erectiusculis; subtèr sericeis, racemis recurvis, perianthiis extùs glaberrimis intùs densè barbatis, stylis hirsutis.
Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningh.*

19–20. G. (Ptychocarpa) *glabella*, foliis filiformi-subulatis glabris strictis: supèr angulatis lævibus; subtèr sulcatis, spicis recurvis, perianthiis extùs stylisque glaberrimis.
Grevillea acicularis. *Cunningh. MSS.* non *Schult.* loc. cit.
Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningh.*

19–20. G. (Ptychocarpa) *divaricata*, foliis filiformi-subulatis patulis divaricatisque: supèr convexis punctato-scabris; subtèr sulcatis (marginibusve minùs revolutis concaviusculis), spicis recurvis, perianthiis extùs stylisque glaberrimis.
Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1823. *D. Cunningh.*

19–20. G. (Ptychocarpa ?) *rosmarinifolia*, foliis lineari-subulatis mucronatis marginibus revolutis: supèr convexis scabriusculis; subtèr pube appressâ sericeis, racemis recurvis, pedunculi apice dilatato calyculiformi !, perianthiis extùs pistillisque glaberrimis, folliculis òbsoletè striatis.
Grevillea rosmarinifolia. *Cunningh. in Field's N.S. Wales, p.* 328. *Sweet. flor. austral. tab.* 30. *Lodd. bot. cabin. tab.* 1479.
Grevillea riparia. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 33. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 278.
Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1822. *D. Cunningh.*

19–20. G. (Eriostylis) *fasciculata*, foliis lanceolato-linearibus marginibus revolutis: supèr scabris aveniis; subtèr argenteis, umbellis sessilibus 4—6-floris, perianthiis extùs tectis pilis appressis; intùs medio barbatis, pistillis hirsutis, stigmate cochleariformi mutico.
α. *divaricata*, folia ramea divaricata; adulta supèr depilata.
β. *stricta*, folia ramea erecta; adulta supèr pubescentia.
Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*
Obs. Affinitate hinc G. occidentali, indè G. asperæ aceedit.

19-20. G. (Eriostylis) *depauperata*, foliis ovalibus ellipticisve mucrone sphacelato marginibus recurvis : supèr scabris ; subtèr incanis pilis appressis, floribus solitariis pedunculatis, perianthiis extùs tectis pilis appressis ; intùs barbatis, pistillis hirsutis, stigmate obovato convexiusculo mutico.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

25–26. G. (Conogyne) *anethifolia*, foliis triternatis : laciniis subulatis mucronatis pungentibus divaricatis marginibus arctè revolutis, perianthiis pedunculisque glaberrimis, bracteis caducis.

Anadenia anethifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.* Ora meridional., 1823. *D. Baxter.*

Obs. Folliculus, post dehiscentiam solùm visus, stylo orbatus.

25–26. G. (Conogyne) *triternata*, foliis triternatis : laciniis subulatis divaricatis mucronatis pungentibus marginibus revolutis : subtèr cum perianthiis pedunculis bracteisque sericeis.

Anadenia triternata. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1817. *D. Fraser.* 1822. *D. Cunningham.*

Obs. Proxima G. anethifoliæ. In utraque specie Glandula hypogyna semiannularis certè adest ; ideoque ambas ad Grevilleam retuli, licet habitus Anadeniæ, et Stigma pariter verticale conicum : sectionem itaque propriam Grevilleæ constituunt, proximam Anadeniæ, quæ pro alterâ sectione vel subgenere Grevilleæ potiùs quàm genere diverso habenda est.

25–26. G. *ilicifolia*, foliis cuneatis utrinque venosis extra medium incisis : lobis triangularibus mucronatis pungentibus ; adultis supèr glabratis : subtèr argenteis pilis arctè appressis, racemis pedunculatis, perianthiis ovariisque sericeis, stigmate dilatato obliquo convexiusculo.

α. attenuata, folia attenuato-cuneata, pinnatifido-incisa, dimidio inferiore indiviso longiore.

Anadenia ilicifolia. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 375.

β. dilatata, folia dilatato-cuneata, dentato-incisa, tam lata quàm longa, supèr reticulato-venosa.

Loc. Ora meridion. *α.* Port Lincoln, 1802. *R. B.* *β.* Kangaroo Island, 1823. *D. Baxter.*

Obs. Glandula semiannularis hypogyna in utraque varietate adest. *β.* forsan distincta species.

25–26. G. *acanthifolia*, foliis pinnatifidis utrinque glaberrimis marginibus refractis: laciniis plerisque 2—3-fidis: lobis spinescentibus, racemis densis erectis, perianthiis ovariisque villosissimis, stigmate dilatato subverticali convexo.

Grevillea acanthifolia. *Cunningh. in Field's N. S. Wales*, p. 328, cum tab. *Sieb. herb. nov. holl.* n. 32. *Spreng. syst. cur. post.* p. 46. *Schult. in Ræm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. p. 281. *Hooker. exot. flor.* 216. *Lodd. bot. cabin.* 1153.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.*

25–26. G. *Gaudichaudii*, foliis pinnatifidis adultis supèr glaberrimis subtèr pilis raris appressis: laciniis oblongo-lanceolatis mucronatis indivisis venosis: nervis lateralibus a margine planiusculo distinctis, racemis erectis, perianthiis sericeis, ovariis hirsutis, stigmate dilatato subverticali convexo.

Grevillea Gaudichaudii. *Br. in Gaudich. botan. de voy. de Freycin. tab.* 46.

Grevillea acanthifolia var. quercifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1818. *D. Gaudichaud.*

27–28. G. *longifolia*, foliis lanceolato-linearibus elongatis medio grossè serratis passimque integerrimis: subtèr sericeis pilis strictis appressis; supèr glabris lævibus venosis, racemis erectis, perianthiis ovariisque sericeis, stigmate dilatato subverticali convexo.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1807. *b. Caley.*

Obs. Proxima G. aspleniifoliæ, quæ differt foliis pinnatifido-incisis, subtèr tomentosis cinereis pilis flexuosis.

28–29. G. *Caleyi*, foliis pinnatis: supèr pubescentibus pilis patulis; subtèr cinereis tomentosis tomento subappresso; laciniis oblongo-linearibus parallelis integerrimis, racemis erectis, perianthiis ovariisque hirsutis, stigmate dilatato subverticali convexo.

G. blechnifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora orient., prope Port Jackson, 1805. *b. Caley.* 1824. *D. Cunningham.*

28–29. G. *Baxteri*, foliis pinnatis utrinque sericeis: laciniis angustato-linearibus mucronatis subuncialibus, racemis erectis, perianthiis pistillisque sericeis, stigmate dilatato subverticali convexo.

Loc. Ora merid., prope Cape Arid., 1829. *D. Baxter.*

28–29. G.? *crithmifolia*, foliis pinnatis (ramulorum inferioribus passim indivisis) pubescentibus adultis glabriusculis: laciniis angustato-linearibus marginibus recurvis semunciâ brevioribus, racemis erectis, rachi ramulisque tomentosis.†

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

28–29. G.? *pectinata*, foliis pinnatis glabris: foliolis subulatis rigidis parallelo-approximatis semuncialibus: supèr impresso-bistriatis.†

Loc. Ora merid., inter Cape Arid et Lucky Bay, 1824. *D. Baxter.*

30–31. G.? *rigens*, foliis pinnatis: foliolis oppositis angustato-linearibus apice subulatis biuncialibus marginibus recurvis: supèr glabriusculis tenuè striatis; subtèr uninerviis sericeis.†

Grevillea rigens. *Cuningh. MSS.*

Loc. Ora orient. tropic., Cape Flinders, 1819. *D. Cunningh.*

30–31. G.? *Synapheæ*, foliis trifido-pinnatifidis marginatis adultis glabriusculis: laciniis lineari-lanceatis mucronatis: lateralibus semitrifidis indivisisque, caule diffuso.†

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

30–31. G.? *bipinnatifida*, foliis bipinnatifidis planis reticulatis marginatis adultis glabriusculis: laciniis mucronatis, caule diffuso, spicis elongatis.†

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

30–31. G.? *quercifolia*, foliis oblongis sinuatis mucronatis reticulato-venosis glabris in petiolum attenuatis.†

Loc. Ora. occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

Obs. Hæc cum duabus proximè præcedentibus, quarum omnium flores fructusque ignoti, forsan Anadeniæ species sunt.

30–31. G. *Cunninghamii*, foliis cordatis subsessilibus inciso-dentatis dentibus spinescentibus utrinque reticulatis glaberrimis, racemis axillaribus pedunculatis (passim 1–2-phyllis) paucifloris, perianthiis extùs pistillisque glaberrimis; barbâ interiore rarâ.

Grevillea carduifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septentrionali-occidentalis, Montagu Sound, 1820. *D. Cunningham.*

30–31. G. (Cycloptera) *angulata*, foliis ovali-oblongis angulatis spinoso-dentatis basi cuneata: adultis glabriusculis reticulato-venosis paginis consimilibus, racemis axillaribus pedunculatis, pistillis perianthiisque extùs glaberrimis; barbâ interiore densâ pilis strictis.

Grevillea ilicifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septentr., 1818. *D. Cunningham.*

30–31. G. (Cycloptera) *agrifolia,* foliis cuneato-obovatis extra medium angulatis et spinoso-dentatis: adultis utrinque glabriusculis pube minutissimâ reticulato-venosis paginis consimilibus, racemis axillaribus pedunculatis nutantibus, pistillis perianthiisque extùs glabris intùs densè barbatis.

Grevillea agrifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septentr.-occident., 1819. *D. Cunningham.*

Obs. G. angulatæ nimis affinis.

30–31. G. (Cycloptera) *robusta,* foliis bipinnatifidis laciniis acutis: supèr glabris venosis subtèr canescentibus, racemis paniculatis, perianthiis pistillisque glaberrimis, stigmate e basi dilatata obliqua conico.

Grevillea robusta. *Cunningh. MSS.*

Grevillea venusta. *Cunningh. MSS.* non *prodr. flor. nov. holl.*

Loc. Ora orient., Moreton Bay, 1827. *D. Cunningham.*

Obs. Grevillea venusta *Cunningh.* varietas esse videtur foliis pinnatis foliolis pinnatifidis.

32–33. G. (Cycloptera) *heterophylla,* foliis pinnatifidis indivisisque elongato-lanceolatis sæpiùs acuminatis basi attenuatis: supèr glabris venis primariis acutangulis parallelis; subtèr sericeis, racemis refractis, perianthiis sericeis, pistillis glaberrimis.

Grevillea heterophylla. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septentrionali-occidentalis, Cambridge Gulf, 1819. *D. Cunningham.*

Obs. Proxima G. refractæ, cujus forsan varietas foliis foliolisque latioribus.

35–36. G. (Cycloptera) *angustata,* foliis indivisis angusto-linearibus longissimis acutis: basi decurrente cicatrice posticè attenuatâ; supèr convexiusculis obsoletè striatis glabriusculis; subtèr sericeis trinervibus medio valido lateralibus obsoletis.†

Loc. Ora orient. tropic., Cape Cleveland, 1819. *D. Cunningh.*

Obs. Frutex absque fructificatione visus, affinitate proximus G. polystachiæ videtur.

34. G. (CYCLOPTERA) *mimosoides*, foliis ensiformibus indivisis aversis nervosis ramisque glabris, racemis paniculatis, perianthiis pistillisque glaberrimis, stigmate e basi dilatata conico, folliculis viscidis.

Grevillea mimosoides. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p*. 380.

34–35. G. (CYCLOPTERA) *pyramidalis*, foliis pinnatis 3–4-jugis passimque bipinnatis aversis! adultis glabris: pinnis gladiatis subfalcatis utrinque attenuatis nervoso-striatis; rachi ancipiti anticè plano-compressâ, racemis paniculatis ("perianthiis subglabris, ovariis sessilibus, stigmate dilatato-conico." *Cunningh.*).

Grevillea pyramidalis. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septentrionali-occidentalis, Regent's River, 1821. *D. Cunningham.*

34–35. G. (CYCLOPTERA) *obliqua*, foliis semibipinnatis 5–6-jugis aversis! adultis sericeis: pinnis elongato-linearibus planis striatis; rachi teretiusculâ, racemis paniculatis rachi bracteisque glabris. †

Loc. Ora septent.-occid.? 1801. in it. Baudin ex *Herb. Mus. Paris.*

OBS. Inter præcedentem et sequentem media.

34–35. G. (CYCLOPTERA) *Leucadendron*, foliis bipinnatis aversis! sericeis: pinnulis compresso-filiformibus, racemis paniculatis, rachi glabrâ, folliculis viscidis.

Grevillea Leucadendron. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septentr.-occid., Cambridge Gulf, 1819. *D. Cunningham.*

HAKEA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p*. 381.

OBS. Glandulæ cutaneæ in utraque pagina folii.

I. Folia omnia filiformia indivisa. Involucrum nullum.

0–1. H. *lorea*, foliis teretibus subexsulcis pendulis longissimis (sesquipedalibus) apice hinc stria depressa obsoleta; cicatricis punctis vascularibus ternis medio a lateralibus remoto basi approximato, racemis thyrsiformibus erectis flore cum pedunculo multoties longioribus, perianthiis pedunculisque tomentosis pilis patentibus, ramulis glabriusculis.

Grevillea lorea. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p*. 380.

OBS. Arbor cujus fructus adhucdum ignotus ad Hakeam relata, ob ovula apice in alam nucleum superantem terminata.

0–1. H. *Cunninghamii*, foliis teretibus exsulcis pendulis elongatis (pedalibus) apice sphacelato attenuato; cicatricis punctis vascularibus ternis medio lateralibus approximato a basi remoto, racemis erectis, capsulis ecalcaratis compressis intùs lævibus, ramulis tomentosis incanis.

Hakea longifolia. *Cunningh. MSS.*

Loc. Ora septent.-occid., Bay of Rest, 1818. *D. Cunningham.*

0–1. H. *Fraseri*, foliis teretibus exsulcis glaberrimis recurvis; cicatricis punctis vascularibus ternis medio centrali, racemis subcorymbosis flore cum pedunculo 2—3-plo longioribus, perianthiis pedunculisque sericeis pilis appressis, ramulis glabris.

Loc. Ora orient., prope fl. Hastings, 1818. *D. Fraser.*

II. Folia omnia filiformia indivisa. Involucrum imbricatum.

3–4. H. *virgata*, foliis teretibus exsulcis minutissimè pubescentibus: mucrone recto attenuato sphacelato, racemis axillaribus abbreviatis: rachi ramulisque tomentosis incanis, capsulis ecalcaratis.

Loc. Ora orient., versus fl. Lachlan, 1817. *D. Cunningham.*

4–5. H. *propinqua*, foliis teretibus exsulcis glabris fructu brevioribus, ramulis angulatis tomento appresso, perianthiis glaberrimis, pedunculis hirsutis pilis patulis, stigmate mutico, capsulâ ecalcaratâ tuberculatâ.

Hakea propinqua. *Cunningh. in Field's N. S. Wales, p.* 327.

Hakea pachyphylla. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 11. fid. exempl. in mus. D. Lambert. *Spreng. syst. cur. post. p.* 46. *Schult. in Rœm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 282.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1822. *D. Cunningham.*

Obs. H. nodosæ affinis, sed folia non compressa, pedunculorum pili patuli et fructus major.

7–8. H. *adnata*, foliis teretibus exsulcis: mucronulo patenti; tenellis ramulisque sericeis; adultis glabratis, capsulis ecalcaratis gibbis apice compressis, seminibus utrinque alatis: ala baseos nucleo aliquoties breviore.

Loc. Ora merid., 1823. *D. Baxter.*

Obs. Nimis affinis H. obliquæ.

ante 9. H. *tephrosperma*, foliis teretibus exsulcis glabris mucrone sphacelato patenti fructu duplo longioribus, capsulis gibbo-

sis apice compressis bicalcaratis calcari obtuso brevissimo, seminibus cinereis, ramulis virgatis glabris.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson, 1817. *D. Cunningh.*

Obs. Proxima H. leucopteræ, quæ differt capsulis ecalcaratis et mucrone folii stricto.

11—12. H. *decurrens*, foliis teretibus patulis glabris subtùs infra medium sulco insculptis : basi posticè productâ adnatâ, ramulis angulatis glabris, capsulis bicalcaratis ovato-lanceolatis compressis lævibus, perianthiis glabris, pedicellis subsericeis pube rarâ subappressâ.

Loc. Ora orient., mont. prope fl. Mac-Quarrie, 1818. *D. Fraser.*

Obs. Proxima H. aciculari, capsulis compressis et basi folii posticè longiùs producta præsertim distinguenda.

13—14. H. *patula*, foliis teretibus exsulcis patulis divaricatisve, perianthiis pedunculisque glabris, capsulis bicalcaratis subsolitariis, seminis alâ semilanceolatâ.

Loc. Ora orient., mont. Port Jackson. *D. Fraser.*

III. Folia plura filiformia indivisa, aliqua plana.

ante 15. H. *sulcata*, foliis plerisque angulato-filiformibus undique sulcatis ; imis quandoque spathulatis basi attenuatis, capsulis sessilibus ecalcaratis.

Hakea sulcata. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 382. *n.* 8.

IV. Folia omnia filiformia divisa.

17—18. H. *intricata*, foliis filiformibus pinnatifidis : laciniis indivisis bifidisve exsulcis, capsulis ecalcaratis lævibus, involucri squamis glaberrimis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

17—18. H. *lissocarpha*, foliis filiformibus pinnatifidis trifidisve pilosis scabris : laciniis exsulcis indivisis et bifidis, involucri squamis glaberrimis, capsulis bicalcaratis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

17—18. H. *lasiocarpha*, foliis compresso-filiformibus pinnatifidis glabris lævibus : rachi longitudinalitèr laciniisque basi sulcatis suprà teretibus, involucri squamis lanatis, capsulis brevissimè et obtusè bicalcaratis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

17–18. H. *bipinnatifida*, foliis filiformibus triternatis bipinnatifidisve ramulisque et squamis inferioribus involucri glabris; superioribus apice subsericeis.

Loc. Ora merid.-occid.? in it. Baudin lecta, ex *Herb. Mus. Paris.*

V. Folia plana, omnia vel aliqua incisa v. dentata.

ante 18. H. *tuberculata*, foliis inferioribus cuneatis extra medium dentato-incisis; superioribus pinnatifidis laciniis subulatis, corymbis ramulos laterales brevissimos terminantibus, perianthiis pedunculisque glaberrimis, capsulis bicalcaratis valvis tuberculatis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

21–22. H. *cristata*, foliis cuneato-obovatis spinoso-dentatis immersè venosis ramulisque glaberrimis, capsulis bicristatis cristis inciso-dentatis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

22–23. H. *Baxteri*, foliis flabellato-cuneatis apice rotundato multidentato lateribus integerrimis: adultis glabris immersè venosis, capsulis ecalcaratis gibbosis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

23–24. H. *glabella*, foliis cuneatis v. integerrimis v. angulatis tridentatis dentibus spinescentibus basi cordatâ amplexicauli ramulisque cum involucri squamis glaberrimis, capsulis ecalcaratis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

Obs. Proxima H. prostratæ.

26–27. H. *denticulata*, foliis obovato-oblongis obtusis marginibus longitudinalitèr denticulatis basi cordata amplexicauli, ramulis angulatis.†

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

VI. Folia omnia plana integerrima.

ante 27. H. *corymbosa*, foliis integerrimis lanceolato-linearibus mucronatis pungentibus marginatis uninervibus subaveniis lævibus, ramulis squamisque involucri incanis, perianthiis glabris, stigmate subcylindraceo, capsulis ecalcaratis ovatis gibbis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

27–28. H. *lasiantha*, foliis integerrimis lanceolato-oblongis obovato-oblongisve obsoletè nervosis lævibus, mucronulo sphacelato, perianthiis pedunculisque lanatis, squamis involucri glabris, capsulis ecalcaratis valvis lanceolatis convexiusculis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

27–28. H. *incrassata*, foliis integerrimis angustè lanceolatis obsoletè trinervibus apiculo sphacelato, capsulis refractis obovatis gibbosis lævibus ecalcaratis apiculo adscendenti.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

28–29. H. *eriantha*, foliis integerrimis lineari-lanceolatis elongatis immersè uninervibus subaveniis, perianthiis pedunculisque sericeis, capsulis ecalcaratis ovatis ventricosis.

Loc. Ora orient. prope fl. Hastings, 1818. *D. Fraser.*

29–30. H. *stenocarpa*, foliis integerrimis linearibus apiculo acuto sphacelato marginatis uninervibus venis obsoletis, capsulis lineari-subulatis falcatis ecalcaratis.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

29–30. H. *falcata*, foliis integerrimis linearibus subfalcatis trinervibus aveniis apiculo acuto sphacelato, capsulis subovatis acuminatis ecalcaratis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

31–32. H. *ulicina*, foliis linearibus trinervibus aveniis rigidis mucrone pungenti, capsulis ecalcaratis ovatis acutis erectis.

Loc. Ora orient.-austr., Wilson's Promontory, 1826. *D. Baxter.*

31–32. H. *laurina*, foliis integerrimis elliptico-lanceolatis muticis basi attenuatis nervosis marginatis petiolatis, capsulis ecalcaratis gibbis lævibus.

Loc. Ora merid., inter Cape Arid et Lucky Bay, 1824. *D. Baxter.*

31–32. H. *Pandanicarpa*, foliis integerrimis oblongo-linearibus basi attenuatis immersè nervosis aveniis apiculo sphacelato, capsulis gibbosis obovatis tessellatis tuberculis conicis, seminibus undique alatis.

Loc. Ora merid., inter Cape Arid et Lucky Bay, 1824. *D. Baxter.*

32–33. H. *repanda*, foliis integris obsoletè repandis semiamplexicaulibus ovatis ovato-oblongisve acutiusculis trinervibus reticulato-venosis, capsulis ecalcaratis gibbis ovatis acuminatis.
Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1818. *D. Cunningham.*

32–33. H. *cucullata*, foliis integris subrepandis cucullatis reniformi-cordatis acutiusculis nervosis reticulato-venosis, capsulis ecalcaratis.
Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

36. H. *stenophylla*, foliis angustato-linearibus enervibus muticis, capsulis ecalcaratis ventricosis ovatis acutis.
Hakea stenophylla. *Cunningh. MSS.*
Loc. Ora septent.-occid., Bay of Rest, 1818.. *D. Cunningham.*
Obs. Maximè affinis H. arborescenti.

37. H. *macrocarpa*, foliis linearibus elongatis integerrimis obsoletè nervosis sericeis, floribus racemosis, (involucro nullo ?) capsulis ecalcaratis ellipticis acutis intùs lævibus.
Hakea macrocarpa. *Cunningh. MSS.*
Loc. Ora septent.-occid., Cygnet Bay, 1822. *D. Cunningham.*
Obs. Affinitate propiùs accedit H. loreæ et Cunninghamii quàm H. stenophyllæ et arborescenti.

LAMBERTIA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 386.

Obs. Glandulæ epidermidis in pagina tantùm inferiore folii.

1–2. L. *ericifolia*, involucris 7-floris: foliolis interioribus perianthii dimidio brevioribus, stylis glabris, folliculis hinc cuspidatis indè ecornibus, foliis linearibus muticis marginibus revolutis.
Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*
Obs. Proxima L. inermi.

3. L. *formosa*. Prodr. flor. nov. holl. 1. p. 387.
α. folliculi hinc cuspidati indè bicornes, lateribus lævibus.
β. folliculi hinc dente brevissimo obtuso indè bicornes, lateribus subechinatis.

3–4. L. *propinqua*, involucris 7-floris: foliolis interioribus perianthio subæquantibus, stylis glabris, folliculis bicornibus undique echinatis, foliis lineari-oblongis obtusis cum mucronulo integerrimis passimque tridentatis glabris reticulatis planis.

Loc. Ora occid.-merid., King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

Obs. Proxima sequenti, cujus forsan varietas.

4. L. *echinata*, involucris 7-floris: foliolis interioribus dimidium perianthii superantibus, stylis glabris, folliculis bicornibus undique echinatis, foliis infrà cuneato-linearibus: apice dilatato lobato lobis mucronatis.

Lambertia? echinata. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 387.

Loc. Ora occid.-merid., Lucky Bay, 1802, cum fructu. *R. B.* Prope King George's Sound, flore et fructu, 1829. *D. Baxter.*

XYLOMELUM. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 387.

Obs. Glandulæ cutaneæ brevè ovales, limbo continuo, disco conformi et certè clauso, membranâ in X. occidentali quandoque coloratâ.

1. X. *pyriforme*, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis omnibus adultæ arboris integerrimis: paginis discoloribus: superiore subnitente epidermide églandulosa, perianthiis tomento appresso et pube patenti tectis, stylo primùm infra medium lanato demùm glabrato.

Xylomelum pyriforme. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 387.

α. folia elliptico-lanceolata.

β. folia elongato-lanceolata.

Xylomelum salicinum. *Cuningh. MSS.*

Loc. Ora orient. *β.* prope Moreton Bay, 1829. *D. Cunningham.*

2. X. *occidentale*, foliis subellipticis: inferioribus rami floriferi passim dentatis; superioribus integerrimis; paginis omnium subsimilibus opacis utriusque epidermide glandulifera, perianthiis extùs rachique tomento appresso incanis, stylo floris hermaphroditi longitudinalitèr lanato.

Loc. Ora merid.-occid., Baie de Géographe, 1827. *D. Fraser.*

ORITES. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 387.

Obs. I. Glandulæ cutaneæ in Oritidi diversifolia, revoluta et excelsa in pagina tantùm inferiore folii; in O. excelsa latiores quàm longæ: in O. aciculari in folio tereti undique sparsæ.

Obs. II. In hoc genere seminis raphe, infra medium marginis orta, ad verticem nuclei adscendit, apice arcuato nucleo ap-

proximato. Ala seminis formata est quasi fibris variè intertextis, tectis epidermide persistenti, pellucenti in sectione prima seminibus apice tantùm alatis, opaciore in altera sectione (AMPHIDERRIS) seminibus utrinque alatis, cui insuper antheræ laminis inclusæ, et folia teretia undique glandulifera supèr sulco longitudinali insculpta.

Oritidi proximum genus est KNIGHTIA, quæ differt ovariis folliculisque tetraspermis; seminis raphi altiùs inserta, supra nucleum bicruri, crure altero obliquè adscendenti, altero rectè recurrente in verticem nuclei desinente.

Ad Knightiam pertinere videtur Embothrium strobilinum *Labill. nov. holl.* 2. *p.* 116. *tab.* 265. ob ovarium tetraspermum, perianthium regulare, et glandulas 4 hypogynas; sectionem tamen propriam efformans (EUCARPHA) ob bracteas maximas, stylum deciduum, et forsan seminum structuram.

RHOPALA (genus omninò Americæ æquinoctialis) ab Oritidi differt ovulis pendulis v. suspensis; seminis raphi a puncto insertionis ad verticem nuclei per alam apicis descendenti, linea fœcundationis ferè axim alæ basilaris percurrenti.

Proteaceæ Asiaticæ olim à nobis ad Rhopalam relatæ species sunt HELICIÆ *Lour. Cochin. p.* 83, quæ fructu indehiscente, seminibus apteris, et ovulis adscendentibus diversa est.

0–1. O. *excelsa*, foliis elongato-lanceolatis planis glabris reticulatis integerrimis passimque paucidentatis, racemis paniculatis, perianthiis glaberrimis, ovario pubescenti.

Loc. Ora orient., prope ortum fluv. Hastings, 1818. *D. Fraser.*

3. O. (AMPHIDERRIS) *acicularis*, foliis teretibus supèr sulcatis, folliculis glabris, seminibus utrinque alatis.

Oritina acicularis. *Br. in linn. soc. trans.* 10. *p.* 224.

TELOPEA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 388.

OBS. Glandulæ cutaneæ in pagina inferiore tantùm folii extant.

Raphe alæ seminis bicruris, crure adscendenti obliquo, descendenti recto marginali in verticem nuclei desinenti. Ala arachnoidea quasi e fibris variè intertextis cellulisque formata. Pellicula soluta seminibus singulis interposita, opaca, e strato duplici cellularum subrotundarum conflata, forsan ex epidermidi solubili seminum vicinorum composita.

Directio ferè eadem rapheos et textura alæ obtinet in Embothrio et Knightia, hæc verò pellicula caret quæ in Embothrio exstat.

LOMATIA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 389.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina tantùm inferiore, parvæ, brevè ovales, limbo pellucido, disco conformi opaco.

Raphe seminis marginalis, totam alam cingens, in vertice nuclei desinens. Pellicula seminibus interposita (ex epidermide soluta formata ?). Ala e cellulis uniformibus conflatà.

Species chilensis *L. dentata* ab omnibus Novæ Hollandiæ differt seminibus utrinque alatis, alâ baseos evasculosâ, nucleo absque pulvere sulphureo; convenit directione rapheos, texturâ alæ, et pelliculâ seminibus interpositâ.

1. L. *silaifolia*, foliis bipinnatifidis pinnatifidisve glaberrimis reticulatis subdentatis, racemis elongatis divisis simplicibusve glaberrimis.

Lomatia silaifolia. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 389.

α. angustifolia, folia bipinnatifida, pinnulis cuneato-linearibus, incisis, mucronatis.

β. latifolia, folia pinnata, foliola inferiora pinnatifida, superiora incisa v. dentata, lineari-lanceolata venis utrinque prominulis reticulata.

γ. pinnata, foliis pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis paucidentatis dentibus muticis, supèr subreticulatis, subtèr venis immersis obsoletis.

Loc. Ora orient., *α.* et *β.* prope Port Jackson, *γ.* Moreton Bay. *D. Fraser.*

1–2. L. *sinuata*, foliis sinuato-pinnatifidis: lobis inciso-dentatis; adultis supèr glabris: subtèr pube rarâ appressâ, ramulis angulatis pubescentibus, racemis axillaribus.

Loc. Ora orient., mont. versus fl. Lachlan, 1817. *D. Fraser.*

4. L. *ilicifolia*, foliis ovatis oblongis elliptico-lanceolatisve spinoso-dentatis reticulatis: adultis glabriusculis, racemis elongatis, perianthiis pilis appressis, pistillis glaberrimis.

Lomatia ilicifolia. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 390.

α. ovata, folia oblongo-ovata, racemi terminales et e summis alis.

β. glabrata, folia elliptico-lanceolata, racemi terminales, petioli ramulique adulti glabri.

γ. axillaris, folia elliptico-lanceolata, petioli ramulique pubescentes, racemi axillares.

Loc. *α.* Ora australis, Port Philip, 1802. *R. B.*; orient., Twofold Bay, 1818. *D. Cunningham.* *β.* prope Port Jackson. *γ.* Ora austr., Wilson's Promontory. *D. Baxter.*

4–5. L. *Fraseri*, foliis ovali-oblongis obtusis dentatis: basi acuta subcuneata integerrima; adultis supèr glabriusculis subtùs sericeis, racemis axillaribus terminalibusque, pistillis glaberrimis.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1818. *D. Fraser.*

Obs. L. dentata, quæ foliorum figura subsimilis, differt pistillis pedicellisque ovarii villosis, seminibus utrinque alatis, et foliis brevioribus subtùs non sericeis.

STENOCARPUS. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 390.

Obs. Glandulæ cutaneæ in pagina solùm inferiore.

2. S. *Cunninghamii*, foliis oblongis obtusiusculis basi attenuatis planis paginis concoloribus, nervis 3–5 altè immersis, perianthiis pedunculo communi partialibusque umbellæ ramulisque tomentosis.

Loc. Ora septentr.-occid., Vansittart Bay, 1819. *D. Cunningham.*

BANKSIA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 391.

Obs. Ovarium uniloculare, biovulatum. Ovula collateralia, supra medium marginis affixa; testæ latere exteriore rima longitudinali aperto, ut membrana interna nucleum includens e majore parte denudata est. Mox, post fœcundationem testæ ovulorum amborum per latera sua respondentia arctè cohærent, sensimque auctæ et induratæ, efformant fructûs maturi dissepimentum liberum ligneum bifidum, cujus faciebus (basi pro nucleis excavatis) semina apice alata, integumento simplici (ex interna membrana ovuli formato) instructa, applicata sunt[a].

Glandulæ cutaneæ in pagina superiore foliorum nullæ; paginæ inferioris ovales, nunc latiores quàm longæ, limbo annulari simplici, disco lineari, lanâ crispatâ semper occultatæ, et dum folia avenia, sive venis vix anastomosantibus donata, per epidermidem æquabilem sparsæ; vel sæpiùs, dum folia reticulato-venosa, in fundo lacunarum epidermidis confertæ.

Foveolæ seu lacunæ subsimiles et eadem prorsùs dispositio glandularum confertarum in earum fundo exstant in *Nerio Oleandro* et *odoro*. Lacunæ N. Oleandri olim à Malpighio benè delineatæ[b], recentiùsque a D. Krocker[c], et ab utroque auctore poros v. rimas insolitæ magnitudinis et figuræ de-

[a] *King's Australia, vol.* 2. *p.* 551.
[b] *Malpigh. anat. plant. p.* 37. *tab.* 20. *f.* 106.
[c] *De plantarum epidermide, tab.* 1. *f.* 4.

nominatæ; nuperrimè a D. Ad. Brongniart pro perforationibus laminæ exterioris epidermidis duplicis habitæ, cujus lamina interior (in fundo lacunæ) absque stomatibus seu glandulis descripta est.

Glandulæ pariter confertæ, sed in areis levissimè depressis, et pube rarâ perbrevi cinctis, in Ficûs speciebus nonnullis occurrunt; et densior aggregatio glandularum in areis haud depressis nec pube ullâ cinctis in Begoniis pluribus obvia est: dum in centro cujusvis pustulæ valdè elevatæ, nudo oculo conspicuæ, per lentem areolatæ, ramorum Myzodendri punctulati *Banks. et Soland. MSS.* glandula unica exstat.

5–6. B. *Cunninghamii,* foliis linearibus planiusculis longitudinalitèr vel apice spinuloso-dentatis integrisve: subtèr incanis aveniis, bracteis omnibus amenti tomentosis obtusis; involucrantibus ramulisque pilosis.

Banksia Cunninghamii. *Sieb. herb. nov. holl. n.* 6. *Spreng. syst. cur. post. p.* 47. *Schult. in Rœm. et Schult. syst. mant. vol.* 3. *p.* 289. *Reichenb. hort. bot. cent.* 1. *p.* 58. *tab.* 81.

Loc. Ora orient., mont. prope Port Jackson, 1817. *D. Cunningham.* Ora merid., Wilson's Promontory, 1825. *D. Baxter.*

Obs. Species proxima B. spinulosæ, quæ differt foliis fruticis adulti floridi angustioribus, marginibus revolutis paginam inferiorem paritèr incanam sæpiùs omninò occultantibus, ramulis sæpissimè glabriusculis, bracteis involucrantibus præter tomentum pannosum apice tantùm nec longitudinalitèr pilosis.

21–22. B. *media,* foliis cuneato-linearibus truncatis dentato-serratis basi attenuatis: subtèr reticulatis venis venulisque glabratis lacunis tomentosis, perianthii unguibus sericeis; laminis glabris, folliculis glabriusculis immersis floribus marcescentibus.

Loc. Ora occid.-merid., inter Cape Arid et Lucky Bay, 1824. *D. Baxter.*

22–23. B. *Caleyi,* foliis linearibus truncatis serrato-dentatis basi attenuatis: subtèr venoso-costatis venuloso-reticulatis venis venulisque glabratis lacunis tomentosis, perianthiis muticis: laminis glabriusculis, stigmatè angulato-cylindraceo angulis hispidulis, folliculis emersis.

Loc. Ora occident.-merid., mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

22–23. B. *Baueri,* foliis lineari-cuneatis elongatis serrato-dentatis: subtèr venoso-costatis venuloso-reticulatis venis venulisque glabriusculis lacunis tomentosis, perianthiis sericeis marcescentibus: aristis filiformibus villosis laminas superantibus.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

22–23. B. *Menziesii*, foliis lato-linearibus truncatis dentatis: subtèr venoso-costatis venuloso-reticulatis venis venulisque pubescentibus lacunis tomentosis, perianthiis deciduis unguibus laminisque sericeis, folliculis tomentosis hinc basi styli mucronatis.

Loc. Ora merid.-occid., ad rip. Swan River, 1827. *D. Fraser.*

28–29. B. *Solandri*, foliis cuneatis truncatis pinnatifido-incisis: lobis semiovalibus; subtèr incanis nervosis venuloso-reticulatis, perianthii marcescentis unguibus sericeis; laminis glabratis acutis, stigmate capitulato.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

29–30. B. *Baxteri*, foliis pinnatifidis truncatis lobis triangularibus acutis subtèr nervosis venoso-reticulatis lacunis tomentosis, ramulis villosis, amentis globosis, perianthiis stylisque villosis, stigmate subulato, strobilo oligocarpo, folliculis tomentosis hinc basi styli rostratis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

29-30. B. *Goodii*, foliis oblongis sinuato-dentatis: subtèr venoso-costatis venuloso-reticulatis venis venulisque glabratis lacunis tomentosis, caule abbreviato, amento foliis obvallato, bracteis involucrantibus subulatis villosissimis, perianthii unguibus villosis; laminis acuminatis glabratis, stigmate ovato sulcato.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

29–30. B. *prostrata*, foliis elongatis sinuato-pinnatifidis lobis integerrimis: subtèr venuloso-reticulatis venulis glabriusculis lacunis tomentosis, caule prostrato tomentoso, amento aphyllo, perianthii unguibus crispato-tomentosis; laminis glabriusculis nunc apice pilosis, stigmate subulato subexsulco.

Banksia prostrata. *Br. in Mackay's catal.*

Loc. Ora occid.-merid., prope King George's Sound, 1823. *D. Baxter.*

30–31. B. *Dryandroides*, foliis linearibus pinnatifidis lobis isoscelo-triangularibus: subtèr tomentosis enervibus aveniis, amentis

ovatis, perianthiis sericeis, stylo glabro, stigmate capitato, folliculis planiusculo-compressis : limbo glabrato.

Banksia Dryandroides. *Baxter in litt., Sweet. flor. austral. tab.* 56.

Loc. Ora occid.-merid., mont. prope King George's Sound. 1823. *D. Baxter.*

30–31. B. *Brownii*, foliis linearibus pinnatifidis : laciniis linearibus parallelo-approximatis adscendenti-falcatis : subtèr incanis uninervibus aveniis, amentis cylindraceis, perianthii unguibus laminisque sericeis, stylo uncinato, stigmate simplici, folliculis immersis.

Banksia Brownii. *Baxter in litt.*

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

31. B. (Isostylis) *ilicifolia*, foliis cuneatis inciso-serratis (fruticis juvenilis inciso-pinnatifidis elongatis) : subtèr immersè reticulato-venosis venulis glabris lacunis minutis tomentosis, amentis brevissimis.

Banksia ilicifolia. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 396. *n.* 31.

Loc. Orá occid.-merid., prope King George's Sound, 1801–2. *R. B.*

Obs. Strobili brevissimi, folliculis sæpè 1-2 verticalibus, quandoque 3-10 subhorizontalibus.

DRYANDRA. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 396.

Obs. Ovarium uniloculare biovulatum. Ovula post fœcundationem cohærentia, ut in Banksia, et in plerisque speciebus Dissepimentum ligneum semibifidum fructûs maturi omninò simile.

Duæ tamen sectiones (seu subgenera) fructûs structuram admodùm diversam et a Dryandris veris et ab invicem exhibent.

In harum altera (Diplophragma) dissepimentum constat e laminis duabus membranaceis planis, ad basin usque facillimè separabilibus, quibus semina conformia apice alata alâ persistenti extùs applicata.

In altera sectione (Aphragma) dissepimentum nullum, semina levitèr cohærentia, alâ apicis persistenti arachnoideâ e fibris variè flexis per membranam pellucidam, extùs auctâ membranâ crustaceâ conformi, solubili, quasi e duplici strato fibrarum rectarum in altero longitudinalium in altero transversarum formata, alæ seminis Dryandræ veræ analoga !

Ad hanc sectionem referenda D. pteridifolia *prodr.*, cujus D. blechnifolia *prodr.* varietas est.

Glandulæ cutaneæ ut in Banksiis semper lana crispata tectæ, et sæpiùs in fundo lacunarum confertæ; in quibusdam, præsertìm in speciebus foliorum laciniis plurinervibus vel venis inconspicuis, per epidermidem æquabilem vel vix lacunosam sparsæ.

3–5. D. *Serra*, foliis elongato-linearibus inciso-pinnatifidis lobis divaricatis mucronatis subæquilateris: subtèr niveo-tomentosis subenervibus aveniis; supèr reticulatis glabris, involucri squamis lanceato-linearibus margine tomentosis, perianthii unguibus laminisque sericeis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

3–5. D. *concinna*, foliis lato-linearibus pinnatifido-incisis basi cuneata indivisa: lobis divaricatis subæquilateris mucronatis: subtèr niveo-tomentosis obsoletè nervosis; supèr reticulatis, involucri squamis lato-linearibus extùs tomentosis interioribus obtusis, perianthii laminis lanceolatis glabris; unguibus filiformibus villosis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

3–5. D. *foliolata*, foliis elongato-linearibus inciso-pinnatifidis truncatis cum mucronulo: lobis scaleno-triangularibus acutiusculis parallelo-nervosis subtùs niveis, involucri squamis plerisque foliolo nano appendiculatis, perianthii (semipollicaris stylo ¼ brevioris) unguibus laminisque villosissimis, stigmate subexsulco duplò longiore quàm lato basi incrassata.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

3–5. D. *squarrosa*, foliis linearibus dentato-incisis acutis subtèr niveis: caulinis elongatis rameis floralibusque brevioribus: omnium lobis distantibus enervibus mucronatis, involucri squamis subulato-linearibus aristato-acuminatis glabriusculis apice recurvis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

6–7. D. *Baxteri*, foliis elongato-linearibus pinnatifidis: lobis scaleno-triangularibus apiculo brevissimo obtuso marginibus incrassato-recurvis: subtèr niveo-tomentosis enervibus uni-

nervibusque aveniis, involucris lanatis bracteis interioribus e lineari basi subulatis, perianthii laminis villosis villis apicis elongatis.

Loc. Ora occid.-merid., prope King George's Sound, 1823 et 1829. *D. Baxter.*

8–9. D. *arctotidis,* foliis linearibus pinnatifidis subtèr niveo-tomentosis caulem glabrum subæquantibus : lobis lineari-lanceatis decurrentibus aveniis marginibus incrassato-recurvis, involucri squamis lineari-lanceolatis glabriusculis, perianthii unguibus laminisque villosis; tubo imberbi.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

9–10. D. *Fraseri,* foliis linearibus pinnatifidis caule ramoso erecto multotiès brevioribus subtèr niveo-tomentosis : lobis lineari-subulatis falcatis mucronatis margine revolutis, involucri squamis lineari-subulatis pubescentibus, perianthii adulti laminis glabriusculis antherâ longioribus, stigmate subulato obsoletè sulcato.

Loc. Ora merid.-occid., Swan River, 1827. *D. Fraser.*

10–11. D. *seneciifolia,* foliis subtùs niveis: infra medium linearibus integerrimis extra medium pinnatifidis : lobis distantibus linearibus uninervibus terminali proximis longiore, involucri squamis interioribus subulatis patulis plumoso-villosis, perianthii laminis pilosis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

11–12. D. (Diplophragma) *bipinnatifida,* foliis caule squamato longioribus extra medium bipinnatifidis laciniis linearibus mucronulatis margine revolutis supèr pilosis subtèr tomentosis, involucri squamis exterioribus ovato-lanceolatis; interioribus sensìm longioribus angustioribusque.

Loc. Ora merid.-occid., mont. prope Swan River, 1827. *D. Fraser.*

11–12. D. (Aphragma) *nervosa,* foliis pinnatifidis : lobis semilanceatis parallelo-nervosis, caule erecto humili, perianthii laminis brevè aristatis apice laxè penicillatis, involucri squamis lanceolatis tomentosis.

Dryandra nervosa. *Br. MSS.* 1824. *Sweet. flor. austral. tab.* 22.

Loc. Ora merid., inter Cape Pasley et Cape Arid, 1823. *D. Baxter.*

11–12. D. (Aphragma ?) *calophylla*, foliis pinnatifidis: lobis semiovato-lanceolatis parallelo-nervosis divaricatis plerisque intervallo acutangulo latioribus, caule abbreviato ramis floriferis prostratis folio brevioribus infrà squamatis apice foliatis, involucri squamis lineari-lanceatis tomentosis, perianthii laminis villosis apice penicillatis.

Loc. Ora occid.-merid., regio mont. prope King George's Sound, 1829. *D. Baxter.*

HEMICLIDIA.

Perianthium quadrifidum, regulare. *Antheræ* laminis concavis inclusæ. *Squamulæ* hypogynæ quatuor. *Ovarium* uniloculare, biovulatum. Pericarpium subcrustaceum, undique barbatum, hinc apice dehiscens, indè rumpens. *Semen* unicum maturescens, ventricosum, apterum. *Receptaculum commune* planum. *Involucrum* imbricatum.

Frutex (*habitu omninò Dryandræ*) *erectus, ramosissimus.* Folia *pinnatifida, lobis mucronatis pungentibus, supèr eglandulosa; subtèr reticulato-venosa, areolis lacunosis land crispatâ repletis, fundo glanduliferis.* Involucra *terminalia, solitaria, foliis confertis interioribus nanis obvallata.*

Obs. A Dryandra distinguitur solummodò Pericarpio subcrustaceo et apice tantùm determinatim dehiscenti; Semine ventricoso aptero; Dissepimento, e testis ovulorum cohærentibus formato, arachnoideo-membranaceo nec in lamellis duabus separabili, cum ovulo abortiente basi alato, a semine maturo soluto.

Inter Hemiclidiam et Proteam Africæ Australis insignis analogia respectu floris, inflorescentiæ et primo intuitu pericarpii structuræ obtinet. Hæc duo genera tamen in serie naturali longo certè intervallo distant: atque Hemiclidia symmetriâ omnium partium et notis characteristicis ritè perspectis tam arctè cum Dryandra convenit, ut potiùs ejusdem sectionem quàm genus verè diversum constituit.

1. H. *Baxteri.*

Dryandra falcata. *Prodr. flor. nov. holl.* 1. *p.* 397. *n.* 4.

Genus a Dryandra, ob fructûs structuram, distinctum. *D. Baxter. in litt. dat.* 1826.

Loc. Ora occid.-merid., prope Lucky Bay, 1802. *R. B.* et 1825, cum fructu maturo. *D. Baxter.*

FINIS.

